



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>


---

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>





*[Faint handwritten marks]*







~~666 C. 117.~~

3705. C 6.



ANIMADVERSIONES  
ORTHODOXÆ

IN TRES LIBROS

FRANCISCI TURRETINI,


Pastoris & Theologiæ Professoris  
Genevensis,

THEOLOGIAE ELENCHICÆ.

publicata

JOHANNE ADAMO OSIANDRO,

SS. Theol. D. Prof. P. & Cancellario Universit.  
Tubingensis.



TUBINGÆ,

Sumptibus JOHANN-GEORGII COTTÆ, Acad. Bibl.

Anno M. DC. XCIII.



*SERENISSIMO PRINCIPI  
AC DOMINO,*

**DOMINO  
EBERHAR-  
DO LUDOVICO,  
DUCI WIRTEMBER-  
GIÆ ET TECCIÆ,  
COMITI MONTISPELIGARDI,  
DYNASTÆ IN HEIDENHEIM.**

*DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.*

SERENISSIMÆ PRINCEPS,

Domine Clementissime,



Quantum tribuendum sit Religioni, ex omnium Seculorum constat Experientia: hac fulcitur quivis Christianus, Ministri Ecclesiæ fundantur & tandem tota Respublica sustentatur. Religio, si pectus firmet Christiani, immobilem illum reddit instar Marpesiæ Rupis, ut fremente cœlo, frendente orco petrae innixus suæ non deficiat, sed semper sibi similis sit  
*mediis*

*mediis tranquillis in undis:* hæc ligat & religat corda & animas DEO suo, unit voluntates, Societatem Christianam alit, Leges divinas servat in vigore: nec minus robur pandit in Sacerdotibus, in Antistitibus, in Ministris Ecclesiæ, quibus ex officio incumbit illius Cura illibata: hinc *Hilarius in Aquitania, Cyprianus & Augustinus in Africa, Cyrillus in Hierusalem, Hieronymus in Palestina, Ambrosius in Italia, Chrysostomus Constantinopoli,* tanquam vigiles à DEO constituti sollicitè curarunt, ut idem Religionis Typus, eadem fidei forma, idem sinceritatis punctum summo Consensu in Ecclesiis confirmaretur. Basin denique esse omnium Rerum publicarum velex eo constare potest, quod si enim illa ruat, ruat quoque superstructum ædificium, hæresi hospitio excepta ex-

ulet

ulet omnis Harmonia in Ecclesia, Dissidiorum semina adolescant, Imperatori Corona, Regibus Sceptra, Principibus sua Diademata eripiantur. Hæc expendens Animo cum *Franciscus Turretinus*, Ecclesiæ Genevensis Pastor & Professor, sensim irreperet in Illustre Stipendium, utpote, qui sese commendat perspicuitate, in formatione status Controversiæ, argumentorum, ut vocant, positivorum Adductione & contrariorum attentata Resolutione, & à quibusdam rogatus, ut Examen illius instituerem, aggressus sum hoc negotium, & sicubi deviare mihi deprehensus ad orthodoxiam respexi, monuique meos Studiosos, ut in hac vel illa Quæstione sibi caverent, & cum quæ privatim dictantur, non in omnium manus incidant, publico Bono imprimi passus sum. Tibi verò SERENISSIME PRINCEPS,

Do-

*Domine Gratosissime* hunc Tractatum inscribere volui, gratulatus felix Regiminis Auspiciis, de quo omnes in hoc Ducatu speramus, fore in fidelium Levamen, in Würtembergicorum gloriam, & in fidei orthodoxæ firmamentum. Exarabam d. 4. Martii 1693.

**PRÆCELSISSIMÆ SERENITATIS TUÆ**

*supplex apud Deum*


*Clientis*

**JOHANN-ADAM OSIANDER,**  
D. Cancellarius.

## B. L.

**M**agni aestimatur apud suos Franciscus Turretinus, & merito, nam, ille in Theologia sua elenctica Controversias fidei ita tractavit, ut etiã apud Dissidententes in fide Laudem aliquam perspicuitatis, Methodi accuratæ & pertractationis sedula sit consecutus. Adolphus Godefridus Volufius, Theol. Doctör, & Summae sedis Moguntinae Pastor & Ecclesiastes Turretinũ sibi oppugnandũ delegit. Alexander Morus in Exercitationibus Genevensibus à Diligentia eundem commendat, quod Lucubrationes illius nunquam scriptas calamo exceperit, auditor tunc temporis spei maxima, nunc spei suae suorumque nominis respondens, ac Praestantissimus Theologus: imo Guilielmus Saldenus, Theologiae Doctör tanti fecit Turretinum, ut etiam illum publicè in Otis Academicis appellirit Virum supra omnem Exceptionem praestantissimum, nulloque non Eruditionis supellectili instructissimum, atque allegarit ipsius verba, quae ita habent: Fateor, (inquit) non esse aspernandam Recentiorum industriam, qui luculentiora dona à DEO consecuti, & peculiari ingenii acumine pollentes, cum laute occupantur in Scripturis scrutandis & veritate illustranda. Et ingratus esset in Deum, talium donorum Autorem, qui debita laude ipsos fraudare vellet, vel nollet ex ipsis proficere. Sed ut, sub hoc praetextu, Vetera superciliosè rejiciantur, & novitia dogmata in Ecclesiam inducantur, quasi illi, qui nobis praeverunt, in caligine & tenebris adhuc versati sint, nec Religionem ab erroribus suis satis repurgaverint: Hoc sanè & famæ tantorum Virorum injurium est, & Religioni probrosum, & piis auribus intolerandum. Cum itaque tanti sit nominis & auctoritatis, utraque dulcedine Methodi insuat, & passim fere in omnium nostrorum manibus versetur, potiores Controversias examinare volui, supplementum in reliquis daturus, quod concepi. Interea Benevole Lector hisce fruere, & Typographo qui major septuagenario, cujus Lumen caligare incipiunt, ut ad vitrea auxilia devoluitur, impari ex parte omnia dictata exprimendi ignosce. Dabam 4. Martii 1693.





# LOCUS PRIMUS

DE

# THEOLOGIA.

## QUESTIO PRIMA.

### An Theologiæ Vox usurpanda sit in Scholis Christianis; Et quot modis sumatur?



*Um ex accurata Methodi legibus necesse sit πρῶτον ἐξιμίλειν τὸ ὄνομα, ut vult Philosophus; I. De voce Theologia quadam pramittenda sunt, antequam ad rem ipsam veniamus. Licet autem questio propofita parum necessaria videatur, in communi & recepto apud plerosq;*

*istius vocis usu; qui sam tanquam vocabulum πικτικόν, quod propriè & emphaticè subiectum suum declarat, retinendum censens, occurrendum tamen est nonnullorum sententia, quibus nomen hoc displicet, eò quod in Scriptura non extet, & Ethnicorum mataologiam primò ac propriè significet, quippe convenientiàs iudicant vocibus aliis ex Scripturâ petitis uti. II. Licet vox Theologia non sit ἄρχαφος αὐπλαξί, non est, tamen planè ἀρχαφός; siquidem voces simplices ex quibus componitur, ibi sæpè occurrunt, λόγος & Θεῶ, & λόγιον & Θεῶ, Rom. 3, 2. 1. Petr. 4, 10. Hebr. 5, 12. Aliud ergò est esse in Scriptura quoad sonum, & syllabas: sive formaliter, & in abstracto, aliud quoad sensum, & rem significatam, seu materialiter & inconcreto; Theologia non extat in Scriptura priori modo, sed posteriori.*

Vox Theologiae usurpanda.

Anacronismos

scilicet

## Ad QUÆST. PRIMAM, TH. II. TH. I.

Quoniam præliminares hæc Quæstiones potuissent prætermitti, tamen quia occurrunt quædam in illis, quæ censuram subire possint, ideoque & illa ne remorentur Lectorem, paucis examinabimus. Et primò quidem *Thesiscundâ asserit vocem Theologia non esse ἑγγραφὸν ἀπὸ λαζῆν*, quod commodè ab ipso dictum, licet *in sequentibus* aliquatenus à vero deviet, dum propugnare *vult illam non esse planè ἑγγραφὸν*, & Status controversiæ mutatur ab Authore: non enim disquiritur, an Theologia quoad sensum habeatur in Scriptura, idem enim docent Synonyma, quæ *ipse adducit* Thesi quinta, sed de voce disputatur, de qua Judicium nostrum jam posuimus. Ex sanè *ipse Author* agnoscere videtur, dum Thesi primâ *dicit*: hoc Vocabulum *πρῶτον* propriè & emphaticè Subjectum suum sive Objectum declarare.

## Ad TH. II.

*Annotatio.* Cespitat itaque hic Turretinus, dum scilicet *vult* vocem Theologiæ non esse ἑγγραφὸν, At I. nullam Scripturæ locum producit, ubi ἀπὸ λαζῆν habeatur vox Theologia, neque ullum producere potest. II. Rationem *subjungit*, quæ non concludit, nempe *hanc*, voces simplices, ex quibus componatur, ibi occurrere. Sanè, si ex eo, quod voces simplices in Scripturâ occurrant, sequitur, ipsum Theologiæ nomen esse ἑγγραφὸν, omnia nomina, quæ ex simplicibus deducantur ἑγγραφὰ dici poterunt, III. *Allegat* Rom. 3, 2. J. Petri 4, 10. Hebr. 5, 12. sed ibi ὁ λόγος ἔθεῶν, & λόγια ἔθεῶν: aliud autem est ὁ λόγος ἔθεῶν, & λόγια ἔθεῶν: quæ notant Principium, Normam Theologiæ, verbum DEI, & aliud est Theologia, quæ non est Principium, sed principiatum, non norma, sed normatum.

## Ad TH. II.

*Manot.* Distinguit & *dicit*, aliud haberi in Scripturâ quoad sensum, aliud quoad sonum. At non tantum quoad sonum vox Theologiæ in Scripturâ non habetur, sed nec quoad sensum: sensus enim est vocis compositæ, non simplicium, ex quibus componitur.

TH. IV

## TH. IV.

*Lices Ethnici sæpe abusi sint hac voce ad suam mæteologiam designandam; non obstat hoc tamen, quominus, quod illi falsa & viciosa sua Theologia nomen tribuebant, vera & salutaris doctrina nostra vindicetur. Quomodo nomen DEI, quod falsum & fictitium Deum apud Ethnicos significabat; & nomen Ecclesie, quod Cæcum profanum designabat, in Scriptura saniore sensu de vero DEO, & de Cætu Sanctorum accipitur. Ita vox Theologie, quæ origine Græca est, è Gentiliis Scholis translata est & sanctificata, ut olim vasa Ægyptiorum ab Israelitis sacris destinata sunt usibus.*

## Ad TH. IV.

Theologiam quoad originem suam, atque nomen debemus Annos Ethnicis, ipis fuit familiare hoc nomen: constat id I. ex Lactantio I. de ira DEI, c. X. ubi dicit, qui Deorum & Dearum natales, conjugia, progeniem, imperia, demonstrant, Theologi dicuntur apud Gentiles: II. Constat id, quia Poëtæ apud Gentiles, hoc nomine fuere celebres: III. Constat ex Plutarcho l. de defectu oraculorum: ubi antistites sacrorum Delphicorum Theologos appellat, quod nomen etiam traductum est ad Philosophos viventes in Gentilismo: Ad stipulantur nostri, qui ita: Ex dictis constat, vocem Theologiae origine Græcam esse, civitate tamen Latina donatam, usurpatam; que primò à Gentilibus sive Ethnicis: Scriptoresque rerum divinarum, & vetustissimos Poëtæ Theologos appellatos: Sic nominantur ab Aristotele lib. 12. *Metaph. tex. 55.* à Cicerone lib. 3. *de natura Deorum & aliis.* Idem quoque Lactantius testatur lib. *de ira DEI cap. 11.* nempe illos, qui de Diis, eorumque cultu agebant, *Theologos* appellatos esse, & ipsorum doctrinam, *Theologiam.* Quod notat etiam Augustinus lib. 10. *de Civit. DEI, cap. 14.* Et Clemens Alexandrinus lib. 5. *Strom.* Orphea Poëtam vocat Theologum. Eusebius quoque Cæsariensis lib. 1. *de prep. Evang. cap. 7.* & lib. 2. *cap. 7. & seqq.* multis recenset, qualenam priscis temporibus fuerit Theologia diversarum gentium; ut Phœnicum, Ægyptiorum, Græcorum, Atlantorum, Phrygum. Horumque errores postea lib. 3. & 4. confutat.

## TH. VI.

Ufus No-  
minis.

*Nomen Theologia vel sumitur inadæquatè, à parte efficientis, ut sonet Θεῶ λόγον, sermonem DEI, & à parte objecti λόγον πρὸς Θεῶ, sermonem de DEO; vel adæquatè, prout notat utrumq., & sermonem DEI, & sermonem de DEO, qua duo conjungenda sunt, quia de DEO sine DEO loqui non possumus: Ut notetur doctrina, qua originaliter est à DEO, objectivè de DEO agit, & terminativè in DEVM fertur, & ad DEVM ducit, quod non male Thomas 1a, secunda. quest. 7. exprimit; Theologia à DEO docetur, DEVM docet, & ad DEVM ducit. Sic complectitur ista nomenclatio duplex Theologia principium, unum essendi, quod DEVS est, alterum cognoscendi, quod est verbum ipsius.*

## Ad TH. VI.

ANOT.

Dicit Author, nomen Theologiæ sumi vel inadæquatè à parte Efficientis, ut sonet Θεῶ λόγον, sermonem DEI, & à parte Objecti, λόγον πρὸς Θεῶ, sermonem de DEO: sed iterum minus commodè; Nam I. Theologia non dicitur talis ab Efficiente, vel quod notet sermonem DEI, sed ab Objecto dicitur, idque patet tum ex concreto, quia unde Theologus, inde etiam Theologia. At Theologus non dicitur, qui DEUS loquens, sed qui de DEO loquitur: patet quoque ex verbo Θεολογῆν, unde descendit; Θεολογῆν, enim est de DEO differere, adeoque objectivè accipitur: patet denique ex consimilibus loquendi formulis, v. gr. Pneumatologia dicitur doctrina, non ratione spirituum sub ratione Efficientis, sed de Spiritibus: sic Genealogia & Astrologia. Conspirant autem nobiscum, ex sociis Religionis antiquioribus, Franciscus Junius, qui in libello de vera Theologia scribit: Altera illa significatio ex usu magis fuisse videtur semper sermonis Græci, ut sermonem ipsum, qui de DEO emanatur, aut rationem rerum divinarum intelligamus Theologiæ appellatione: quemadmodum etiam Orthodoxis Patribus Θεοσοφία, sapientia rerum divinarum appellata. Ex recentioribus Antonius Walæus, cujus sunt sequentia: Theologiæ vox duo significat: vel sermonem DEI, vel sermonem de DEO, posteriori modo hic propriè sumitur. Præluxit Franciscus Gomarus, qui in Disputationibus *Dis. 1. Theol. 1.*

hæc

hæc reliquit : Theologia à voce  $\Theta\epsilon\acute{o}\lambda\omicron\gamma$  derivata propriè ex Ety-  
 mo suo & ubi apud Græcos non DEI sermonem , qui  $\Theta\epsilon\acute{\upsilon}\lambda\omicron\gamma$  ,  
 sed sermonem de DEO  $\omega\epsilon\iota\Theta\epsilon\acute{\upsilon}\lambda\omicron\gamma\omicron\nu$  designat. Adde Marcum Fri-  
 dericum Wendelinum , qui in Christianæ Theologiæ Systemate  
 cap. 1. asserit : Theologiam vi appellationis suæ esse sermonem vel Do-  
 ctrinam de DEO & rebus divinis , vel Notitiam Eloquiorum DEI  
 II. *Addit locum ex Thomâ* , qui non habetur *quæst. 7.* , sed *quæst. 1.*  
*art. 7.* in his verbis : Cum tractantur omnia , quæ in sacra doctrina  
 consideratione Deitatis per Revelationem cognoscibilis , DEUS est  
 illius subjectum. Respondeo dicendum , quod DEUS est subje-  
 ctum hujus scientiæ. Sic enim se habet subjectum ad scientiam , si-  
 cut objectum ad potentiam vel habitum : propriè autem illud assi-  
 gnatur objectum alicujus potentiæ vel habitus , sub cujus ratione  
 omnia referuntur ad potentiam vel habitum : sicut homo & lapis re-  
 feruntur ad visum in quantum sunt colorata ; unde coloratum est pro-  
 prium objectum visus : omnia autem pertractantur in sacra doctri-  
 na sub ratione DEI , vel quia sunt ipse DEUS : vel quia habent ordi-  
 nem ad DEUM , ut ad principium & finem : unde sequitur , quod  
 DEUS vere sit subjectum hujus scientiæ. Quod etiam manifestum  
 sit ex principiis hujus scientiæ , quæ sunt articuli fidei , quæ est de  
 DEO. Idem autem subjectum principiorum , & totius scientiæ ,  
 cum tota scientia virtute contineatur in principiis. Quidam verò  
 attendentes ad ea , quæ in ista scientia tractantur , & non ad rationem ,  
 secundum quam considerantur , assignaverunt aliter subjectum hu-  
 jus scientiæ , vel res & signa : vel opera reparationis : vel totum Chri-  
 stum , id est , caput & membra , de omnibus enim istis tractatur  
 in ista scientia , sed secundum ordinem ad DEUM. III. *Dicit Au-*  
*thor , ita nomen Theologia sumi inadquatè* , at verò si objectivè  
 accipitur , DEUM & res divinas complectatur , accipitur adæqua-  
 tè ; neque verum est , adæquatè accipi , prout notat utrumque , ut  
 iam indicavimus. Rectè quidem dicitur , notari doctrinam , quæ  
 originaliter est à DEO , objectivè de DEO agit , & terminativè  
 in DEUM fertur , sed longè aliud est Theologiam considerari reali-  
 ter , & aliud considerari verbaliter : Utique Theologia , si accipitur  
 realiter , est istiusmodi doctrina , sed hoc est extra statum controver-

fit: disputatur enim quid sit Theologia vi nominis, quemadmodum ipse Author in subjecto Theseos non Theologiam, sed Nomen Theologiæ posuit.

### TH. VII.

*Theologia trifariam sumitur apud Authores 1. Latè 2. Strictè. 3. Secundum justam significationis suæ amplitudinem. Primò modo accommodatur Metaphysica, quo sensu Aristot. Primam Philosophiam vocat Theologiam l. 6. Met. c. 1. & lib. 10. Philosophiam Theoreticam dividit in tres partes Θεοικλῶν μαθηματικῶν, & Θεολογικῶν. Secundo, Patres Theologia nomine peculiariter designant illam doctrinam Christiana partem, qua de Christi Divinitate agit, quo sensu Iohannes singulariter Theologus est nominatus, qui fortiter præ cæteris τῶν ἁγίων λόγῳ Θεότητος assertit, ut ipse exponere videtur Apoc. 1. 2. & Gregorius Nazianzenus, inter reliquos Patres nomen Theologi obtinuit, quia Christi Divinitatem variis rationibus demonstravit; Unde distinctio apud ipsos nata Θεολογίας & οὐνονομίας, illà doctrinam de Divinitate Christi, ista doctrinam de ejusdem incarnatione intelligunt, & Θεολογίαν ἰησοῦν ipsis est, de Christi Divinitate differere. Tertiò maxime præcipuè notat Syntagma seu Corpus doctrinæ de DEO & rebus divinis, à DEO ad suam gloriam, & hominum salutem revelata, quo sensu hic à nobis sumitur.*

### Ad TH. VII.

Annot.

Dicit Theologiam sumi latè, strictè & secundum justam suæ significationis amplitudinem. Verùm primò latè Theologia non accipitur, ut notet primam Philosophiam; Si enim hæreticorum Theologia non late potest commodè dici Theologia, multo minus Metaphysica concretive, prout in Aristotele fuit, Theologia dici poterit, præprimis cum non tractet de DEO & rebus divinis, sed de Ente, ut sic: Abusus Ergò potius fuit nominis hujus, cum Aristoteles id ita usurpavit, quam usus. Et hoc agnoscit ipse Author Thefi IV. Secundò explicatius nostri Theologi hoc expediunt addendo Theologiam, quæ de Dæmonibus agit, & scribendo: Μαγία erat, quæ de malis Dæmonibus placandis & averruncandis; alias etiam

201-

γοητείας fuit dicta, ut quidam volunt. Suidas verò duo hæc vocabula  
 distinguit; inquit: Γοητεία, μαγεία, Φαρμακεία, Δαίμονες, ἄπει-  
 ρε Φῶρον Μῆδοι καὶ Πέρσαι. Μαγεία μὲν ἐστὶν Ἰπτικλήσις δαίμόνων,  
 ἀγαθοποιῶν δὲ πρὸς ἀγαθῶν οὐσίαν, ὡς πρὸς τὸ Ἰ Αἰπυλίου ἔ-  
 τυαείως Θεπίσματι. Γοητεία ἢ Ἰπτικὸ ἀνά γινεκερὸς δι' Ἰπτικλήσεως,  
 ὅθεν εἶρηται ὁπὸ τῶν γόων καὶ τῶν θρήνων τῶν περὶ τὰ φέρος γινόμενων.  
 Φαρμακεία ἢ ἔστιν Δαίμονος οὐδασίας Θεωατηφόρος πρὸς Φίλτρον  
 δοθῆναι διὰ σμάλι. Μαγεία ἢ καὶ ἀστρολογία ὁπὸ μαγιστῶν  
 ἤρξατο. Οἱ γὰρ πρὸ Πέρσαι μάγιστρον τῶν ἐγχορῶν ὀνομαζόντων, καὶ  
 μαγιστῶν αὐτοὶ. id est: Goëtia, Magia & Pharmacia, inventæ  
 à Persis & Medis, differunt; Magia enim est invocatio Dæmonum  
 beneficorum ad bonum aliquid efficiendum. Cujusmodi fuerunt  
 Apollonii Tyanei oracula. Goëtia manes invocatione elicit: dicta  
 à laments & fletibus, qui ad sepulchra fiunt. Pharmacia verò, cum  
 venenum aliquod lethale certo modo paratum per os ingeritur. Ma-  
 gia & Astrologia à Magis origine duxerunt. Persæ verò Magi  
 ab indigenis quibusdam nominantur, iidem & Magusii. Θεουργία,  
 quæ etiam πλεθὴ appellabatur, erat, quæ animis purgationem fac-  
 to promittit: bat adjuvatione bonorum Dæmonum, qui invocatione  
 alliciebantur & sacrificiis invitabantur. Hinc per hujusmodi Theur-  
 gicas consecrationes idoneum fieri animum Ethnici opinabantur ad  
 susceptionem Spirituum, Deumque videndum. Vid. Augustinus  
*lib. 10. de Civit. Dei c. 9. & 10. II.* Dicit, Patres Theologiæ nomine pe-  
 culiariter designare illam doctrinæ Christianæ partem, quæ de Chri-  
 sti divinitate agit, quo sensu Johannes singulariter Theologus sit di-  
 ctus, sed non satis commodè: nam (a) certum quidem est Patres distin-  
 xisse inter Theologiam & Oeconomiam, sed an Johannes Theologus  
 dictus sit ex eo, quod divinitatem Christi asseruerit, controversum  
 adhuc est: (b) Johannes non se appellavit Theologum, quia inscri-  
 ptiones factæ sunt non ab Authoribus, sed ab Ecclesia: quod ipsum  
 patet ex eo, quia Johannes abstinuit ab omnibus titulis, neque semet  
 ipsum Augusto hæc nomine condecorare voluit, ut patet, *Apost. 1. 1.*  
 unde Eruditi censent, nomen Theologi adjectum esse ab Origene,  
 quemadmodum Apostoli in Latinâ Versione ab Hieronymo vel alio  
 quocumque

quodam : (c) Ipse Author agnoscit tacitè hoc nomen Patres tribuisse Johanni, dum confert cum Johannis appellatione denominationem Gregorii Nazianzeni . Tandem III. maximè dicit notare syntagma de DEO & rebus divinis , atimpropiè notat. Propriè enim notat habitum in prædicamento Qualitatis , non systema , quod refertur ad prædicamentum Quantitatis ; Præterea signum non notat signatum , atqui systema in libro aliquo signum potius est Theologiæ , quam ipsum signatum : Denique hæc ex suppositâ Philosophiâ Ramæa originem ducunt.

### TH. VIII.

ANOT.

Dicit I. *usum minus proprium esse , si scil. efferatur de Originali & infinitâ Sipientiâ , quâ DEVS concipit semetipsum* Verùm illa cognitio planè non est Theologia , sed omniscientia DEI , & pertinet ad illam : II. De Theologia Christi, *quod usum ita fit minus proprius*, atqui si intelligit de Theologia Habituali Christi, prout intelligit, propriissimè de Christo enunciat : Denique III. *dicit usum minus proprium, si scil. enuntietur de Theologia Angelicâ*, at Theologia Angelica est verè proprièque sic dicta Theologia, unde Paulus Eph. 3, 8. 9. 10. illam ita describit.

## QUESTIO II.

### TH. VII.

*Dicit Author I. Theologia vera distribuitur in infinitam & finitam , hanc dividit in Theologiam unionis , visionis , & revelationis.*

ANOT. :

Sed hallucinatur : I. in descriptione Theologiæ infinitæ increatæ , quam dicit esse essentialem DEI de seipso cognitionem , at hæc non est Theologia increata , sed cognitio ipsius DEI de seipso , & dicit ideam quandam præformatam in mente divinâ , propositam per verbum & in nobis *ἐκτυπων* seu adumbratam in articulis fidei , ut patet ex *Job. 1, 18.* II. Dicit Theologiam Unionis esse finitam & creatam , atqui hoc extremè Calvinianum est , illam enim Theologiam humana natura Christi habet per unionem & gratiam , quam habet *λόγος* per naturam , atqui *λόγος* per naturam habet *δέχεται* *τυπων* & increatam Theologiam, Ergò. Quanquam autem ex nostris, in pri-  
mis



nis Brochmannus ita locutus fuerit ; dici tamen potest , per Theologiam Unionis atque creatam intellexisse Theologiam in Christo habitualem ; verum *αὐτὸς* loquuntur , qui ita loquuntur , nam Theologia habitualis in Christi naturâ humanâ non est ex unione Personarum tanquam Principio & radice , ut patet ex *Col. 2. 9.*

### TH. VII.

Veram Theologiam , quæ est per modum revelationis , dividit in naturalem & supernaturalem , cum tamen supernaturalis tantum per revelationem habeatur , naturalis verò non tam per revelationem , quàm per *Φαίσιον* & manifestationem ; in Th. autem IX. Theologiam supernaturalem iterum *systematicè vel habitualiter* spectat , quorum prius membrum jam rejecimus :

## QUÆSTIO III.

### De Existentiâ Theologiæ naturalis.

#### TH. II.

Dicit Author I. *non queri an detur Theologia naturalis, quæ sit talis actu statim ac que homo nascitur, sed an talis detur ratione Principij & potentia, sive an in homine detur talis Facultas naturalis ipsi insita, quæ seutrò & spontè exerat, in omnibus adultis, sanâ mente pradis.*

At I. in statu controversiæ movendo malè asseritur , non queri an detur Theologia naturalis ; quæ actu insit . sed an talis detur ratione Principij & potentia , cum vel maximè controversum sit , an Theologia naturalis actu statim , ac homo nascitur , insit , an verò ratione potentia : Ipse enim asserit Th. V. *opus legis esse scriptum in cordibus Gentilium.* Si autem inscriptum est opus legis , quod complectitur cultum DEI & dilectionem proximi , adeoque præponit notitiam , in quâ fundatur cultus ille & dilectio , actu insit : inscriptum enim esse dicit actualem præsentiam II. *Ma-* dicit : *Corruptum esse, nullius profusus rei actualem cognitionem nobiscum insci, & hâc ratione hominem esse instar tabularasæ, tum quia ipse non potest negare habitum intelligentiæ connatum, tam quia videtur esse actualem cognitionem nobis connasci, & aliud habitualemente insitiam actu nobis inexistere ; tum quia malè dicit, dominum esse in-*

Annos.

*per tabula rase*, hoc enim nunquam dixit atque sensit Aristoteles, sed hoc, *hominem esse instar tabulae nuda*, sive Intellectum illius, cui nihil inscriptum, omnia autem inscribi possunt: sanè qui dicunt hominem esse instar tabulae rase, declinant ad remissentem Platonis sententiam: III. Dicit, *veri notitiam de DEO naturalem rationis potentiam*, & tamen dicit in explicatione facultatem illam non modo completi potentiam intelligendi, sed etiam Principia naturalia, ex quibus deducantur conclusiones, at aliud est potentia, aliud Principium naturale, ex quo conclusio aliqua deducitur, v. g. Totum est majus sua parte: hoc Principium distinguitur à potentia intelligendi, ita etiam DEUS est, Principium est, quod distinctum à potentia intelligendi, neque concludere fas est: ut se habet sensus ad sentiendum, ita intellectus ad intelligendum, sed sensus ita se habet ad sentiendum, ut nullæ requirantur species connatæ, E. & intellectus se ita habebit, ad intelligendum, ut non requirat habitum aliquem superadditum: Nam (a) ita tantum, si conclusio rectè inferri debet, expugnabuntur species intelligibiles connatæ, non autem habitus seu promptitudo: (b) diversissimæ sunt potentia sensus & Intellectus: (c) Perpetua Instantiâ retundi potest hoc Argumentum ab Adamo & Evâ in statu Integritatis & concludi: sensus illorum habuit se ad sentiendum, ut non fuerint ipsis connatæ species sensibiles, E. & Intellectus eorum caruit habitu imaginis divinæ, potentia intelligendi superaddito.

#### QUÆSTIO IV.

### An Theologia naturalis sit sufficiens ad

Salutem?

Ad THES. I.

Not. (I.) Authorem dissimulare statum questionis: nam Socinianos, Remonstrantes & Pontificios carpit, tacet autem socios, Amyraldum, Dallæum, &c. quos suppresso nomine refutat in Thes. IX. & X. nam & Moses Amyraldus statuit duplicem prædicationis salutiferæ speciem, unam per verbum Evangelij, alteram per administrationem providentiæ divinæ mundum conservantis, secundum quam Gentiles potuerint salvari.

TH. VIII.

## TH. VIII.

*Ad 4. quod dicat, sale esse ἡμῶν, quod non aliud possis persi-  
nere, quàm ut reddas homines inexcusabiles; neque particulam  
ἡμῶν debere intelligi tantùm eventualiter, ut notetur rei eventus  
per accidens, sed etiam finaliter, quoad DEI consilium, quia even-  
tus esse non possit non esse à DEO intentus, cum hic agatur de ope-  
re, quod DEVS facit ex decreto, non de eo, quod tantùm praci-  
diat ex lege.*

Prodit hic Spiritum suum Calvinianum: Nam (a) dicit, particulam ἡμῶν  
non debere intelligi eventualiter, at eventualiter esse intelligendam  
et particulam, patet tùm ex locis Scripturæ parallelis, Luc. 2, 34. Jo-  
han. 9, 39. 1. Cor. 21, 34. tùm ex Græcis Interpretibus doctissimis, Chry-  
sostomo, Theophylacto, quorum prior, non ideo DEVS fecit, sed  
ut evenerit, ut inexcusabiles redderentur! tùm ex ipso Piscatore, què  
in indice N. T. ἡμῶν & eis refert inter particulas, quæ accipiuntur even-  
tualiter: (b) Ipse sibi met adversari videtur, nam Th. IV, non tantùm  
Theologiam naturalem dicit ed solùm spectare, ut homines reddat  
inexcusabiles, sed & alios fines quatuor recenset præter ἀνάμ-  
λότητον. (c) Hæc ratione DEUM Authorem peccati constitui, evi-  
denter patet, quia si DEI consilium, si intentio, si decretum fuit, ut  
homines redderentur inexcusabiles, in iudicio conscientiæ & futuro,  
consequens est DEUM intendisse, consilium ipsius fuisse ac decretum  
ut peccarent, contra notitiam insitam ut scilicet reddantur inexcusabi-  
les. Ponamus autem verba hæc intelligenda esse finaliter, non even-  
tualiter, quemadmodum Hülsemannus exponit, tantum tamen di-  
stabit sententia Turretini ab illâ, quantum cælum à terrâ: Nostri enim  
Theologi, si finaliter exponunt, & dicunt, DEUM intendisse inexcus-  
abilitatem illam, non secundum Vol. Anteced. sed consequ. seu Judi-  
cariam; At Calviniani planè negant istam distinctionem, & conse-  
quenter volunt, ex DEI consilio, intentione & decreto immutabi-  
lentem fuisse inexcusabilitatem Gentilium.

## IN TH. IX.

*Aggreditur sententiam Mosis Amyraldi, qui ex loco Ro-  
man. I, 20. conclusit h. m. si inexcusabilitas Gentium erit ex ne-  
glecto*

*glebtu Luminis naturalis, consequens est, si non neglexissent gentiles usum luminis naturalis, sed isto rectè & debisè fuissent usi, illos in iudicio fuisse excusabiles, si excusabiles E. excusandos, adeoque salvandos: Verum rectè respondet Turretinus ipsi, non parè passu ambulare sufficere ad ἀναλογία & sufficere ad Salutem, rectè etiam, aliud esse hominem esse excusabilem à tanto, aliud excusandum à toto.*

Annot.

Addimus nos: planè frustraneum hoc esse additum, nam si gentes inexcusabiles ob neglectum luminis naturalis, non tantùm ob hoc genus peccati essent inexcusabiles, sed essent non excusabiles ob peccatum originis, ob alia peccata, quæ committerent contra legem divinam, ob ignorantiam Redemptoris, ob defectum subiecti fidem ingenerantis & opera producentis.

## THE. XII.

In hac Thesi collatà cum VII. Author statuit, *notitiam de DEO naturalem, neque sufficientem esse mediatè, neque immediatè ad Salutem.*

Annot.

Sed hic iterum miscet non miscenda: Nam (a) si Patres quidam agnoverunt, notitiam de DEO esse sufficientem, non superstruxerunt bono usui luminis Naturalis hanc sufficientiam, sed DEI Benignitati & misericordiz, nec non virtuti meriti Christi, cuius beneficio etiam hoc lumen naturæ reliquum debuit cedere in bonum illouso instructum. (b) Dicimus, Annon lumen naturæ, referri possit ad gratiam divinam *sub ratione Principij Pedagogici ad Ecclesiam?* At si hoc, sufficiens dici potest Lumen naturæ, salutare & spirituale ex ordinatione DEI, qui mediantibus etiam aliis gradibus ad conversionem illud destinavit. (c) Stante hoc, sequitur nullam dari gratiam per prædicationem verbi; Argumenta autem, quæ producit, non concludunt: Nam 1. dicit, *illam revelationem non posse sufficientem dici, quia eget aliâ revelatione superadditâ*, at sic neque gratia prævoniens dici posset sufficiens, quia eget aliâ gratiâ superadditâ, nempe *inhabitante*; sed non dicitur gratia hæc sufficiens, nisi sub certis gradibus, si scilicet alii ipsi adijciantur: 2. Dicit, *nos carpe- te Pontificorum sententiam, qui perpendant scripturam posse dici suffi-*

*omnino mediata*, At non idem reprehendimus *frontentiam Pontificiorum*, quod statuat, aliquid posse sufficiens dici vel *mediata* vel *immediata*, sed ex eo, quod malè applicent, & contra Scripturam afferant, *Scripturam esse mediata perfectam atque sufficientem*. Perfectam enim esse *absolutè* & sufficientem, docet Paulus 2. Tim. III, 16, ubi sufficientem dicit ad omnes ministerii functiones, ad hominem perfectum reddendum, ad quodvis opus bonum: Perfectus autem *effectus* arguit perfectam *causam absolutè*. 3. Urget, quasi statueremus DEUM benè utenti lumine naturali *superadditurum* fuisse lumen gratiæ, quod *Pelagianum* at nos non querimus istam sufficientiam, istam successionem Luminis gratiæ ad lumen nature in bono usu luminis naturalis; Novimus enim non dari *bonum usum* luminis naturalis, nec in merito aliquo congrui vel condigni, sed in misericordiâ divinâ solâ, quæ non vult, ut qui querit DEUM, enim non inveniatur; hinc nihil Pelagiani accedit, dum *non nobis*, sed DEO tribuimus illam *dispositionem ordinis*, ut scilicet sequatur uberior revelatio omissionem contemptus ex lumine naturali, inquisitionem in verum DEI cultum, investigationem Ecclesiæ & cætus DEI selecti: Premisit enim ut Tertullianus loquitur, *DEUS naturam, subsequitur autem gratia revelationis*.

### TM. XIII.

Dicit, locum Pauli Rom. II, 4. non huc pertinere, quia non agat de Gentilibus, sed Judæis, & patere hoc ait, ex iis, quæ sibi homini, quem compellat, tribuas: (b) ex v. 17. ubi nominatim sermo dirigatur ad Judæos.

Sed errat; nam I. de Judæis non tantum agit Rom. II. sed de Judæis & Gentilibus, ut patet ex v. 9. ubi aperte Judæi & gentes nominantur: (b) ex particula *dis*, quæ legitur v. 1. est enim *illativa* ex c. I. v. ult. at ibi generale pronuntiatum habetur, v. 12. (c) quia in Cap. I. legit de gentibus Epicuræis, jam autem in Cap. II. de sanioribus ex illis, qui putabant se se posse præstare præ reliquis: II. Argumenta quæ adducit Turretinus non concludunt non (a) quia non tantum Judæo competit, quod alios judicet in iis quæ ipse perpetrat, sed etiam gentilibus, inter quos discrimen datur: (b) non concludit ex v. 17. de iis, quia retundi id potest, non tan-

tum ex 7. 9. ubi Judæorum & gentium mentionem facit, sed & 10. imò aperte ex 7. 13. & 14. ubi de gentibus, *natura legis opus* faciendibus ipsi sermonem esse perspicitur: non (c) quia *χρησιμῆς*, quam de-  
 prædicat Paulus, non notat revelationem & beneficia Judæis collata, sed opera providentiæ, illam benignitatem, quam DEUS etiam exer-  
 cet erga Gentiles, de qua *AB. XIX. 17.* III. Turretino hic adversi sunt Socii ejus, nempe Pareus, Beza, Calvinus, Marloratus, & ex Re-  
 centioribus *Wittichius*, qui ita scribit: *Speñas id Primum Philoso-*  
*phos, cujusmodi Solon, Socrates, aliique similes, qui externâ ho-*  
*nestate conspicui, inprimis judices & Magistratus, atque hæc com-*  
*pellatione admoneri vult de communi perversitate, tu homo qui-*  
*cunque es, non debes putare, te aliam esse conditione à quibusvis*  
*hominibus, facit enim Apostolus axioma universale: omnis quicum-*  
*que ista superius dicta peccata perpetrat, est inexcusabilis, sive deim;*  
*de Judæus, sive Græcus sit.*

## TH. XVI.

*Dicit, opus Legis bifariam dici, vel formaliter, quod Lex ipsa præstat, vel imperativè, quod homini præcipit: Prius esse opus seu officium legis circa hominem, quod in præceptione, promissione, interdictione, & comminatione, versetur; Posterius esse opus hominis circa legem.*

Annot.

Quantum autem per *opus legis*, quod scriptum est in cordibus Gentiliam, nos ipsimet intelligamus *rem ipsam legis*, tum in opposi-  
 tione ad legem Mosaicam, quæ in literis & syllabis tanquam adjun-  
 ctis est expressa, tum quia non de opere factò loquitur Apostolus, sed de *opere præcepto*, dicit enim *in scriptum esse cordibus hominum*: tum quia opus legis eà ratione dicit, quâ ratione lex cum *artificis* com-  
 paratur, qui aliquid tabulæ inscribit vel inculpit, quod si in scriptum vel inculptum opus istius artificis dicitur, tamen incommodè loqui-  
 tur, dum scilicet opus legis dicit esse *officium legis*, quatenus in præ-  
 ceptione, promissione, interdictione & comminatione *versatur*; hæc enim ratione confundit opus Legis *formaliter* acceptum cum opere legis *imperativè* considerato.

TH. XXII.

## TH. XXII.

Differit Author de Zwinglio. Sed primò infidiosè dicit: *Si Zwinglium Herculem & similes Heros in celo ascripsit, à nostris non probatur.* Annos. At non hypotheticè enunciandum erat, quod categoricè habetur in præfatione istà ad Franciscum I. ut non dicam falsum esse; à Calvinianis non probari hanc sententiam, sanè probata fuit à Rudolpho Gualtero, à Bullingero, à Lavatero, ab Alberto Hartenbergio & seniore Tossano: commendatur hæc sententia, Apologia à Gualtero, cygnea cantio Zwinglij vocata. quid quod Recensiores, Moses Amyraldus, &c. viam hanc insistant, contra quos Synodi Alençonensis & Charentonij celebrata sunt in Gallia. Secundò dicit, certum esse errasse Zwinglium potius in facto, quàm in iure, non quasi senserit salutis patere extra Christum & fidem, sed quia speravit misericordiam divinam modo nobis occulto aliis fadem insilasse. Sed I. erravit, & qui in facto errat, utique errat: II. non potuit errare in facto, hoc quidem in puncto, nisi etiam erraverit in iure; nam qui dicit Herculem, Numam, &c. esse in celo, ille præsupponit hanc propositionem quæ est de jure, gentilibus quoque patere portam cæli. III. Cum dicit, sperasse Zwinglium, istiusmodi gentes esse in celo, atque addit unà dixisse, qui in fide migrarunt, atque copulasse illos majoribus Christianis Francisci I. supponit, scilicet Gentiles fidem habuisse, at aut habuerunt illam ex Lumine Naturali, quod contra Apostolum Rom. X. aut ex revelatione; at qui hanc negat Gentilibus, contendit enim non teneri credere, qui per aetatem audire nequeant, sive ad quos nulla mentio Evangelij pervenit, in Elemebo contra Anabaptistas Tom. II. Operum suorum. Præterea illud, quosque in fide migrarunt, non refert ad Herculem, Numam, sed ad Majores Francisci I. qui Christiani fuerunt, quod ipse agnoscit, dum ingenuè fatetur contra Pareum, verba illa non debere ad Majores Regis restringi, sed ad eos omnes, de quibus locutus fuerat in præcedente, atque in sequentibus probat contra Pareum, qui scilicet ita excusat Zwinglium, quod sub conditione fidei tribueris Herculi, Numæ & consimilibus salutem; III. aperte con-

tè contradixerunt huic sententiæ ipsi Calviniani Oecolampadius, Bucerus & Beza ut patet ex *lib. de cœrcondis. Harot. vol. 1. tract. Theol. p. 103.*

## QUÆSTIO V.

### De Objecto Theologiæ.

Differit Author de Objecto Theologiæ atque dicit: *Objectum Theologia esse DEVM & res divinas, Th. 2. & 3. probat, & tandem Th. 4. formale hujus objecti exponit.*

quod.

Sed non possumus subscribere huic sententiæ, quod DEUS sit *objectum* Theologiæ; tum quia supponit falsum, nempe Theologiam non esse habitum practicum, cum tamen inter practicos sit computanda, non enim DEUS est *objectum* quoddam, in quem finis aliquis Practicus sit introducendus: tum quia ex spuria *hypothesi* hoc ipsum est obortum: dum Theologiam dicit mixti Generis esse partim Theoreticam partim Practicam in Quæst. VI. Th. IV. tum quia longè commodius *objectum* Theologiæ distinguitur in *objectum considerationis* & *operationis*, ut *objectum* considerationis sint *res revelata*, *objectum* verò operationis *homo quatenus salvabilis* & ad salutem perducendus. In hæc Thesi non solidè hoc ipsum probat: 1. ex nomine. quia Theologia & Jacobus sicut sunt habitus de DEO. Quia Argumenta à nomine & Etymologiâ petita valdè sunt infirma, tum quia non semper *denominatio* fit ab ipso formali, tum quia etiam ab *objecto* inadæquato, *secundario*, & *particulari*, imò à *sine potest fieri denominatio*, tum quia ipse Durandus dicit, hoc argumentum non concludere, qui proinde Thomam reprehendit, quod statuat *objectum Theologia esse DEVM*. Secundum non concludit, quod *desumptum ex Scripturâ*. Nam Scriptura agnoscit quidem DEVM *objectum* esse Theologiæ, sed aliud est *objectum ratione dignitatis*, & aliud *objectum ratione adequata tractationis*, prius agnoscit Scriptura, non posterius: agit enim Theologia etiam de lapsu, de peccato, de nostrâ conversione, justificatione, Sacramentis, &c. Tertium itidem non concludit. Nam (a) non est necessarium, ut *objectum* aliquod sit *incomplectum*: sanè si *res revelata* sunt *objectum*, non sunt aliquid *incomplectum*, sed *complexum*, nec necessarium est, quod quidam de eo de-



denominativè prædicerur, nam hoc etiam habet objectum particulare, & omne quod in Theologiâ tractatur, suas habet affectiones & proprietates, ut ad id respiciant, quæcunque tractantur in disciplina, &c. hic sanè videtur occultare suum Calvinismum, quia etiam de Peccato tractatur in Theologiâ, de lapsu, de vitiis contra primam & secundam Tabulam: Ergone hæc omnia referuntur ad DEUM? habent relationem originis, conservationis, atque dependentiæ, quid est DEUM causam peccati constituere, nisi dicere Peccatum habere originem ex DEO, conservari, ac dependere? quod etiam exprimit Th. X. ubi dicit, peccatum subjici providentiæ & justitiæ divini. IV. Hæc in Thesi dicit, *DEVM nec esse objectum Theologia quatenus revelatum, nec quatenus DEVM, sed ut DEVM nostrum & fœderatum in Christo.* At primò malè opponit DEUM quatenus revelatum DEO fœderato in Christo, ut enim fœderatus est in Christo ita etiam oppositè ad Lumen naturæ nobis in Scripturâ revelatus est: Secundò DEUS fœderatus in Christo non potest esse formale objectum Theologiæ, quia non tantùm de DEO fœderato in Christo Theologia agit, seu tantum Evangelia habet, ubi enim Lex, quæ ad Theologiam spectat, nec tamen fœderatum DEUM in Christo nobis exhibet? Tertio dicit, *DEVM fœderatum in Christo objectum formale Theologia non modò ut cognoscendum, sed etiam ut colendum,* at si objectum Theologiæ est DEUS ut fœderatus, non tantùm ut cognoscendus, sed & ut colendus, Theologia quanta quanta est, erit habitus Practicus, quia cultus ad praxin spectat, & omnis cultus prærequirit notitiam.

## QUÆSTIO VI,

### De Genere Theologiæ.

I. Disputat Author de genere Theologia, atque distinguit inter Theologiam consideratam systematicè & habitualiter, primoque sensu non accuratius genus aliud illi assignari posse quam doctrinam: II. Dicit, doctrinam anonomasticam talem esse doctrinam: Et III. probat ex Scripturâ hoc suum genus.

C

TH.

## TH. I.

Verum quoad I. malè distinguit inter Theologiam systematicè & habitualiter acceptam, Theologia enim est *essentialiter* habitus, & si in systema compingatur, hoc ei accidit; II. Theologia non prout systematicè accipitur, potest esse doctrina, sed potius dicitur *typum doctrinae* & in applicatione docendi fit doctrina: III. Falsissimum est, genus Theologiae esse doctrinam, tum quia doctrina est *relativum* quid, dicit enim relationem *ad docentem*, Theologia autem est qualitas absoluta; tum quia *Theologus* est etiam ille, qui non docet: tum quia accidens commune est docere, omnibus disciplinis, E. omnes disciplinae pro genere haberent doctrinam, quod oppidè absurdum. Quoad II. dicit, Theologiam doctrinam *autonomasticè* appellari, at si autonomasticè, genus Theologiae non tam dicendum esset doctrina, quam *doctrina eminens*: Si omni humana superior, non doctrina dici deberet *genericè*, sed *divina doctrina*; nam *divinum & supernaturale praestantius omni humano*: Si denique divina *autonomasticè* ita dicitur, praecipuum & intimum genus Theologiae erit doctrina, at verò si in Scriptura *διδασχῆν* dicitur, non tam per modum generis dicitur talis, quam *per modum encomii*. Quod III. spectat, dicimus *loci illa* planè nihil concludere: nam 1. hoc tantum obtinetur, posito scil. quod de Theologia in illis sit sermo, illam esse *διδασχῆν*, esse doctrinam, sed de hoc non est quaestio: 2. Si urgeretur Turretianus, ut in locis allegatis demonstraret, per *διδασχῆν* Theologiam intelligi, credo ipsi aquam hauriam: 3. Locus *Ioh. VII, 17.* planè non facit ad hanc rem, tum quia ibi non agitur de Theologia, haec enim dicitur *habitus* non perveniendi ad salutem, aliàs quilibet rusticus esset Theologus, sed dicitur habitus *ad salutem* deducendi: tum quia Christus dicit, si quis vult facere voluntatem Patris mei, cognoscat de doctrina, adeoque omnes sicut ita animati, ut non resistant divinae Veritati, & ita cognoscent doctrinam, quam ipse ut Doctor generis humani praedicavit & docuit tempore ministerii sui, tum quia ut observat *Canero Socius* in religione Turretini, Christus non dicit, si quis voluerit facere voluntatem Patris mei, cognoscat de doctrina, sed *ὅτι τῆς διδασχῆς*, cum *praefere articulo* de hac doctrina, quam ego praedico, non de doctrina *Mosaicà*, quae etiam pertinet ad Theologiam. sed de doctri-

**doctrinâ** hâc, quam ego propono; quamque conferre debetis cum do-  
**ctrinâ** *Librorum P. T.* ut *Berthomies* doctrinam Pauli cum Mose & Pro-  
 phetis, A& XVII, 11. Alterum dictum *1. Tim. IV, 6.* itidem non con-  
 cludit, dicit enim Paulus: *Enutritus verbis fidei, quam assequutus es.*  
 hoc autem nil probat, tùm quia agit de Timotheo, qui edoctus fuit  
 principia Theologica, adeoque considerat ipsum sub *formali Disci-  
 pulis* in ordine, ad Præceptorem, & ita *relativè*, at habitus ille in-  
 stillatus fuit per *modum didachæ*, tùm quia in Græco habetur vox  
*ἐκτρέφω*, enutritus: sicut igitur *infans* lacte nutritur & adole-  
 lescit, adeoque *relationem* dicit ad matrem, quæ ipsum lactat, ita  
 hic Theologia spectatur, sub ratione communicationis, quatenus  
 DEUS & Ecclesia lacte Evangelii imbuerunt Timotheum, non au-  
 tem *absolutè*: tùm quia *verbum* illud *ἐκτρέφω* accipitur, vel  
*activè*, ut quidam Interpretes volunt, ita ut sensus sit, suadere se,  
 ut boni ministri officio fungatur Timotheus *enutritus* seu educans sub-  
 ditos verbis fidei & *sinceræ* doctrinæ, vel accipitur *passivè*, ita ut sen-  
 sus sit, ipsum *enutritum* esse in verbis sanæ fidei, & talem sese exhibi-  
 bere debere educatum fide & doctrinâ, quam iam inde à puero hau-  
 serat: Priorj modo si accipiatur, non tam Theologia describitur,  
 quàm *munus & officium* Timothei, quid scil. docere debeat in Eccle-  
 siâ, quo lacte nutrire conceditur; Posteriori autem modo si accipiatur,  
 planè nil facit ad rem, quia respicitur ad *primam instructionem*, quæ  
 facta *divo Spiritu* ipsius Timothei, quæ facta à Parentibus, de quâ  
*2. Tim. III 14. 15.* Tertium denique dictum, nempe *1. Tim. VI, 3.*  
 frustra adducitur, tùm quia Paulus ibi describit *falsos Doctores* ut Do-  
 ctores perversa instillantés, tùm quia dicit, si quis aliter doceat &  
 non acquiescat sanis sermonibus Domini nostri, & ei, quæ secun-  
 dùm pietatem est, doctrinæ, superbus sit, adeoque Theologiam spe-  
 ctat sub *ratione doctrinæ*: tùm quia apertè dicit, si quis aliter doceat  
 adeoque spectat Judaizantes & Simonianos ut docentes & ut traden-  
 tes doctrinam aliam, quæ non est secundùm typum veritatis: Unde  
 quoque nil concludit, quod ex *Rom. VI, 17.* producit, quod dicit  
 de *Thorab*, partim, quia *typum didachæ* vocat illam doctrinam, quam  
 Christiani hauserant, *capita Catechismi*, non Theologiam, partim,

quia aliud est *Thora*, exemplar scilicet legis, aliud *Theologia ex lege* hausta, quæ differunt ut *principium & principiatum*; partim, quia si hæc omnia concederemus, enuntiari de *Theologia*, quod tamen non est; probandum esset adhuc, enuntiari de *Theologia absolute* considerata, per modum attributi alicujus *essentialis*. VII. Dicit *Author*: *Si aliquid ex istis habitibus externis Theologia est tribuendum, scientiâ ei maximè est analoga, & ad naturam ejus proximè accedit, non quidem sensu Aristotelico præcisè, sed potius sensu Stoicorum*, atque probat, quia *sapientia sit scientia verum præstantissimarum*, nec non *disciplina Architectonica*, quæ aliis omnibus imperet, easque dirigat: Sed notandum Primò, si *Theologia generis loco* habet *sapientiam*, tum hanc non generis loco habet *externis habitibus*, ut loquitur *Author*, ex istis, quos antea descripsit ex *Aristotelo*, ipse enim fatetur non esse *Theologiam* ex istis habitibus, qui tales dicuntur sensu *Aristotelico*, sed *sapientia* hic planè accipitur, ut diversissima ab omni *sapientia humana*, imò *oppositè* ad eam quam *Aristoteles* descripsit: Secundò dicit, *Theologiam* non posse dici ex habitibus istis, benè tamen includere omnes *istos habitus eminenter*, atqui si non potest dici *sapientia* in sensu *Aristotelico*, quomodo dici poterit *eminenter* continere omnes habitus *Aristotelicos*, à quibus *specie differt*. Tertio dicit, *sapientiam* posse appellari in sensu *Stoicorum*. At *Stoici* æquè nesciverunt, quid sit *Theologia* ac *Aristoteles*, imò si posset dici *Sapientia* in sensu *Stoicorum*, posset dici *sapientia naturalis & humana* cum de illa tantum aliquid noriut *Stoici*. Alterum punctum est, quòd sæpè in *Scripturâ doctrina fidei sapientia nomine* veniat, & hoc esse genus *Theologiæ* nos quoque dicimus, verum non propter rationes quasdam, quas annexit *Aurhor*, sed ex eo, quòd *Scriptura*, & quidem multipliciter, illam ita appellat; *Credendum* autem est *Theologiæ*; *Scripturam loqui non ad opinionem vulgi*, sed ad rei veritatem, unde si nostri *Theologi* negarunt, contra *Alstedium*, *Theologiam* esse *sapientiam*, si *Scherzerus* e contra dixit, esse *sapientiam*, non sunt sibi adversi: nam *Priores* negant esse *sapientiam* prout scilicet, describitur à *Philosophis*, *Scherzerus* autem prout à *Theologis*, & est *sapientia eminentis*, non per inclusionem omnium habituum, ut vocabulum *eminentis* sumit *Turretianus*, sed per *excellentiâ* *Authoris*, materiz

& s.

& finis 3. Rationes illius sunt nullæ: dicit, *sapientiam esse scientiam rerum præstantissimarum, esse disciplinam Architectonicam*, quæ omnibus aliis imperet, easque dirigat: At primò, quæ sapientia est rerum præstantissimarum? Sanè non *sapientia Theologica*, sed *Philosophica*, hoc enim attributum ei dedit Aristoteles: est quidem *Theologia rerum præstantissimarum*, sed non in illo sensu, verum præstantissimarum *ordini altioris & supernaturalis*. Secundò, quomodo Theologia potest dici *Architectonica*, quæ omnibus aliis disciplinis imperet, easque dirigat? Sanè non imperat disciplinis aut eas dirigit, nisi quatenus disciplinæ formant quædam *Axiomata*, quæ Theologia superior corrigit & emendat. Tertio, petitur est hoc *Axioma iterum ex Aristotele*, qui loquitur de *imperio Theoretico*, de imperio *Metaphysico*, At Theologia non imperat *Theoreticè*, sed ut est *habitus Practicus*, sapientia quædam *Practica*, ita & *practicè* imperat.

## QUÆSTIO VII.

### An Theologia sit Theoretica, an Practica?

Querit hic Author & dicit, *non modo esse necessariam ad intelligendam veram Theologiam Naturam, sed etiam propter controversias hujus temporis, maximè contra Socinianos & Remonstrantes: subjungit epigramm suam, Theologiam esse nec simpliciter Theoreticam, nec simpliciter Practicam, sed mixtam, partim Theoreticam, partim Practicam.*

(a) Verùm hic errat statuendo, Theologiam esse nec simpliciter Annot.  
Theoreticam, nec simpliciter Practicam, adeoq; *habitus mixtum*: non enim potest in universo disciplinarum circulo ostendi habitus aliquis formaliter mixtus, cum *omnis disciplina s. naturalis, s. supernaturalis* tendat vel ad *contemplationem veri*, vel ad *amorem boni*. vide *Wendelium Syst. & Masfr. b.* (b) Probare nititur 1. ex *Objecto*, quod sit DEUS cognoscendus & colendus, At *objectum Theologiæ non est DEUS*, ut supra determinatum est: 2. ex *Subiecto*, homine perficiendo cognitione veri, quo illustratur Intellectus, & Amore boni, quo ornatur voluntas, At *cognitio veri & contemplatio maximè differunt*, aliud enim est

*γνώσις*, & aliud *θεωρία*, *γνώσις* quidem intellectus illustratur, sed non Theoria, multò minus in illà subsistit, ipse enim ad amorem boni extenditur, quanquam etiam cognitionem veri explicet per fidem, quæ non est Theoretica, sed Practica: 3.) ex *Principio*, quod dicit esse verbum DEI, At siue legem, siue Evangelium spectemus, Practica urget, lcx scil. *facienda*, Evangelium *credenda*, quorum fides consistit in Praxi. 4.) ex *forma*, quæ veram religionis essentiam complectatur, & cognitionem ac cultum DEI postulet, at hîc iterum confundit *γνώσις* cum *θεωρία*, cognitio etiam in *Artibus* & *Politicis* prærequiritur, sed non Theoria: 5.) ex *fine*, qui sit hominis *beatitudo*, partim in *visione* DEI, partim in illius *fruitione* consistens, At primò visio quandoque notat integram beatitudinem, & contradistinguitur cognitioni *enigmatica*, fruitio autem extra controversiam totam notat beatitudinem, & complectitur ipsam visionem DEI; quid enim est frui DEO? nisi videre DEUM, & in eo gaudere: Præterea non disputatur de *Theologia* Comprehensorum, sed de *Theologia Viatorum*! Denique eo ipso, quia partim in visione DEI, partim in fruitio-  
ne ponit *finem* hominis, cum *fruitio* dicat *practicum* quid, Theologia erit Practica,

VIII. Dicit Author Secundò, *Speculativum & Practicum posse esse differentias disciplinarum inferiorum ad quas facultas naturalis intellectus pertinere possit?* Sed cum Theologia sit ordinis altioris, inter breves hos *natura* cancellos non cohiberi, sed posse *Speculativum* & *Practicum* ambitu suo complecti: at 1.) *Speculativum* & *Practicum* non variant secundùm *ordinem naturalem* & *supernaturalem*, sed ex *natura* suâ & *indole* est æstimandum, quod perpetuum: 2.) *Speculativum* & *Practicum*, sunt *contradictoria*, *Speculativum* enim *ultimò* subsistit in *cognitione*, *Practicum* autem ad *actionem* se extendit, At v. rò quæ *contradictoria* sunt, non tantùm in *inferioribus* disciplinis combinari nequeunt, verùm neq; in *superioribus* 3.) universale est, ut omne *disciplinabile* vel *doctrinale* dicatur, vel *Theoreticum* vel *practicum*, si hoc, sub disjunctione est *Universale*, in omni habitu, seu *inferioris*, siue *superioris* ordinis, erit sub disjunctione accipiendum, ita ut *omnis habitus* siue *naturalis* siue *supernaturalis* sit vel *speculativus* vel *practicus*,

Quæ.

## QUÆSTIO VIII.

Aggreditur Author Calvinismum, & quaerit, *An ratio humana sit principium & norma, ad quam exigi debent Religioſis Chriſtiana & Theologia dogmata?*

Negatque contra Socinianos, dicit & in Theſi 3. non quaeri, *an ratio uſum aliquem obſineat, in rebus Theologicis ſeu fidei. fateri enim Calvinianos, multiplicem eſſe uſum, tam ad illuſtrationem, tam ad collationem, tam ad ibationem, tam ad argumentationem, ſed quaeri tantum, an ſe habeat per modum principij & norma: ſed hic inſpergit r.) aliquid ex Calvinismo ſuo, dum dicit, habere uſum ad argumentationem, ratiōnis ex peno ſuo depromendo ad propugnandam orthodoxiam, & expugnandam heterodoxiam, nam a) per argumentationem intelligit argumentationem ex Principiis realis rationis, idque patet ex eo, quia argumentationem opponit illuminationi, quæ fit per confequentias, adeoque per argumentationem intelligit applicationem principiorum realium in contradiftinctione ad regulas Logicas, quæ inferunt, At nos negamus, Principia realia rationis hunc uſum habere in Theologia, idque idè, quia ſunt heterogenea, v. g. concludunt Calviniiani: *Omne finitum eſt in loco, neque omnipreſens, Chriſti Corpus eſt finitum, E. eſt in loco, neque omnipreſens: Sanè Major eſt Principium rationis reale, & confequenter paratur iſtiusmodi conclusiones: b) dicit eſſe uſilem ad propugnandam Orthodoxiam, & expugnandam heterodoxiam. At quomodo poteſt id facere ad propugnandam Orthodoxiam quæ ignorat, quid ſit Orthodoxia; Principia autem rationis & Luminis naturalis ignorant quid ſit Orthodoxia, religioni enim contradiftinguuntur, E. non poſſunt facere ad Orthodoxiam propugnandam, & heterodoxiam confundendam: imò ſi hoc facerent, tantum ſecundariè hoc ipſi eſſet tribuendum, tantum in diſputatione καὶ ἀντιπαρῶν: c) dicit ſe negare contra Socinianos, habere Principia rationis ſeſe ad modum norma: Veturum (i. ita contradicit perſonato Maſſonio, qui aperte rationem docet eſſe principium agens: poſito autem ſecundò, quod non intellectum intelligat, ſed Principia doctrinalia rationis, iterum à Vedelio diſcedit, qui diſtinguit inter Principia cognitionis & probationis, & Principia cognitionis ſeu doctrinalia admittit, cui etiam ſubſcribit Maſſonius,**

(ten,

(tertio ipse *Alstedius* refert, quod *Goelenius*, *Professor Marpurgenfis*, dixerit, *exercitationes Scaligeri esse sua Biblia*; Si *Biblia* autem *Calvianorum*, fuerunt norma: imò ex *praxi Calvinianorum* constat, quod in certamine cum nostris *Principia rationis* adducant per modum *principij alicujus realis conclusionem inferentis*.

IV. Dicit *Author*, non queri, *an ratio sit instrumentum, vel medium per quod ad fidem possumus adduci*; sed iterum non satis candidè: nam prout *rationem* ad mittimus tanquam *instrumentum* quò in *disciplinis organicis* ad *Theologiam applicatis*, ita *medium*, per quod ad fidem possumus adduci, nunquam possumus concedere *Rationem esse*, aperte enim *Paulus* contrarium testatur. *Cor. II, 14. Animalis homo non percipit. &c. à dextris, ne quisem habet potentiam passivam, neque potest à sinistris*, itaque quod non recipit, quod non potest cognoscere, illud ipsum non potest esse *medium*, per quod ad fidem possumus adduci.

VI. *Author* *fontes solutionum* ministrat, & dicit, aliud esse *ministerialiter* & *organicè* se habere, aliud *principaliter* & *despoticè*: *Priori modo* se habere respectu *Theologix*, non *posteriori*, At hic prodit *integram suam causam*: nam quod *ministerialiter* & *organicè* se habet, id ipsum non pertinet ad *disciplinas reales*, sed ad *ministeriales* & *organicas*, *Grammaticam*, *Logicam*, *Rhetoricam*: at hoc semper *Theologi* nostri urserunt, quod scilicet, *non excludant disciplinas organicas*, hoc autem culpârunt in *Calvinianis*, quod ad hiberint *principaliter* & *despoticè principia rationis*, & quidem non *Universalis*, sed *Particularia* & *Physica*: v. g. unde hic dicit, *ratio est instrumentum, quo fidelis utitur, sed non est fundamentum & principium, quo utatur fide*, in *Th. VII.* plauè loquitur eadem, quæ nostri, ut scilicet imponat legentibus.

VIII. Dicit, *Cultum rationalem bisariam dici, vel originaliter, quod sit à ratione ut origine & principio, vel subjective & organicè, quò sit in ratione tanquam in subiecto, & per rationem tanquam instrumentum exercetur*: *Paulum Rom. XII, 1. non intelligere priori modo, sed posteriori*. At verò an sufficienter respondeat *Photinianis*, meritò disputari potest: nam (a) *cultus rationalis* non dicitur talis *originaliter* vel *subjectivè* & *organicè*, sed ut ipse observat *in oppositione ad cul-*

tum



*rum Leviticum & Ceremoniales*, adeoque vult *Christianos* non esse *ζῴα ἄλογα*, non bestias, non victimas V. T. sed *victimas racionales & spirituales*; quod autem in oppositione ad bestias dicitur, illud ipsum potest esse *λογικόν*, si scilicet rationem tantum adhibeat, neque necessarium est, ut modo Calviniano ad cultum *concurrat*: (b) eo ipso, quod locum hunc contra Photinianos interpretatur, plus *rationi* non tribuit, quam *subiectum* esse & *organicè*, h. e. *per disciplinas organicas exercere cultum*: (c) dum *cultus* à nobis exigitur *rationalis*, rationalis exigitur *secundum normam & principium Scripturae*, quae jubet *captivare omnem rationem*, ut habetur *1. Cor. X, 4. 5.* Audiamus hic *Maccovium in Collog. VI. Miscell. quest.* qui ita: facultatum agentium captivitas est *operationis cohibicio*: captus dicitur oculis; *causae visus irrepda incensipitur*; ita ratio humana captivatur, quando iudicium, quod ipsa in fidei negotio sibi arrogat, improbatur, utque ab eo desistat, *magis verò*, ut se iudicio superiori submittat, ei que pareat, & *ad modum captivi & ligati ad illius naturam & voluntatem* se patiat duci, hoc est, *sua dicta sic limitat*, ut Theologiae *nullò modo* se opponat, jubetur.

XXIII. Dicit, *perperam nobis impingitur à Lutheranis, quod rationem principium & normam demonstrationis in controversiis statuerimus*: At Primò expressis verbis dicunt Calviniani, *rationem esse normam* in Controversiis Theologicis, ut constat tum ex *Goclenio*, tum ex *Vedelio*, l. 3. c. 6. Secundò, rationis humanae sapientiam in *mysteriis divinis*, seu rationem extra *cancellas suos vagantem* coercere & *Scripturis* convincere, ut Christo per Scripturas loquenti se submittat: *Marlorati*, Captivam decere *omnem corationem* est continere & frenare *libertatem humani ingenij*, ne quid extra Christi doctrinam sapiat: tum ex ipso Authore, qui expressè habet *quest IX. Th. 3. Hoc posito dicimus iudicium discretivum competere rationi tum subiectivè, tum normaliter*: & in subsequentiis, ut *verbum DEI*, in quo *etiam veritates ista revelata sunt*, pro *primarià* semper *normà* habeatur, *ratio verò pro secundarià*: Secundò, non ex eo arguimus Calvinianos, quod petant aliquando argumenta ex rationis *sensu*, sed quod *determinata* argumenta ex rationis sensu petant *physicè*, & contra *omnipresenciam* corporis Christi urgeant, v. g. *Vedelius* concludit, *quicquid est finitum, illud non est omnipresens, Corpus Christi*

est finitum, E. non est omniprensens: Pariter potuisset concludere, Corpus Christi est finitum, E. non est DEUS: At verbum caro factum est. Johan. I. hoc itaque culpamus in Calvinianis, quod ex specialibus disciplinis, ex Principiis Physicis agant contra Veritates Theologicas. Tertiò dicit; rationi tribuimus tantùm partes ministeriales in quæstionibus mixtis, sub ratione mediij, neque argumenta nostra sunt primaria; sed secundaria, At & nos admittimus partes ministeriales, cum absque Logica ne quidem Theologicè disputari possit: (b.) In quæstionibus mixtis infernus tamen conclusio Theologica: c) medium est Turretino illud, quod coinfluit, ut non primariò, tamen secundariò, quod autem coinfluit ut secundariò, id verè causatur, unde se prodit, dum dicit: Theologas, dum utitur argumentis à ratione petitis, non tam Theologum, quàm Physicum agit: Physicam itaque ponit in folio: Cur non Arithmetiam, Astronomiam, Geometriam?

## QUÆSTIO IX.

### TH. III.

CAUO.

Non satis candidè iterum agit Auctor, dum dicit, rationi competere iudicium discretionis in rebus fidei cum respiciat cautione: Primò dicit, rationi competere iudicium discretionis in rebus fidei resp. & u. veritatis connexionum, At hoc est extra controversiam positum, unde totus liber Vedelii refutari potest, qui semper distinguit inter veritatem connexionum & veritatem sententiarum, quæ distinctio est optima ex Augustino petita, sed malè explicatur & applicatur à Calvinianis, in primis Vedelio, nam ille non ut nostri per veritatem connexionum intelligit iudicium Logicum, per veritatem autem sententiarum iudicium rationis, sed ad veritatem connexionum refert quoque Principia physica, quod etiam tegit Turretinus: Secundò dicit, respectu veritatis sententiarum in ista tantùm, quæ naturaliter sunt nota, competere iudicium rationi, At hæc est ipsa nostra sententia, nec quicquam verba simpliciter posita faciunt ad decisionem quæstionis ab ipso proposita ad Elencum Lutheranorum, quem ponit Thes. primà: Tertiò ne pro necessario habeatur iudicium istud rationis, quasi Theologia absque ista esse non possit, At eo ipso agnoscit contra iudicium rationis controversias Theologica tractari posse; dicit, Veritates istas revelatas pro primarià normâ habendas, rationem pro secundariâ, At non datur norma secun-

**secundaria :** (a) cum verbum aliquod additur , quod natura ipsa ignorat , rùm de eo non ex naturâ aut ratione , sed ex verbo esse judicandum , quod maxime premit Calvinianos : nam quia verbum addit humanæ naturæ λόγος , igitur non ex *Principio Physico* , omne finitum est certo loco circumscriptum , sed ex verbo DEI est judicandum , quodei superaddit.

VII. Dicit , *usum rationis in rebus fidei esse multiplicem* , & probat 1. Cor. X, 15. ab exemplis Christi & Apostolorum , à Joh. IV, 1, & ex testimonio sensuum. Verùm ut agnoscimus usum rationis , ita negamus esse usum rationis *quoad probationem* , neque id colligitur ex 1. Cor. X. tùm quia ibi Apostolus non loquitur cum Philosophis , cum illis , qui rationem sequebantur , sed cum *fidelibus* , 1. Cor. I, 5. cum *spiritualibus* , II, 15. cum *sciencibus & prudentibus* , VIII, 4. tùm quia conciliat *benivolentiam* , si scil. peritia & honor judicandi cum eo , cum quo agitur , tribuitur ; tùm quia *Judices* constituit Corinthios in hac causa sui peccati , ut solent qui causæ suæ maxime confidunt ; hoc autem nil facit ad id , quod concludit Turretinus , nempe *rationis usum probantem esse in Theologia*. (b) *Exemplum Christi & Apostolorum ac Prophetarum* nil facit pro Turretino. Dicit enim ubique ratiocinari ad docenda mysteria fidei : nam hac ratione nil probat præter hoc , quod organica disciplina fuerint usi , quod *Logicum* adhibuerint *Judicium* , non autem quæritur , an *disciplina rationales* conducant & ancillentur Theologiæ , sed an disciplinæ reales *rationis factus* : Ut enim Grammatica usi sunt , ita quoque Logica : Tertium non facit ad rem , *probare enim jubemur spiritus* , sive Doctores , sed non *adhibita ratione tanquam normâ primariâ vel secundariâ* , rationis autem Beneficio seu Logica tanquam *instrumento* , denique de *sensuum testimonio* agemus in *quest XI*.

XIV. Dicit se loqui *de ratione rectâ , & sanata per gratiam* , quando *judicium aliquod rationi in rebus fidei tribuat* , sed subdolè loquitur : nam (a) ratio ita rectificatur , & per gratiam sanatur , ut nunquam in hac vitâ *perfectè* sanetur , sicut igitur homini , qui *imperfectè* videt , malè tribuitur *Judicium discretionis inter colores* , ita etiam rationi sanatae per gratiam malè tribuitur *Judicium in rebus fidei & circa res spirituales* : Secundò *homo spiritualis dicitur omnia dijudicare* , non in *sensu*.

*sensu diviso, sed composito, & in oppositum ad animale; si verò spiritus in sensu composito dicitur omnia judicare, norma ipsius est spiritus, verbum revelatum, non ratio: Tertio Paulus provocat ad Judicium fidelium, quia nos non negamus judicium in rebus Theologicis fidelibus, sed de norma ipsius judicij disputamus, an scilicet debeat esse ratio vel Principia Physica, an verò sola revelatio in Scripturis expressa.*

XV. Exponit *captivacionem intellectus per exclusionem studij contradicendi*, sed nimis exiliter, longè enim fortiora robora sunt in intellectu: nam a) fit mentio armorum militiae Apostolicae & Theologicae, quae opponuntur carnalibus, adeoque rationi, quae in Scriptura dicitur *Care*, Rom. VIII. & dicuntur *passive* potentia illa arma, nempe per Spiritum, per *vim divinitus datam*: Dicit b) *illa esse potentia ad destrucionem munitionum, quibus diabolus & milites eius Pseudo-Apostoli, Philosophi, &c. pugnare solent, contra fidem Christi & Christianos*: quid autem sunt istae munitiones? Audiamus Chrysostomum, *munitiones istae sunt superbia Graecorum syllogism: & sophismata Philosophorum*: Dicit, c) *destruimus munitionem, consilia quoque sive ratiocinationes, quibus tanquam cuniculis intenditur expugnatio fidei*; in Graeco habetur vox *λογισμῶς*, quod quidam reddunt *cogitationes*, quidam *ratiocinationes*, rectissime per *syllogismos*, unde Theophrastus simplex per *compositum* exponit, & *rationes Dialecticas* intelligit, quae nuntur Principiis Philosophicis: Hisce praemissis concludit Apostolus, *redigendum esse in captivacionem omnem intellectum, omne νόημα, quo non tantum actus intelligendi, sed & potentia seu mens notatur, ut patet ex 2. Cor. IV, 14, in obsequium Christi, ad obediendum Christo per fidem, quae humiliter creduntur res tam incredibiles, quae revelantur mundo, scilicet per pium affectum voluntatis, quem in montibus creduntur excitare Apostoli*. Sanè verba sunt *Emphatica*.

XVII. In hac Th. Author dicit, *licet utamur ratione & eius Principiis in Controversiis Theologicis, non tamen sequitur fieri à nobis mixturam Philosophiae cum Theologia*. Verùm si per rationem eius Principia intelligit *verba*, utique mixtura hic fit *Philosophiae cum Theologia*, ita enim conclusio inferretur *partim* ex Philosophia, *partim* ex Theologia, atque *principiis heterogenea combinantur*; (b) rationem adju-

adjungit, quia non adhibeantur tanquam fundamentum & principium fidei, sed tantum ut instrumenta cognitionis: At falsum est non adhiberi tanquam Principium fidei; si enim concludunt, corpus Christi non esse omnipræsens ex hoc Principio: quia nullum finitum sit omnipræsens, sanè illam propositionem assumunt, in ratione principij, ex quo deducitur & in quod resolvitur hæc conclusio, hinc instrumentum cognitionis dicitur ambigè, vel ut tantum manifestet, vel ut coinfluat; Priori modo admittere possumus quandoque rationem, sed non posteriori, ut voluit Calviniani Tertio ex Vedelio desumit simile, de oculo corporis & lumine Solis, quibus videmus objectum aliquod visibile, ubi tamen nulla fiat mixtio oculi cum Sole, quia non concurrant eadem ratione, sed diversa, At hoc simile planè est dissimile, tum quia oculus corporis & lumen Solis concurrunt ad visionem objecti effluens visibilis *intra eundem ordinem scil. naturalem*, propositio autem Physica vel Philosophica concurrunt cum propositione Theologica, non intra eundem ordinem, sed ita ut una sit naturalis, altera supernaturalis, tum quia in ipsa rerum Creatione primè ab ipso DEO conjuncta sunt oculus corporis & lumen Solis ad videndum, quomodo autem demonstrari potest intellectum agentem & mysticum in ratione objecti esse à DEO, ut Creatore vel mediatore conjuncta, cum diè diè *maximè* discrepent, & spiritualia spiritualibus debeant adjudicari, 1. Cor. II. tum quia oculus corporis & lumen Solis habent sese ad videndum ut subordinata ut homogenea; Principia autem Philosophica non habent sese subordinatè ad mysteria & propositiones de illis, sed oppositè, nec sunt principia homogenea, sed planè heterogenea.

XVIII. Purgat suos, quod non committant peribacari, verum contra evidentiam veritatis, nam quando concludunt, finitum non est capax infiniti, ad negationem communicatorum Idiomatum carni Christi, medius terminus desumitur ex Philosophia, imò non tam ex Philosophia, quàm ex Physica ad probandam conclusionem fidei. b) Principia, dicit, qua assumuntur ex ratione vel Philosophia ad probandum aliquem articulum fidei, non esse illa propria Philosophia, quibus consentant etiam pertinere ad Theologiam, scilicet naturalem, sed frustra: partim, quia non omnia, quæ adhibentur à Calvinianis ad probandum articulum fidei, pertinent ad Theologiam Naturalem,

sequeretur animalitas, hanc propositionem quod est finitum, non est omnipræsens, esse propositionem Theologiæ Naturalis, *totum minus esse sua parte, &c.* partim; quia absurdè dicitur, *Principia rationis non esse propria Philosophia, sed Theologia naturalis*, anne enim Theologia naturalis non pertinet ad Philosophiam? Sanè non pertinet ad *revelatam*, E. ad naturalem; unde de DEO agunt quidam in *Metaphysica*, quidam peculiarem disciplinam fabricant: partim, quia sicut *lumen natura & lumen revelatum* adæquatè sibi contradistinguuntur, neque admittunt *medium habitum*, qui sit partim luminis uaturalis, partim luminis revelati, ita quoque principia, quæ sunt Theologiæ naturalis, pertinent ad Theologiam naturalem licet non omnia, neque dari possunt, quæ indifferentè se habeant ad revelata, & quæ sunt sub lumine naturali: Dicit tertid, Theologiam naturalem præstrui debere supernaturali & revelatæ, atque ita ad articulos fidei posse dici spectare axiomata rationis, si non formales, tamen præsuppositos, At non necessum est ut præstruamus principia quædam supernaturali & revelatæ Theologiæ, nisi ea, quæ de DEO & *attributis* quibusdam agunt: At ea non veniunt in controversiam, nec per *principia rationis* intelliguntur à Turretino, ut non dicam, non ad articulos fidei spectare rationis propositiones: denique non dari articulos fidei præsuppositos formalibus contradistinctos.

## QUÆSTIO X.

### TH. I.

Agnos.

Carpita) Osandrum, quem Musæus in *Vedelio examinato* vindicat, p. 523. b) insidiosè *statum questionis* format, quasi sc. *rationem non normam veritatis ipsius, sed normam tantùm consequentia* statuerit, quod tamen non admittitur à Calvinianis: c) *Th. 3.* se ipsum prodit, dum dicit, *rationem à Spiritu S. illuminatam posse considerare & judicare, quomodo partes doctrinae inter se cohæreant, & quid ex illis sequatur, quid non*: In *Thesi IV.* ponit, *rationes*, 1. quia *Scriptura* iudicium hoc non semel *præcipiat*, & allegat *locum* Matth. VII, 15. 16. sed eo ipso loco non *rationi illuminata* iudicium tribuitur *contradictionis* in rebus *fidei*, sed *verbo DEI*, confestim enim dicitur, *ex fructibus cognosceris eos*, ubi per *fructus* non intelliguntur opera, sed *fructus doctrinae adversi*: sic & Matth. XVI. iubentur *cavere fermentum, falsam doctrinam*  
non

non absque *Lydio lapide*, scilicet Scripturâ: *Locus* Col. II, 8. potius est contra Tarretinum, quàm pro ipso; *Jubentur enim Colossenses diffidere, ne quis illos decipias per Philosophiam*, adeoque *Judicium* illis tribuitur, sed quod *oppositum* dicitur etiam Philosophiæ, per quam sive intelligatur *Philosophia Gentilium* seu *Judeorum*, prohibetur potius *Judicium* ex Principiis Philosophicis 1. *Theff. V, 21. Omnia jubentur, probare, & quod bonum est, tenere, bonum autem non est nisi quod conforme verbo divino*, Heb. V, 14. *αἰδοῦνται τὴν γογγυσμένην* tribuuntur *regentis*, sed per illa *αἰδοῦνται τὴν γογγυσμένην* tribuitur quidem *Judicium regentis*, verum qui habent illos *exercitatos sensus* non in *Philosophiâ*, sed in *Scripturâ*; Secundum Argumentum ex *exemplis Sen&torum* v. g. *Berrhoënsium*, Act. XVII, 11. non concludit, quia *Berrhoënses* *Judicium* quidem adhibuerunt, sed non in collatione illorum quæ à Paulo dicta, cum Principiis rationis, sed cum *Scripturâ*: Tertia ratio non stringit, *finis enim Scripturæ est cognitio veritatis*, & *contradictorium convictio*, verum non ex Principiis rationis, talia enim verbum non exhibet, sed quia *πῶς γὰρ ἡ νόμος ὁσως ad hos usus sufficit*: Quarta denique ratio nulla est, quia ad rationem spectet *doctrina contradictionis*, aut intelligitur *contradictio formalis* & *Logica* aut *contradictio realis*; *Judicium contradictionis* pertinet ad rationem, scilicet *formalis*, & *Logica*, hoc autem est extra statum controversiæ, non verò *realis*: v. g. *Judicat Logica hac propositio: Virgo parit, Virgo non parit, esse contradictoria*, sed quæ sit *vera*, quæ *falsa*, hoc ipsum nulla disciplina *realis Philosophica* exprimit, sed spectat ad *solam Theologiam*.

## QUÆSTIO XI.

### TH. VI.

Tractat de usu testimonij sensuum in *mysteriis*, & Th. 6. probat: sed Primò insidiosè *quæstionem* format, ut possit delitescere, dicendo, *an aliquis sit usus testimonij sensuum in mysteriis fidei, an penitus sit repudiandum?* At *mysteria fidei* sunt extra circum, extra spheram eorum, quæ *sensibus* subsunt; hi enim versantur circa *sensibile*, non circa *mysteria fidei*. Secundò, quid intendant hæc quæstione alii *Calviniani*, probant *concludenda*: *Si est aliquis usus sensuum in mysteriis fidei, quantum magis erit usus aliquis rationis & intellectus humani in mysteriis*

Annot.

fieri

*horis fidei? ut scil. immisceant Principia Philosophica Theologiz. Tertio rationes, quibus probat, non stringunt: Non exemplum Christi, qui ad probandam veritatem sui corporis post resurrectionem provocet ad sensus, videre & palpato, Luc. XXIV, 39. aliud enim est obiectum supernaturalis & mysticum, aliud naturale: Non probavit mysterium Christus per provocationem ad sensus, sed probavit veritatem corporis sui, quæ erat res naturalis, nec angelus hoc argumento utitur, Matth. XXVIII, 6. nisi ad demonstrationem essentia visibilis; At hoc subjicitur visui, est ex objectis sensuum. Nec Apostoli fundarunt præcipuam rationem veritatis & divinitatis Evangelii super testimonium sensuum, sed Johannes 1. Epist. 1, 2. 2. proponit θεῶν ὄρατον, qui non deprehenditur sensu, & Petrus 2. Epist. 1. 17. præfert verbum visibili Thaboræ, dicens: ἔχομεν λόγον βεβαίωτον, ἰστοίον ἰσθμῶν, dicit sermonem Propheticum visioni oculari: Non secundum Argumentum, quia DEUS utatur præconio verbi, & operum contemplatione ad nos ad fidem adducendos, nam aliud est uti præconio verbi, contemplatione operum, quæ auditum & visum requirunt sub ratione partium ministrantium seu organorum, & aliud est uti præconio verbi, & contemplatione operum tanquam principio reali, quod quædam salenos ad fidem adducit, &c.*

X. Notat Author in hac Thesi Primò Christum evasisse per mediam turbam, qua præcipit eum agere voluit à monte, Luc. IV, 31. non corpus invisibile reddendo, sed sese in turbâ abscondisse, ut se subduceret eorum furori, sive eos scotomate percussisset, sive eorum furorem pacaverit, & allegat Ambrosium atque Bedam: At hic virus suum Calvinianum occultat; nam a) negat Christum evasisse per mediam turbam corpus suum invisibile reddendo ex nullâ aliâ hyporbesi, nisi Calvinianorum illa, quod omne corpus, & consequenter etiam corpus Christi sit visibile, adeo ut visibilitas corpori adhareat tanquam proprium quarti modiz b) modum alium substituit, quod scil. in turba sese absconderit, vel scotomate percussendo, vel furorem hostium subito placando: At non tantum hi modi referuntur ab Authoribus, sed & quidam existimant, quod manus eorum tenuerit, ut sese prehendere non possent: Præterea non videtur probabile, quod scotomate illos percussisset, quænam enim hoc fuisset miraculosum, miraculum tamen hac ratione non tam factum fuisset



fuisse *miraculosum*, miraculum tamen hęc ratione non tam factum fuisse, in Christo aut corpore illius, quàm in oculis eorum, qui ipsum prehendere voluerunt: Deniq; quod *furorẽ illorum subito placaverit*, improbable ex eo redditur, quia *Evangelista docet, non voluntatem defuisse* Judæis capiendi ipsum, sed *facultatem*, non noluisse Nazarenos ipsum comprehendere, sed *non potuisse*, Tertio, quod Ambrosium & Bedam producit, illis *opponi* possunt ex Patribus Chrysostomus, Athanasius, Euthymius, &c. ex Pontificiis Didacus Stella, &c. *ex ipsis* Calvinianus, Walthonus, &c. *quapropter considerandum* relinquimus, annon Christus sese *subduxerit* furori Judæorum *corpore suum invisibile reddendo*, quod longè *probabilius*, tam quia verba hoc suadent, utpote quæ indicant Christum non fugã sibi consuluisse, non festinatione quãdam, sed *per medios* hostes gravi, lentoque gradu processisse, atque securum *abiisse*, adeoque hoc modo *divinitatem suam demonstrasse*: tum quia *locus parallelus* hoc ipsum suadet, nempe Joh. VIII, ult. *ubi dicitur, Jesus abscondit se, & exiit de templo*, non occultando se in aliquo loco, ubi à Judæis inveniri non posset, sed *se reddendo invisibilem*, prout in *Catenâ* Patrum Theodorus Heraclienſis exponit, scribens: *secessit profectò, non in aliquem templi angulum sese inflectens, sed invisibilem se reddens exiit atque discessit ab illis*: tum quia non est *probabile*, Christum non potuisse, nec voluisse reddere se invisibilem, cum *exempla* illius habeamus in Scripturâ, *Luc. XXIV: &c.*

## QUÆSTIO XII.

### De Usu Consequentiarum.

Author agit *de Usa Consequentiarum*, & illum *in rebus fidei*, Th. IX. probat inter alia *exemplo Christi & Apostolorum*, qui concluserit contra Sadducæos resurrectionem mortuorum, Matth. XXII, quod argumentum satis solidum esse arbitratur: Nam (a) Christus agit contra Sadducæos, & quidem *ex formulâ fidei*, per quam DEUS est DEUS noster: (b) agit ergò *ratiocinativè construendo syllogismum*: Omnis is, cujus DEVS DEVS est, ille Jehova, qui transcendit omnes temporum differentias, is in morte non manebit, At DEVS Abrahami, Isaaci & Jacobi, E. ubi Majorem ex Scripturâ Pſal. CXLIV. v. 15. petit, Minorem verd ex Exod. III, 14. 15. adeoque *consequentiam* adhibuit,

eum *expresse* hoc non legatur in formulâ fœderis : (c) Arguit Sadduceos *ignorantia* Scripturarum , quod scil. Scripturas ignorent , quia etiam , quod *virtualiter* in verbo continetur , nempe resurrectionem mortuorum ignorent : Sed *excipiunt* Pontificii, Anabaptistæ & istiusmodi *furfuris* homines præter id quod Author monet 1. *non esse consequens*, Christus *argumentatus* est , & *consequentis* usus , E. *etiam nobis id licitum* , nam non proponi nobis Christum ut *exemplum imitationis*, sed *admirationis* , quemadmodum non liceat concludere , Christus *jejunavit quadraginta dies* , E. & nos *debemus aut possumus per tot dies jejunare* : 2. *Si consequentia Christi aded fuisset liquida* , etiam ante Christum quosdam *argumentaturos fuisse* ex hoc principio contra Sadduceos, vel ad minimum *credidisse probationem resurrectionis mortuorum inesse* verbis istis , dici autem *admiratum fuisse populum* , scil. *ob novitatem argumenti*. 3. Argui Sadducas *ignorata Scriptura* , quia Christus eos *damnet*, quod *totam Scripturam non receperint* , quod tantum *Mosè adharcent*, & *consequenter dicere* , illos *ignorare Scripturas* , unde etiam ex *Mosè dederisse suum argumentum* , ut *pate ex principio utrimque recepto* , tum *apud Christum* , tum *apud Sadduceos*. Sed respondemus 1. Nil contra nos *concludi* , tum quia *posito* , quod *non omnia facta Christi sunt imitabilia* , non tantum adducimus exemplum Christi , sed & *Apostolorum* , qui pariter per *consequentias* egerunt , ut scil. *demonstrarent methodum usitatam & communem esse illam* , quæ est per *consequentias* : tum quia *quædam opera Christi sunt divina & Theandrica* , quædam *verò non ex hoc consu.* , ad *prius genus spectat Jejunium quadagesimale* , adeoque tantum est *objectum admirationis*, non *imitationis* , in *consequentis* *verò imitavinos*, *debere Christum*, ipse docet Job. V. 39. ubi *Scrutinium* Scripturæ nobis *commendat* , & *utitur* voce *ἐπιδύω*, *emphaticè* atque *oppositè τῷ ἤτιν*, tali scil. quæ dicit cum *morâ*, cum *collatione & deductione* inquirere , ut patet 1. Pet. I. 10. tum quia etiam *in voce ἐπιδύω studium* quoddam nobis *commendatur* , ut scil. *concludamus Christum esse Salvatorem* , quod nullibi *αὐτῶς* in V. Test. legitur , sed per *consequentiam* est *eruendum* ; dicit , *nos habere vitam æternam in Scripturâ* , quod nullibi secundum *literam* extat , sed per *consequentiam* est *deducendum*.

2. Posito, neminem ante Christum usum fuisse hoc argumento, aut credidisse extare illud in dicto Exod. III. nihilominus *consequentia* non impugnatur, quia Christus per consequentiam egit, & quidem *independentem*, equidem non à Mose, ex quo ratiocinabatur, tamen à Doctore quovis alio prævio: b) utique etiam dictum hoc pro resurrectione mortuorum urgit ante Christum *Propheta* Habacucus, qui *apertè* c. I, 12. habet, *Jeboah DEVS noster, non morietur, E. beatificabimur, E. per resurrectionem corporis ed tendemus,* c) Populus non admiratus est *argumenti novitatem*, sed potius vim & pondus illius, *novitas enim sola nec laudem meretur, nec visuperium*, multò minus admirationem, unde dicitur populum miratum fuisse *Ἰησὺν τῆς διδασκῆως αὐτοῦ*, Ergò *super doctrinam*, non novitate; Dicitur Luc. XX, 39. *Scribas agnovisse vim argumenti*, atque dixisse, *Magister bene locutus es, non novum aliquod producendo, sed ex Mose arguendo.* 3.) Posito, Sadducæos, ut vult *Athanasius*, solum Mosen recepisse, non tamen Christus eos arguit ignorantæ Scripturæ *ex eo*, quod Mosen tantum receperint, reliquos autem rejecerint, quia aliàs non debuisset illis ignorantiam Scripturæ opponere, sed *repudiationem* Prophetarum, hinc ignorasse dicuntur Scripturam, quia id, quod *virtualiter* in eâ continebatur, *resurrectionem* scil. *mortuorum*, ignorabant; b) Falsum est Sadducæos *rejecisse* Prophetas, & non admisisse illos cum Mose, erant enim Pontifices ex illis, in Synagogis Judæorum legebantur Mose & Prophetæ, neque reprehendebantur à Pharisæis ex eo capite, sed ex eo, quod erant Karaitæ, Lectores Bibliorum, in oppositione ad traditiones Pharisæorum, quas rejecerant: non scripta Prophetarum. Denique si rejecissent Scripta Prophetarum, non *tolerati* fuissent à Judæis, non Sectam potuissent condere, imò Christus & Apostoli hoc ipsum *taxassent* in ipsis, de quo tamen *nulum* in Scriptis N. T. neque etiam monumentis sequentibus est *vestigium*; Videatur Jos. Scaliger contra *Nicol. Serarium*.

### QUÆSTIO XIII.

Disputat Author, *an aliquis sit Philosophia in Theologia usus & Anac.*

a) Th. I. vocabulum *Philosophia* distinguit, in Th. V. *usum* monstrat, & in Th. VI. *abusum* reprehendit: Quantum ad primum, *Philosophia*

non notat *συλλογήν* variarum opinionum inter se pugnantium, quæ di-  
 versarum *Σεκταrum* Philosophi tenuerunt; Nam Primò eâ ratione dici  
 etiam Philosophia posset, *Sylloge variarum opinionum*, quæ *diver-*  
*sarum Σεκταrum* heretici tenuerunt: Secundò, *Sylloge variarum opinionum*  
*inter se pugnantium non est Philosophia*, sed *oppositum Philosophia* non  
 ratiocinatio ex lumine naturæ, sed rationis abusus: Tertio Sylloge  
 illa variarum opinionum inter se pugnantium est complexus contra-  
 dictionum, & proinde Philosophiæ nomine indigna: b) *Monstrat*  
*usum Philosphia, nempe quod ad fidem Christianam sit medium convincen-*  
*darum & præparandorum Gentilium, testimonium consensus in rebus*  
*luce naturæ notis, organon res clarè percipiendi, ac rectè de iis differendi,*  
*preparatio ad susceptionem scientiæ altioris*: At 1. Philosophia accura-  
 tè loquendo non potest dici *medium*, tum convincendorum, tum ad  
 fidem Christianam præparandorum gentilium, partim, quia Phi-  
 losophia planè nihil cognoscit *de rebus supernaturalibus*, naturalia  
 enim non præparant *ad supernaturalia*, partim, quia Apostoli emis-  
 si in orbem non adhibuerunt hoc medium ad convincendos gen-  
 tiles præparandos *ad susceptionem fidei*: partim, quia si esset me-  
 dium, non esset universale, non esset respectu omnium gentilium  
 Elicorum, sed tantum si Philosophi cum Philosophis congregaren-  
 tur, qui tamen sepositâ Scripturæ luce profundè in tenebris hærent,  
 nec se extricare possunt: Non probatur hoc *ex concionibus Paulinis*  
 Act. 14. & 17. quia Paulus præparat *non ex Philosophiâ, sed ex Theo-*  
*logiâ naturali*, beneficia divini gentilibus repræsentando, non verò  
 ex disciplinis Philosophicis cum gentilibus agendo: Secundus usus,  
 nempe *testimonium consensus* in rebus luce naturæ notis est exiguus,  
 vel etiam frustraneus; quid enim opus est, ut *consensus* doceatur in  
 rebus *luce naturæ notis*, cum iis in Scripturâ exhibitis, cum homo ac-  
 quiescat, si Philosophia res luce naturæ notas explicet, probet atque  
 confirmet. Tertius usus non est usus *realis*, sed *ministerialis*, & ut  
 Grammatica & Rhetorica docent rectè & ornate loqui, ita Logica  
 organon est res clarè percipiendi, & rectè de iis differendi; Logica  
 autem non est *pars Philosophia*, quæ dicit *complexum disciplinarum rea-*  
*lium*, sed pertinet ad disciplinas *instrumentales*. Quartus usus, scilicet  
*preparatio ad susceptionem scientiæ altioris* itidem demonstrari nequit,  
 tum

tum quia doceri non potest, quam proportionem habeant disciplinae inferiores Philosophicæ ad Theologiam: tum quia disciplinae inferiores subsistunt intra suum finem vel *contemplativum*, vel *activum*; tum quia si faciunt ad tractationem & susceptionem scientiæ altioris, faciunt ad eam *in eodem genere*, *luminis scil. naturalis*; Unde Author ipse non ausus est dicere *ad tractationem & susceptionem Theologia*, sed ut imponeret, dicit, *ad tractationem & susceptionem scientiæ altioris*,

VI. c) In abusu taxando *seipsum* reprehendit; dicit enim *abusum esse, cum ea, quæ Philosophia, &c.* At hoc ipsum faciunt quotidie Calviniani, dum scil. *ex Physicis ad mysteria Unionis personalis* progrediuntur, concludentes: *Omne corpus est visibile, est finitum, est locale*, & sub hac Majore subsumunt *de corpore Christi*, quo ipso Philosophia circa articulos fidei *magisterium* sibi assumit, non contenta *ministerio*, quod reprehendit Author in Scholasticis.

VIII. In Th. & excutit locum *Col. II, 8.* & dicit: non reprehendit Philosophiam *in se* spectatam, sed *vanam & falsam*: Verum Primum amper Philosophiam ad *Col. II* intelligatur *Philosophia Græcorum sive Gentilium*; maxime disputari potest: nam quid nisi intelligeremus per Philosophiam *Syllogen opinionum Judaicarum contradistinctarum Philosophia Græcorum*. Sanè pro hac sententiâ militat, tum quod tunc temporis *Historici* testentur, *opiniones etiam Judæarum nomine Philosophia vocasse*; tum quia *Iosephus l. 18. antiq. c. 2.* recenset *Judæorum Sectas*, & expressè *Sectas* vocat *Phariseorum, Sadduceorum & Essæorum tres Philosophias*, nec *Iosephus* tantum, sed & *Eusebius l. 8. præparationis Evangelicæ duas Sectas Judæorum dixit duas Philosophias*, tum quia *opiniones illi suas habebant*, an scil. liceat vesci ovo, quod *Gallina peperit in Sabbatho*, an, & quod usquelevandi sint pedes: & quæ alia fuerunt *Philosophismata Judæarum* de quibus vide *Affelmannum*. Secundo,posito, quod de Philosophiâ Græcorum agat hic locus, argumenta tamen, quæ producit Author, pro sua sententiâ, non ad ea ferrea sunt, ut dissolvi non possint, tum quia etiam illæ *opiniones Judæorum* *vani æmulationis*, *vana deceptio*, tum quia *angelorum cultus* maxime locum habere potuit apud *Judæos*, qui *Angelos agnoscebant ex Scripturâ*: tum quia *Pseude-Apostoli fuerunt ex Judæis*. Tertiò, *si verum sensum* indagare volumus dicti hujus, dicimus, par-

tim reprehendi Philosophiam *Gentiliam*, partim Philosophiam *Judaorum*, ut supra jam monuimus; illam quidem *Platoniorum*, *Simoniorum*, *Gnostiorum*, &c. partim quia utitur voce *Philosophia*, quæ in *significata famose* notat *studium Sapiencia Græcica* sive *Gentilis*, partim quia vocat *κωρυδαίνω*, *inanem deceptionem*, callebant enim Philosophi Gentiles, & maxime erant adversi Apostolis, ut patet ex Act. XVII. ita ut etiam *Clemens Alexandrinus* existimavit, hic tangi *doctrinam Epicuri*, negantis providentiam divinam: partim quia *Platonici* multa de *Angelis*, de *Meteoribus hujus universi* differebant ad populum, & ex hoc Colendos illos esse voluerunt: vid. *Jacobus Martini in dem Bernunff. Spiegel / Tom. 2. c. 27.* sicut autem Philosophiam taxat *Gentiliam*, ita quoque *Philosophemata Judaorum*, tum quia mentionem injicit *traditionum*, in sequentibus, quæ traditiones maxime locum habebant apud *Judeos*, ut patet ex *Matth. XV. sp. Esa. XXIX. Marc. VII.* tum quia tales describuntur, qui *secundum Elementa* philosophabantur, At *Elementa mundi* in *Scripturâ* notant *Ceremonias Legales*, *signa corporalia*, *cultus Leviticus instituta*, ut aperte patet ex *Gal. IV. 9.* tum quia de *Judæis* agere *Paulum*, patet ex toto *Cap.* reprehendit enim illos, qui non coherent capiti, qui sese captivari patiuntur, *Ceremoniis Legalibus*, & *speciem* habent *Sanctitatis*, ut *Pharisæi*, *v. 20. 21. 22. 23.* hinc reprehenduntur partim Philosophi Gentiles, partim *Judæi ἐπιδημοί* sua proponentes, partim *συγκριζοντες*, qui opiniones *Gentilium* & *Judæorum commiscebant* atque populo proponebant, decipientes simplices animas per suam *παραβολίας*.

#### QUÆSTIO XIV.

Annot.

In hac quæstione Author principale punctum tractat, *de articulis & Erroribus fundamentalibus*, atque in Th. II. dicit, *in excessu peccare Lutheranos rigidiores, qui ut Syncretismum Calvinianus difficiliorem reddant, fundamentalia quàm par est, latius extendant, &c.* At non possunt distingui Lutheranos in *rigidiores & mitiores*; non enim *rigidiores rigent*, sed si hoc vocabulum usurpatur, *riget religio Lutherana*, quicquid enim contra Calvinianos agunt, id virtute Religionis Lutheranae agunt, neque mitiores sunt appellandi, qui adhaerent Calvinianis, sed *sepius*, quos DEUS vult

vult evomere ex ore suo, *Apo. III, 16.* b) Falsum est, nos fundamentalia latius, quàm par est extendere, *fundamentum enim Salutis* ponimus Christum, & ex fundamento & puncto deducimus lineas nostrorum dogmatum fundamentalium: non errorem quemlibet in hæresin vertimus, novimus enim *hæresin superaddere pertinaciam*, sed *errores* Calvinianorum dicimus *esse hæreses*, in quibus pertinaciter hæserunt ultra seculum, *nec adducendum volunt cedere*: *Non ex adiaphoris necessaria* faciunt Lutherani, & paleas vertunt in frumentum, *doctrinam enim de præsentia reali corporis Christi in Cænâ Patens* facit paleam, si palea, E. multò magis *dogma adiaphorum*, cum tamen sit necessarium, contradictorium quippe absentie corporis Christi, quam Theodorus Beza professus fuit in *Colloquio Pofsiaceno*. Tertio fallit, cum dicit, *hæc omnia nos dicere & facere, ut Syncretismum difficiliorem reddamus cum Calvinianis*, partim quia Lutherani hæc docuerunt, antequam de Syncretismo actum fuit, partim quia hæc omnia Syncretismum *non tantùm difficilem reddunt, sed etiam impossibilem*, partim quia si Calviniani desiderant *reunionem Ecclesiasticam*, conspirent nobiscum *in fundamentalibus, tollant errores, & agnoscant necessitatem credendi in Dogmatibus*.

VI. In hac Thesi occultat *Syncretismum, & Pæci* vestigia premit, dum dicit: Scripturam non omnes articulos fundamentales agnoscere, sed *discrimen* insinuare, *1. Cor. III.* doceri posse, dari quædam doctrinæ capita, in quibus Christiani *diffideant*, salvâ pace & charitate, fundamentalia si quis tangat, subjici anathemati, in aliis vero locum esse *tolerantiæ Christianæ*, probat ex *Rom. XIV. Phil. III.* Verum 1. locus ille *1. Cor. III.* non distinguit fundamentum ab iis, *quæ fundamento inædificantur*, in tertio fundamenti inædicatorum, quasi quæ inædificantur, non sint fundamentalia, sed faciant locum *tolerantiæ Christianæ*; inædificantur enim non tantùm aurum, argentum & lapides pretiosi, sed etiam ligna & stipulæ, nec tamen ligna & stipulæ sunt opiniones præter fundamentum, quod est Christus: 2. quid per scænum & stipulas intelligatur, id ipsum ex nostris Theologis constare potest, nempe ex Gerlachio, Amæbæo Caselliano, ex Actis Theologorum Württembergicorum cum Patriarchâ Jemniâ in præfatione ad acta Constantinopolitana, qui invocatio-

nem

dem Sanctorum inter stipulas referunt, qui tamen est error fundamentalis, & quod *errores fundamentales per sanctorum & stipulas* intelligantur, patet tum ex oppositione, quia argentum & pretiosi lapides inter illa dogmata computantur, per quæ ceu media fideles Christo fundamento inædificantur, E. lignum & stipulæ sunt talia dogmata, quæ non inædificant Christo, quæ hominem à salutis fundamento abalienant, & damnationi subjiciunt; tum ex consequente, quia Apostolus dicit, combustis stipulis hominem salvari, si E. retinentur stipulæ, non comburantur, præfractæ servantur & defenduntur, relinquitur homo ut non salvandus, ut damnandus per stipulas illas inædificatas: tum ex Parallelismo, quia Scriptura *sub ratione ligni aridi* præfiguratur damnandos, sub ratione vasorum ligneorum, vasorum *ælium*: Videantur loca *1. Cor. I, 30. XL, 2. 2. Tim. II, 20.* 3. Posito per lignum, fœnum & stipulas non intelligi errores fundamentales, quemadmodum Pareus, Josephus Hallus, Sebastianus Curtius, & noster Turretinus locum hunc accipiunt, nihilominus nihil magis consultum erit Calvinianis, nil accedet nostro Turretino; tum quia hoc tantum probat Turretinus, dari articulos fundamentales, qui veniunt *sub nomine auri, argenti & marmoris*, & opiniones erroneas, *λογωμαχίας*, quæ sub nomine ligni, fœni & stipularum figurantur, at hoc non est in controversiâ: tum quia ipsi Calviniani in typo religionis suæ non tantum habent opiniones erroneas, sed etiam præter istas errores fundamentales; tum quia ipsi agnoscunt, & nostri cum illis, *duplicis generis dari dogmatica partim non fundamentalia, partim fundamentalia*: Non fundamentalia, v. g. de Decalogi distinctione, exorcismi abolitione, panis in Cœnâ fractione, &c. fundamentalia vero de Prædestinatione, Idiomaticum Communicatione, Sacramentorum vi & operatione &c.

Locus Rom. XIV. quem etiam Pareus & Heideggerus urgent, nihil concludit, tum quia *ibi sermo est de Judæis infirmis recipiendis*, qui scilicet scrupulosi, quales adhuc dum erant tempore Justiniani, ut patet ex Dialogo illius contra Triphonem, in quo docet, quomodo se gerant Christiani ex gentibus conversis circa istiusmodi conversos ex Judæis; At aliud hîc est subjectum de quo disquiritur, nempe non Judæus, sed Calvinianus: tum quia apertè prohibemur istiusmodi av-

sumo.



amore, 2. *Joh. 1, 10.*, ipse itaque Johannes explicat, quod qui diver-  
sam tenent doctrinam à nostrâ, *non sunt recipiendi*: tùm quis suppo-  
nant falsum, *quasi scil. infirmus in fide designet infirmum in systemate*  
*articulorum fidei*, At fides hic non accipitur *pro typo doctrinae, sed pro*  
*persuasione circa usum rerum indifferentium*, quatenus Judæi adhuc ab-  
stinebant à quibusdam cibis, hærebant *circa libertatem Christianam*,  
quanquam etiam si fides notaret hic *fidem dogmaticam*, nil tamen ac-  
cederet Calvinianis, quia tantùm hoc obtineretur, illum, qui infir-  
mus est in fide, esse assumendum, non verò illum, qui negat aut im-  
pugnare aliquid in fide, in doctrinâ Articulorum,

Tertius locus itidem non facit pro Turretino, partim quia Apo-  
stolus ad *Phil. III, 15.* dicit, *Quorquor adulti sumus, hoc sentiamus, &c.*  
& aliter sentientibus *DEUM revelatorum* dicit; agit itaque *de ejusdem*  
*Ecclesia membris*, in quibus sunt quidam rectè sentientes, quidam aliter  
sentientes, non de *hereticis*. At Calviniani *separatos catus* agunt,  
non sunt *Ecclesia nostra* membra, censentur à nostris *heretici*: partim  
ita aliter sentientes tolerat Apostolus, ut in eo, ad quod pervene-  
unt, *eadem incedant regulâ & idem sentiant*, non verò hoc dici po-  
est de Calvinianis: partim quia considerandum relinquimus, an  
dicatur de re religionis, de articulo fidei, non verò de hoc objecto,  
num sit aliquid morale, ut sensus sit: *Si quid aliter, quam ego di-  
citi, sapitis, sentitis de vobis magnificè, existimantes, quasi consecuti  
essetis perfectionem hujus vite, cum quidam in Christianismo, praprimis  
doctiores & honestiores facile sibi placeant*, ideoque exemplo Apo-  
stoli non debent respicere retrò, sed ad ea, quæ sunt ante, plura enim  
in doctrinâ quam in moribus ipsis restant, illis dicit *DEUM revelatu-  
rum esse scil. internè per gratiam & illuminationem intellectus*, adeoque  
tales adhuc *in tenebris* versari, ut in viâ fidei, quâ patriam quæri-  
mus, idem sapiamus, & in eâ permaneamus regulâ morum Chri-  
stianorum, quæ docet, quid agere, quid fugere debeamus.

XV. Iterum occultat Calvinismus, distinguendo *Articulos* *vat-*  
*one substantia & ratione modi & circumstantiarum, atque inde distin-*  
*uit errorem*, qui vel sit circa rei *substantiam* vel circa *modum*. Nam  
ita elevat nostram doctrinam de cœnâ Domini, & præsentia illius  
illâ, supponit enim nos convenire *in substantiâ dogmatis* de præ-  
sentia

sentia Christi in Cena, differre autem *santum modo*, quia nos *corporalem* statuamus, Calviniani vero *spiritualem*, & hoc patet ex explanatione ipsorum Calvinianorum. Videatur Harmonia Confessionum in Præfatione, facie secundâ, Bremenses, Pelargus, Zepperus, Pareus & Embdenes, imò aperè Simlerus, controversiam in eo saltem esse positam, *quis sit modus præsentia, quâ Christus cœna sua adest*, & nos verum ejus corpus & sanguinem percipimus. b) Sit autem in modo dissentimus, *quis re ipsâ jam erit stabilita*, imò stante distinctione hac, Pontificii, Arminiani & Sociniani recipiendi erunt in Ecclesiam, nullus enim Pontificius negat justificari impium, sed de modo tantum justificationis disputatur, *an fiat per infusionem, an per imputationem*, & sic consequenter, c) Modus dicitur dupliciter, *vel externus & accidentalis, vel internus & formalis*, quoquam admittatur hæc distinctio, *si de modo externo & accidentali sit sermo, non tamen si de modo interno, formali & essentiali* subsumatur; ita diffidemus in materia de cœna, *non circa modum externum, non circa accidentalia*, sed circa modum *internum & formalem*, sublata enim præsentia reali, tollitur ipsa cœna; Unde ipse Turretianus asserere coactus est, *aliquando modo everso, tolli rem ipsam*.

XX, XXI, XXII. Progreditur Author ad Criteriâ articulorum fundamentalium, & petit illa *à natura dogmatum, à Scripturâ, & à Symbolo*: quoad primum dicit illa *dogmata esse articulos fundamentales, quæ necessarias salutis sãm causas, sãm conditiones contineant, sãm finem, sãm modum*, hinc ut gratia DEI, quâ *eligimur*, meritum Christi, quo *redimimur*, Spiritus, quo *sanctificamur*, sint causæ Principales salutis instrumentalis verò fides, & penitentia ac conversio ad DEUM conditiones necessariæ; At a) *graviter errat*, dum dicit gratiam DEI, quâ *eligimur*, esse dogma sive articulum fundamentalem, quo ipso *absolutum suum decretum* vult esse Palladium, dogma necessarium & articulum fundamentalem. At non *gratia DEI, quâ eligimur*, sed *gratia DEI, quâ vocamur*, fundamentale dogma est, quæ gratia non *particularis*, sed *universalis*; meritum Christi, quo *redimimur*, non potest esse articulus fundamentalis in doctrinâ Calvinianâ, quia *particulare* statuunt, sub quo nullus subsumere potest: Spiritus, quo *sanctificamur*, est quidem causa Principalis salutis nostræ, sed tamen

in. or.

in ordine dogmatum debet considerari *sub intentione divinâ universali* relatâ ad omnes: Secundò dicit, *instrumentalem causam esse fidem*; verùm aliud est *fides*, & aliud *intentio dandi fidem*, fides ipsa non nisi particularis est, cum paucicredant, *intentio* verò *dandi fidem* per media supernaturalia, illa est *universalis*, & indicatur Joh. III. ubi præternitur fidei dilectio DEI *universalis*, ad totum mundum extensa, *extraditio filij*, in quem nemo credere posset, nisi supponeret; ipsum etiam pro se esse extraditum: Tertio dicit, *pœnitentiam & conversionem ad DEUM esse condiciones necessarias*; verum errat tùm præponendo pœnitentiam conversioni, quæ *præcedit*, & pœnitentia non sit nisi in converso, adeoque *conversionis fructus*: tùm quia conversio ad DEUM non est *conditio necessaria*, sed totum esse, à quo pendet salus, dicit enim mutationem *ab infidelitate ad fidem*, includit fiduciam in meritum Christi, adeoque est actus ille, à quo suspenditur nostra salus: tùm quia pœnitentia, quocunque modo accipiatur, commodè *non potest dici necessaria*, si enim intelligatur illa, quæ *præcedit* conversionem, habet se se *ut removens impedimentum conversionis*; si verò illa intelligatur, quæ *jam est in converso*, quo sensu D. noster Lutherus dixit, *totam vitam Christiani esse pœnitentiam*, non potest dici conditio necessaria, quia conversio hominem jam *in statum gratiæ* collocat & collocavit; adeoque primitias Spiritus contulit, Rom. VIII. Hæc autem pœnitentia sequitur, & consequenter *presupponit* hominem jam *conversum*, jam Filium DEI, qui jus habet ad beatitudinem æternam.

XXI. Secundum Criterium petit ex ipsius Scriptura declaratione, ubi a) rectè pronuntiavit Turretianus, *quorum cognitio necessaria & scolaris, ignoratio verò & negatio existalis dicitur, ibi merito consentantur periculi fundamentales.* b) Inter fundamentales refert doctrinam de Christo, tùm quoad personam, naturas & officia. At Calviniani solent personam cum Nestorio, adeò ut tàm impudens fuerit David Dedon, ut etiam Apologiam adornarit pro Nestorio, qui damnatus est in Concilio Oecumenico Ephesino: Errant circa naturas, dum *Christum secundam humanam naturam legi subiectum fuisse volunt, & invicem idiomatum divinorum*; Errant circa officia, dum verbo *vini veteriam detrahunt, Christum passum fuisse tantum secundam naturam humanam*.

*humanam, assumendo regimen universale eidem nature de trahendoe*  
 c) Dicit articulum fundamentalem esse *Justificationem absque operibus, sanctificationem & cultum DEI*, sed num Calviniani justificationem sine operibus sincerè statuunt, meritò dubitatur: nam *Beza, Morvæus, &c.* necessitatem bonorum operum ad vitam æternam propugnant, imò *Gisbertus Voërius* tam absurdus est, ut inter causas salutis referat quoque *Praxin bonorum operum*.

XXII. Tertium characterem petit à *Symbolo Apostolico*, sed hæc ipsa Thesi addit, non posse esse *notam adequatam* articulorum fundamentalium, quia agatur tantum de articulis *Theoreticis*, qui spectant ad fidem, *non practicos*, qui ad cultum: verum non tantum excluduntur *Practica* in *Symbolo ἀποστολικῷ*, sed & *Theoretica*, articulus *v. g. de Trinitate personarum, de Justificatione, de Sacramentis &c.* de quibus ipse in seq.

XXIV. XXV. XXVI. XVII. In his Thesibus conciliat Theologos discrepantes, quorum quidam *pauciores*; quidam *plures* articulos fidei statuunt, quaestionem de numero articulorum fundamentalium movit & defendit, *Scripturæ* in seculam aspersam *ex defectu determinationis numeri articulorum detergit*. Quoad I. rectè dixit *non dissentire Theologos Orthodoxos recipere, sed eandem verbis*; ut enim non dissentiant illi, qui dicunt, unam Imperialem sufficere ad hoc vel illud emendandum, alii verò tres dimidios florenos, alii sex quadrantes, alii viginti duos bacciones cum dimidio, sed utut verbis discrepent, res ipsa tamen conveniunt, ita etiam nostri Theologi utut quidam in uno subsistant, *Christo scilicet crucifixo*, alii verò extendant, non dissentiant, quia *in verbis eandem est discrepantia, non autem in ipsa rei veritate*. b) De numero articulorum fundamentalium pronuntiat, *quod questio illa sit temeraria, inutilis, & non necessaria*, maximè autem urserunt nostros *Capucini* in Colloquio *Rheinfeldensi*, *Walenburgii* passim in Scriptis suis, ut determinent numerum articulorum fundamentalium; verum, quàm malè a) patet ex eo, quia pariter posset aliquis urgere, quot propositiones essent necessariæ alicui Magistro, quantum numerus requiratur ut aliquis sit bonus Theologus, Jocus aut Medicus, quot præcepta in Geometria, Arithmetica & consimilibus disciplinis, quæ tamen latitudinem aliquam habent, neque

neque dici possunt, in puncto aliquo subsistere. *b) Temerariam esse hanc quæstionem, patet nontantum quia Scriptura nihil hic movet adeoque extra illam erit definienda, sed etiam aliam methodum insinit, Joh. XVII, 3. XX, 31. Matth. XVI, 16, 17. Imò nullus Patrum aut Doctorum Ecclesie hanc movit quæstionem ante Masselinum, Walenburgios & Capucinos; c) non necessariam esse patet, si per omnes necessitatis species decurramus: non est necessaria necessitate præcepti, nullum enim præceptum ex universa Scripturâ produci potest, quod jubeat determinare numerum articulorum fidei: nec est necessaria necessitate mediæ, cum talis articulorum ordo, numerus & quantitas non salvet quæquam, sed materiale tantum credendum, fundamentum scilicet Prophetarum & Apostolorum, Eph. II. neque necessaria est necessitate expediens, cum omnia in Scripturâ habeantur, quæ ad Doctrinam, Informationem, Redargutionem, atque usus cæteros Ministerii requiruntur, imò ad hominem perfectè reddendum, 2. Tim. III. nec tamen talis designatio vel à Prophetis, vel ab Apostolis, vel etiam à viris Apostolicis est notata & relicta; Sicut autem non est necessaria, ita quoque est inutilis, excogitata tantum à Jesuitis, ut vexent nostros Theologos, potest enim aliquis esse optimus Christianus, perfectus Theologus, qui de illa quæstione nunquam cogitavit, nec in animo habuit unquam ad illam respondere, quod patebit, si vel antiquiores, vel Recentiores Theologos perlustremus; aliud itaque est, an verè Christianus & Theologus sciat & credat dogmata, in alio exercitio, alio mentis directo, & aliud, an eorum numerum in alio signato, & operatione mentis reflexâ determinare possit, nec propterea si possit communem numerum eorum, quibus nec minor nec major detur, quæ sunt credenda omnibus, qui vocari volunt fideles; Sanè etiam oppositè potest Jesuitis illud Philosophicum, quantitatè nullam esse efficaciam: Præterea semetipsos feriunt Pontificii, qui certum numerum non assignant, sed multis modis variant, & quidem ita, ut illa varietas non in diversâ acceptione fundamenti consistat, ut apud nostros Theologos, sed ut oppositè ad alias sententias defendant & restringant quandoque ad solam notitiam de DEO & Christo, exclusis cæteris articulis: Tertium, quod perfectionem Scripturæ firmans hac ratione in necessariis laborare, vel Communianis Ecclesiastica normam apud nos desi-*

vere, falsò dicunt, tùm quia Scripturæ perfectioni nihil decedit, & non numerum articulorum determinet, quia determinatio nil facit ad salutem, Scripturæ autem perfectæ finis est salus & beatitudo æterna; sufficit verò, si materialiter exhibeat, quemadmodum corpus Juris potest dici perfectum, etiã si non numeret leges, sed tantùm illas materialiter exhibeat: tùm quia supponitur Scripturæ perfectionem in necessariis laborare, si scilicet non determinet, At non laborat in necessariis, quia demonstratum est *non necessariam esse illam determinationem*: tùm quia norma communionis Ecclesiasticæ non requirit determinationem articulorum fidei, sed norma communionis Ecclesiasticæ est Scriptura, quæ non coadmittit aliam quandam normam, quæ numerum articulorum determinet, sed sola sufficit, atque articulos materialiter tales exhibet eo ipso, quo seipsam nobis exhibet, utut itaque non sit necessaria determinatio articulorum fidei, *præsertim in Concreto*, quia quandoque Rusticus pauca scit, quandoque civis plura, & hæc variat pro varietate subjectorum, tamen systema articulorum, numerum determinatum, nec tiam in hoc deficerens, exhibuerunt nostri Theologi, præprimis *Witsbergenses, in Epist. ad Colloquium Rintelicense, &c.*

## Locus de Scriptura.

### QUÆST. II.

ANNOI.

Th. XI. dicit *gratis* sicut à Bellarmino, post tempora Moysi, eos, qui ex aliis populis ad veram Religionem adducebantur, solâ Traditione usos fuisse, & Scripturâ caruisse. Nam si qui Profelyti seiebant, in Moysi & Prophetarum doctrinâ eruditos fuisse sedulo, quod vel ex uno Eynuchi Candacis Reginz exemplo constet, *Ab. VIII.* disputari autem potest, *An Eynuchus ille fuerit Profelytus, nec ne?* Nam primò non constet, *an circumcisus fuerit, & baptizatus atque Sacramento initiatus*, quas ceremonias Judæi requirebant ad profelytum faciendum, teste Maimonide. Secundò fuerunt etiam veri DEI cultores tùm temporis, etsi non Profelyti, quales inveniuntur, *Job. XII. v. 20. & seqq.* Tertio, Patres illos non recensent inter *Profelytos*, sed *Gentiles* fuisse dicunt Eusebius & Basilius, quibus accedit Thomæ, imò vocant primitias Gentiliam ad fidem Christi conversorum, nec quod venit

ut adorare in Hierosalem, quia Templum illud erat toto Orbe, etiam  
 apud Gentiles famosissimum, 2. *Maccab. 11.* At verò non obscura im-  
 plicia Profelytismi sese prodant in Textu; Nam primò dicitur venisse  
 Hierosolymam adorandi causa, quæ adoratio non fuit qualiscunque  
 adoratio, potuit enim illa etiam fieri extra Hierosolymam, sed ado-  
 ratio cum Sacrificio conjuncta, qualis ex Legis præscripto non nisi  
 Hierosolymis fieri poterat. Obrulit itaque: an qui Profelytum se non-  
 num professus, licuerit, est id, quod merito disputatur; & quidem  
 non insolens fuisse apud Ebræos adorare, significare, sacrificare, pa-  
 tet ex Zachariæ Cap. 11. v. 11. Job 17. v. 20. Cap. XII. v. 20.

Secundò tam longum iter suscepit, ut ad locum, quem DEUS  
 præscriperat suo cultui, veniret, profectus etenim non ex Æthio-  
 piâ *Astânâ*, sed *Africanâ*, sub Ægypto, de quo videatur *Salmafus in  
 exercitat. Plinianis in Solinum histor. pag. 1242.* At, quis credat,  
 gentem tam prolixum iter suscepturum Hierosolymam, nisi *princi-  
 palis Religionis Judaica* imbutus? præterà ille dicitur fuisse in Ministe-  
 rio Reginae Candaces, (*fratrancei sunt illi, quò nomen hoc fuisse iphus Ev-  
 echi statuunt*) Cùm etiam hujus mentio fiat apud profanos Scripto-  
 res, Strabonem lib. 17. Dionem lib. 34. fuit autem Regina Æthiopiae  
 nondam illa, quæ Salomonem invisit, 1. Reg. X. & procul du-  
 to femina Religionis salutaris accepit. Tertio *Esaiam* legit Prophe-  
 tam, habuit itaque librum Sacrum, *Prophetam ex populo DEI*, qui  
 veri familiares tantùm erant *Judaicis & Profelytis*. Rectè itaque hunc  
 nuchum vocat *Turretinus Profelytum*, & quidem ad stipulante  
 Bellarmino pag. 684. scribente Baronio, pag. 253. sed in anteci-  
 dentibus de Cornelio differit Author & dicit; *Licet origines fuerit  
 gentilis, fuisse tamen Profelytum Religionis, accusandum esse non Ebræis,  
 fratribus, qui salutem à Redemptore nondum passafcto expectabant.* Am-  
 em hoc dicatur rectè, meritò dubitari potest. Nam primò dicitur  
 idem *εὐσεβὴς, καὶ Φοβούμενος*, &c. non autem concludere licet,  
 est *εὐσεβὴς*, ille confestim addictus est *Ecclésiæ Judaicæ*, cùm etiam  
 extra illam datur. Secundò, si fuit Profelytus, aut fuit Profelytus  
 gentia, aut *Porta*, si prius, more apud Judæos recepto, tribus Cere-  
 moniis fuit subjectus, *Circumcisioni, Baptismo & Corban*, sive *Obla-*  
 ti, ut docet *Maimonides*. Atqui neque *circumcisus* fuit Cornelius,

ut ex sequentibus constabit, neque de *Baptismo* antecedaneo aliquo sit aliqua mentio, sed demùm post *adventum & predicationem Petri*, cum *universâ suâ Familiâ* fuit baptizatus, *Act. X. v. 47, 48.* Neque de aliqua *Oblatione* est vestigium in textu. Non itaque fuit *Profelytus Justitia*, qui Judæis natis habebantur *aquales*, & dicebantur *Confederati*, utpote totos sese subicientes *Legi Mosaica*: Aut fuit *Profelytus Poeta*, atqui illi non recipiebant totam *Legem Mosaicam*, sed vel à sola abstinebant *Idololatriâ*, vel septem *Præcepta Noachidarum* observabant, qui *Profelytismus* hunc tantum habuit *Effectum*, ut *habitas* concederetur ipsis inter *Israëlitæ*, relicta *ulteriori Religionis curâ*, erantque illi tantum inter Judæos, cum adhuc *Sabai* essent in usu; ut *Maimonides* docet; atqui *Cornelius*, inclinante jam *Republ. Judaicâ*, erat *Cæsarea*, quæ dicta *Stratonis*, & si ab *Idololatriâ* abstinebat, præceptaque *Noachidarum* observabat, nondum potuit dici *ἑυοεβης*, nec ad tantam *dignitatem Tituli* hujus assurgere, de quo videatur *Soldanus*. Sunt quidem aliqui, qui *Tertium Genus* addunt, nempe *Profelytos mercenarios*, qui quidem *circumcisi*, sed non *baptizati*, at inter hos referri nequit *Cornelius*, quia ad *incircumcisos* refertur, neque *mechanicus*, aut *mercenarius* fuit, quales hi, sed *Miles*, sed *Cæsario*. Tertio *Profelytum* non fuisse aperte constat ex *Textu*, si scilicet consideremus *Visionem*, quam *Petrus* habuit de varii generis animantibus, *Act. X. v. 11. 12. & seqq.* Si expendamus *Responsionem* *Petri & divinam informationem*, *v. 14. 15. 16.* Si denique consulamus caput sequens undecimum, ubi *Judæis Hierosolymitanis*, dicit: *Quando introivi ad viros Præputium habentes, & manducavi cum illis*. Interim non negamus, quod salutem à *Redemptore* nondum potestâ expectarit, tum quia dicitur *ἑυοεβης, καὶ φεβύλυ* & τὸν θῶον, adde *v. 22.* tum quia *Elemosynas* erogavit, quæ venerunt in conspectum & memoriam *DEI*, tum quia illi tribuitur *Precatio & illius exaudicio*, *v. 31.* quæ sanè profecta ab illo *Spiritu*, qui dicitur *Spiritus Gratia & precum*, *Zachar. XII.* ut frustra sint *Pontificii*, quorum aliqui somniant illum jam antea per *remissionem peccatorum & infusionem Gratia* divina fuisse *justificatum*, alij demùm *Petro* in *eius* domo *fidem Christi* annuncians, alij denique per *Baptismum* collatam tandem fuisse *justificatum*, clarè nobis *calculus* adjiciente *Augustino*, qui *Libro de Prædestinatione*



*quæ Sanctorum, cap. 7. scribit: Quicquid Cornelius antequam crederet, & postquam credidisset, bene operatus, id totum DIO dandum, & non quis extollatur. Et iterum ad Simplianum lib. 2. quest. 2. in principio: In quibusdam tanta est Grætia fidei, quanta non sufficit ad obtinendum regnum celorum, sicut in catechumoni, sicut in ipso Cornelio, in quibusdam verò tanta est, ut jam corpori Christi & Templo Sancto deputentur. Et Beda: Cornelius non virtutibus ad DEUM, sed fide percutiebatur ad virtutes. Vide Biblia Tossani.*

## De Sensu Scripturæ.

### QUEST. XIX.

Disputat Author satis feliciter contra Pontificios, Scripturæ plures sensus assignatos, & Theſi IV. probat à veritatis Puritate, ad Unitate forma, à Scripturæ perspicuitate, sed confestim à via veritatis deficit Theſi V. scribens: Non quæritur an detur tantum unus Conceptus, fateri enim se, sapè unius, eiusdemque sensus dari plures Conceptus, sed sibi invicem subordinatos & respondentes: maxime in sensu composito, qui complectatur Typum & Antitypum, sed quæritur: An plures dentur unius loci sensus diversi & non subordinati, quæ sententia sit Ararj, Thoma Lyraui, Gresseri, Beconi, Salmeronis, Bridonis, Bellarmini & aliorum. Et in statu controversiæ distinguit inter sensus univocalem simplicem & compositum, definitque sensum compositum seu mixtum in Oraculis Typi rationem habentibus, cujus pars in Typo, pars in Antitypo, atque censet, non constituere duos sensus, sed duas partes unius ejusdemque sensus intanti à Spiritu Sancto, quicumq; litera Mysticum respiciat vel respexerit, ut in illo Oraculo, *Et non confingetis ei*, Exod. 22. v. 46. plenum non posse haberi sensum, nisi si cum veritate Typisen Agni paschalis conjugatur veritas Antitypi seu Christi ex Job. XIX, 26. At primò militans videtur adversus seipsum & arma parare, quibus expugnetur ipsius opinio. Nam si, ut Theſi quarta disputat, veritas est unius & simplex, quomodo potest obtinere sensus compositus & mixtus. Annon sibi opponitur simplex & compositum, si unius rei unica tantum datur forma essentialis, & sensus est forma Scripturæ, quomodo admitti potest sensus mixtus, aut formæ miscetur? Et surgit ex illa Mixtione tertium quid? Si Scri-

ptura Sacra est *perspicua*, adeoque *sensus sui nativi expressiva*, quomodo habere potest *varios sensus alienos & diversos*, annon ita incommuni sermone comparatum est, ut si quis duos vel plures sensus intendat unica sententia, lectorem vel auditorem in suspensio relinquat, quem debeat apprehendere, quem debeat praeferre, quem debeat sequi & num non *Pontificiis* aliqua ex parte acceditur, Scripturam *secundam Nasam* appellantis & *obscuritatis* arguentibus. Secundò dicit, non querit tantùm, an *deserimus conceptus in sensu Scripturae*, sateri solo, unius eiusdemque sensus dari etiam plures *Conceptus*, sed sibi invicem subordinatos; at primò, si plures *Conceptus* dantur in *sensu Scripturae*, cum sensus Scripturae nihil aliud sit quam *Conceptus divini expressio*, concludendum plures *unius eiusdemque dicti dari sensus*, quod ipse Author concedit, quod nostri haecenus negarunt *Pontificiis*, qui ex *secunditate Intellectus divini*, adeoque conceptibus illis in *Merito divina* deduxerunt pluralitatem illam sensuum, cum Paulus dicat: *Nos mentem Christi habere*, 1. Cor. 2. v. 16. non *Mentes*, non *conceptus* non *sensus plures*. Secundò asserit illos sensus esse *subordinatos*, & *respondentes*, at si quis plures fingat sensus, & elabi conetur, dicendo esse *subordinatos*, non *diversos*, si tres quatuor aut quinque, si *allegoricum*, *Anagogicum*, *Tropologicum* ingerat *Pontificiis*, atque excipiat illos esse *subordinatos*, ane Turretinus illi calculum addet? an sententiam *illius* probabit? Tertio dicit, *illam pluralitatem sensuum maxime obvenire in sensu composito*, qui complectatur *Typum & Antitypum*. At hoc ex falsa hypothese, quasi scilicet *dentur Oracula illius sensu compositi*, quasi *Dicta Scripturae* occurrant, quae complectantur *Typum & Antitypum*, cum haecenus illa nondum demonstrativè ostensa. Quarto dicit, *sensum compositum seu mixtum esse in Oraculis Typi rationem habentibus*, At etiam illa Oracula ubi *Typus* aliquid adumbrat, sunt *vera & proinde plures non admittunt sensus*, unius, formae, & perspicuitate sua gaudentia. Quintò dicit, *in istiusmodi Oraculis Typi rationem habentibus partim esse in Typo, partim in Antitypo, nec constituerent duos sensus, sed duas partes unius eiusdemque sensus intentioni à Spiritu Sancto*, quo ipse negat duos sensus esse constitutos in istiusmodi Oraculis, partes sensus unius statuit, quales dari supponit, intentionem *Spiritus Sancti* pretendit, qui tamen non *Aegias*, non *Apollo Delphicus*

phicus, qui plures sensus intendat, qui *Scriptura perspicuitatem* minuat, qui denique ut sapia effuso atramento sensum Antitypicum occultet. Sextò in confirmationem sententiae suae allegat illud *Dictum*, *Os non confringetis ei*, Exod. 12. v. 46, cujus plenus sensus non possit haberi, nisi cum veritate Typi seu *agni paschalis* coniungatur *veritas Antitypi seu Christi*, ex Joh. 19. v. 36. verum primò non est quaestio, *annon possit haberi sensus ex collatione duorum locorum*, si non coniungatur veritas Typi cum veritate Antitypi, nam sicuti in loco Exodi agitur de *agno paschali*, ita in altero loco Johan. XIX. potest de *Antitype seu Christo* agi, atque ex collatione horum duorum locorum efflorescere *duplex sensus*. Hæc autem sunt *duo Loca, duo Dicta*. Secundò apertè patet locum Exodi esse intelligendum de non confractura *ossium Agni paschalis*, totum quippe caput agit de illo Religionis ritu observando apud *Israëlitas*. Tertiò, aliud est *applicatio Typi*, aliud *sensus dupliciter*; Joh. 19. applicatur ad Christum, quod ibi *Israëlitico* fuit *præfiguratum*, nec novus verborum sensus in Johanne introducitur, sed tantum *Adus Circumstantia*, quæ observanda in *agno paschali*, *Christo* applicatur, hinc ipse Turretinus hoc agnoscit, dum *Thesi VI.* scribit: *Distingue sensum Scriptura ab ejus applicatione, sensus unicus est, sive simplex in historiis, præceptis & prophetiis unde propositis, sive compositus in typicis, sive propriis verbis propriis, sive figuratis verbis figuratis evangeticis; At applicatio potest esse diversa cum ad Ἀδασκαλίαν, εὐαγγέλιον, ἐπιπόρθωσιν, &c. quò usus sunt Scriptura Theoretici & Practici; ita Allegoria, Anagoge, Tropologia, non tam sunt sensus diversi, quàm applicationes unius sensus literalis Allegoria & Anagoge, quæ ad Ἀδασκαλίαν, Tropologia verò, quæ ad ἐπιπόρθωσιν, referuntur.* Sed ut suis inferiret hypothèsibus, forsan ita disputat Turretinus, ut scil. obtineret verba Institutionis *Dominicæ Edite*, *bibite* geminam significationem habere, quorsum respexit *Capellus*, scribens: *Non video cur negari debeat DEI Spiritum variis in locis, non unum tantum, sed duplicem aut verò triplicem etiam literalem sensum intendisse. Hoc enim pertinet ad ὁλοκληλίαν, ejus sapientiam declarandam, & in hoc puncto assentiuntur Photiniani. Socinus enim in Epistola 3. ad Radecium ita debacchatur: In eo à multis erratur, quod varicationes sive prædictiones non nisi in eum sensum accipi posse existimant, qui potior sit, & nullo sermonis figura quocumvis*

*usitata expressus: cum tamen & Christi ipse dicit, & Apostolorum ista  
Scripta & denique res ipsa apertissime doceat, in traditionibus divinis  
sapienter duplicem sensum inesse; cum videatur, quæ ex istis verbis emat  
profus Tropo undatis elici potest, aliorum vero, qui usitate verborum,  
sicut aliquæ ratione figurata significationis est consonantior. Adde Euse-  
bium, qui litteralem & mysticum sensum propugnat.*

## LOCUS DE DEO,

### Q U Æ S T I O I.

*Disputat Author in hac questione: AN DEI Existentia invidetur contra  
Deum demonstrari possit? & affirmat. In Th. XVII. autem dicit, po-  
tente referre, sive sensum hunc per notionem DEI naturalem iustam, sive  
per communem notionem, sive cum Recentioribus per ideam DEI menti-  
bus nostris impressam, explicemus, res eam eodem redire videntur: At  
a) Si statuimus sensum de DEO per ideam mentibus nostris impressam  
in esse, maldestatimus, tum quia passim Theologi in Belgio & Phi-  
losophi sese opposuerunt Cartesio, talem ideam DEI impressam ita-  
tenti, videat itaque Turretianus, quomodo ipsi cum locis conve-  
niat: tum quia docuerunt, Cartesium hæc ratione viam compleræ ad  
Atheismum, quomodo itaque parum referre potest, & res eodem reci-  
dere, si dicamus sensum de DEO per ideam mentibus nostris impressam  
in esse, tunc enim sensum de DEO, existentiam Numinis, possumus  
explicare per id, quod dicitur ad negationem DEI, ad Atheismum? tum  
quia ipse Turretianus vellicat hanc opinionem, & dicit, *Observa-  
randum, ideam DEI minus propriè dici nobis imprimi, si per eam defi-  
gatur species aliqua & Imago DEI intelligibilis in mentibus nostris, qua  
quidditatem & essentiam DEI nobis clare & distinctè representat, quod in-  
finita Majestas DEI respicit, & finita ac fragilis, Mens non capit: quomodo  
autem sensus DEI potest explicari per ideam, quam infinita Majestas DEI  
respicit? vide Rati Cart. 6)* Quia hic tangitur controversia momentosa,  
ideoque considerandum erit, quid Cartesius pro illa adduxerit: adduxit  
autem tum pro destructione nostre sententiæ, tum pro confirmatione sue.  
Pro destructione nostre, quod videamus in sensibilibus esse ordinem  
sive successionem quandam causarum Efficientium, At DEUM ex-  
istere magis evidenter esse, quam ullam rem sensibilem, nec per*

istam causarum successione nos aliò posse devenire, quàm ad im-  
perfectiorem nostrì intellectus cognoscendam, quod mente non pos-  
sumus comprehendere, quomodo infinitas tales causæ sibi mutuo ab  
æterno ita successerint, ut nulla facit prima, nam certè ex eo, quod  
istud non possumus comprehendere, non sequi aliquam primam esse  
debere, seu DEUM aliquem existere in rerum naturâ.

a) Pro confirmatione autem suæ sententiæ adducit *Ideam*, & ex  
illâ ita argumentatur: Quæcunque attributa in clarâ alicujus rei *Ideâ*  
continentur, ea ex vero ipsi illi rei à parte suâ tribui possunt, At verb  
in summi entis clarâ *Ideâ* inter celestes perfectiones, contingitur necom-  
facia existentia, Ergò ex vero illi tribui debet, consequenter que-  
que DEUS reipsâ existit necessariò.

Secundò, quilibet ex nostris *Ideis* requirit causam, in quâ vel  
*formaliter*, vel *eminenter* contineantur perfectiones, quæ in *Ideâ* represen-  
tantur, habemus autem *Ideam* DEI, tanquam entis infinitè per-  
fecti, E. aliqua ejus causa in se vel *formaliter* vel *eminenter*, perfe-  
ctiones illas continens, quæ in tali *Ideâ* representantur, in nullo ve-  
rò finito infiniæ perfectiones existunt, E. datur aliquid infinitè per-  
fectum, in quo omnes illarum perfectiones continentur, quodque sit il-  
lus *Idea* causa, E. DEUS existit.

c) Non possum existere, quin conservet, quamdiu exiis, at  
*meipsum* conservandi vim non habeo, quapropter conservet *ab alio*,  
is autem à quo conservor, necessariò in se habet id omne, quod in me  
est, cumque in me existat infinitarum perfectionum perceptio, uti-  
que eadem quoque erit in causa me conservante; verum hæc habere  
nequit perceptionem perfectionum, quas in se non continet, quapro-  
pter cum talem perceptionem omninò habeat, etiam in se contine-  
bit perfectiones istas, quarum habet perceptionem, i. e. infinitas, at-  
que ita DEUS erit.

Sed Resp. ad l. a) Si DEUM existere multò evidentius est, quàm  
ulla res sensibilis, apertè contradicitur Paulo, qui hanc subtilitatem  
vix neglexerit vel nesciverit, cum dixit, *Rom. 1. 20.* per *invisibilia*, per  
aspectabiles mundi Creaturas, invisibilia Dei pervideri exiis, quæ  
fecit DEUS. b) Deum existere evidentius esse quàm res sensibles,  
evidenter falsum est, nam nationes extra Ecclesiam ita habuissent

deam DEI præ rebus sensibilibus distinctam & sinceram, hanc verò si habuissent, nil absurdius cogitatu, nil magis contradictorium, quàm plures admittere Deos, nec enim nisi unus potest esse *independens*, & si divinitatis ideam habuissent inter se, non tam facillè admississet sese *Idea numerosa multitudinis*, cujus alioqui mixturam sincera divinitatis Idea procul arcuisset, nec illi Jovi cælum, infernum Plutoni, Neptuno maria assignassent. c) Quod dicitur, esse imperfectioni Intellectus nostri transcribendum, quod non possimus comprehendere, quomodo eausæ infinitæ sibi mutud ab æterno ita successerint, falsum itidem est, non tantùm ex hypothesis Cartesianorum, quæ hæc, *nullam esse normam aliam eorum, quæ affirmare vel negare debeamus, quàm propriam perceptionem*; sed etiam ex rei veritate, non enim illam infinitam successionem negamus, quod eam non possumus comprehendere, adeoque *ex Intellectus nostri imbecillitate*, sed vel maximè ex eo, quod *à parte rei* manifestum sit, illam successionem *involvere contradictionem*, quia tandem ad unam perveniendum, quæ prima causa, & in quâ subsistendum.

Secundum Argumentum non concludit, quod positivè producit profuâ sententiâ Cartesius, nam admove illud Atheo, & nihil eo efficiens, ridebit verò tuam simplicitatem: b) Supponitur *innata dæmonis idea*, etiam DEI, & quidem *claram & distinctam*, quod non tantùm Atheus, sed & orthodoxus Theologus negat: c) Illa propositio tam demum vera est, quando scilicet constat, ideam, quam de re aliquâ habemus, ipsi rei extra mentem existenti per omnia esse similem, adeoque tantùm hypotheticè concluditur: In ideâ DEI involvitur necessaria DEI existentia, E. si in ideâ DEI involvitur necessaria existentia, DEUS existit, adeoque *à meris hypothesis suis* spenditur, cum tamen argumentum *categoricè* debeat concludere contra Atheum.

Alterum itidem non stringit, quia vis nostra concipiendi non potest esse ipsâ mente major, si Ergò hæc *facta* est, E. & illa, adeoque non poteris clara aliqua Idea sibi repræsentare *perfectiones infinitas*. b) Si perfectiones infinitas tribuamus menti nostræ, ita tribuamus, ut perfectiones finitas multiplicando, descendo ab imperfectionibus, iudicando denique illi tribuamus, at hoc non est perfectiones infinitas

tas in se comprehendere, aut exprimere: c) Admove hoc argumentum Atheo, negabit ille, quenquam hominum habere infinitarum perfectionum positivè menti representatarum tanquam tam claram *Ideam*.

Ultimum argumentum non urget, quia à causâ conservante est petendum: Potest enim excipere aliquis, cibum, potum, aërem, oleum, &c. quoque conservare hominem, nec tamen propterea dici posse habere in se id omne, quod in homine est; esse entis perfectissima, quorum plura non dantur *Vno*. b) Ille, qui conservat hominem, potest iterum ab alio conservari, & ille alius iterum ab alio, neque deveniri in illâ causarum conservantium successione ad primam aliquam causam conservantem: c) Quod urget Calvinia, non posse à causarum producentium successione colligi causam primam, id pariter urgetur potest contra causas conservantes; dicunt autem causarum producentium successione non posse subministrare argumentum pro DEI existentia, quia fit *ex imbecillitate intellectus nostri*: Pariter itaque aliquis illam causarum conservantium successionem refundet in intellectus nostri imbecillitatem.

*Idea* illa est merum commentum, partim, quia *Idea est Forma practica, μηχανική*, juxta quam operatur Artifex, & ei simile quod producit: quis verò tam absurdus, ut dicat istiusmodi *idea* esse in homine, quâ posita homo Atheus ad imitationem aliquem DEUM producere possit; partim, quia illa *Idea* in homine aut est species *impressa*, aut *expressa*; Non prior, quia non intelligit, sed intelligere facit, non posterior, quia alias sequeretur, in nobis, in Gentilibus, non tantum sensum effectivitatis seu existentie DEI, sed etiam ipsam essentiam per ideam representatam, *Idea* enim & clara et distincta non tantum representat existentiam realem illius, cujus est *Idea*, sed etiam ipsam essentiam exhibet, imò hujus proprie est *Idea*: partim, quia non est consequens, posito dari talem *Ideam* respondere illi realitatem objectivam, possumus enim habere ideam entis rationis, etiam possibilem, quæ tamen non existunt t b) Ipse Cartesius definit *ideam*, cuiuslibet cogitationis formam illam, per cujus immediatam perceptionem ipsius eisdem cogitationis conscius sum: ac posita hac definitione *idea* non quaeritur in apprehensione rei, nec in

*compositione, nec in ratiocinatione, sed in reflexione supra actus mentis proprios, ut hæc sit Idea DEI; cum quis scit, aut dicit, scio me cogitare aliquid vel enuntiare, vel argumentari de DEO, at hæc scientia est secundaria, quæ quis non objecti extra se positi, sed suarum cogitationum conscius est, nec DEUM pro objecto habet, sed precedentis intellectus operationis, quarum potius Idea est, quàm ipsius DEI: quid quod Ideas imagines dicit, quæ ab intellectu apprehenduntur, iudicantur, ratiocinantur percipiuntur, adeoque subferunt non tantum intellectui Ideas rerum, sed etiam Propositionum & Syllogismorum.*

XXVI, In hac Thesi dicit Author: *Quando dicitur, DEVS esse à seipso, &c. Rectè hoc annotat contra Cartesum; & hæctenus fuit communis sententia Theologorum, adeo ut etiam explosus sit Nicolaus Taurinus, qui DEUM dixit esse causam & Principium sui esse; Habet tamen Cartesius, quod obijciat, & quidem 1. negat se dixisse, DEVM esse causam Efficientem ipsius, quia tantum dixerat idem quodammodo præstare, quod præbet causa efficiens ipsius, sicut itaque attributum unum on altero inferre liceat, ita etiam licere inferre DEVM esse à se possum, quia scilicet, datur aliqua ratio, qua à priori hoc ipsum inferat. 2. Dicit, nullam rem existere, in casu causam Efficientem non liceat inquirere, vel si illam non habet, cur illa non indigeat, postulare, talem esse DEVM, cuius potentia causa sit, sive ratio, cur causa non indigeat, hanc autem causam, qua causa non indigeat, esse positivam. 3. Non videre se ratio necesse, cur nomen causa sanctorum sit fugiendum, præsertim cum existentia DEI demonstranda inserviat. 4. Nisi licentiam demus animo nostro, in rerum omnium etiam ipsius DEI causas Efficientes inquirendi, accurate persequi non posse; quo enim jure DEVM exciperemus? priusquam illam existere sit probatum? 5. Conceptum quendam communem esse causam Efficientem & formalem, ita scilicet, ut quod est, ab alio, sit ab ipso, tanquam causa Efficienti, quod autem à se, tanquam à causa formali. 6. Si hæc interpretatio negativa verbi à se admitteretur, non posse ab effectibus haberi rationem ad existentiam DEI demonstrandam, quid quod quamvis admisisset, DEVM dici quodammodo posse sui causam, nullibi tamen illum eodem modo sui effectum nominasse, quia scilicet, Effectus ad Efficientem præcipue refertur solent, & illa esse ignobiliorum.*



At hæc non purgant Cartesium:

Non Primum arguementum *Excusatorium*, quod ipsum potius accusat, tum quia aperte dixit, *DEVM esse causam sui ipsius in arguente ratio, nec se posse videre, cur causa nomen refugiamus*; tum quia dixit, *idem quodammodo præstare, quod causa Efficiens præstat ad essendum*, at si hæc non ad nihil causam strictè sic dictam, admisit tamen *causam ἀναλόγως talem, qua se habet ut causa*; quid? annon id, quod quodammodo præstat, quod causa effectui, influit, prius est causato, eandem operationem habet cum causa & actionem? tum quia aliud est ratio inferens, aliud causa res, ratio inferens locum habet in attributis, ut scilicet à priori ex independentiâ inferamus immetensitatem, æternitatem, sed non possumus concludere per causam quandam ad existentiam ipsam & essentiam DEI, quæ primum est: imò secundum Cartesium ex potentiâ DEI ad essentiam, quomodo enim potentia potest præsterni essentiam divinam, ex qua existat? nisi supponamus *DEVM per potentiam suam produxisse semetipsum, nisi velimus admittere, dari attributum quoddam prius essentia existens, quæ tamen radix est omnium attributorum.*

Secundum itidem non concludit, tum quia aliud est ratio, & quætere rationem al-cusis res, & aliud est causa, & causam quætere, cur aliquid causa non indigeat: Ratio illa non potest peti à causa Efficiente, quod scilicet DEUS illa non indigeat, sed petenda est ex Asserente sive ex independentiâ; tum quia aliud est cogitare id, quod DEO ficit, quod aliàs causa effectui, nam hoc absurdum est, si quæres, quod DEO præstat, quod causa effectui, eo ipso enim *instans intermedium agnoscis, sive rationem quandam, per quam existat id in DEO, quod aliàs in effectibus apparet per causalitatem causa efficiens*: tum quia assignat radicem, nempe infinitudinem potentiam, At potentia (nam de Passivâ hic non est sermo, sed Activâ) refertur ad operationem, ad actionem, adeoque eo ipso, quod potentiam inmetensitatem statuit esse radicem, productum aliquid per potentiam, adeoque dependens ab illâ admittere cogitur.

Tertium non concludit, partim, quia *Existentiâ DEI etiam ut aliis demonstratur non per causam efficientem ipsius DEI*, cum idem aliàs esset simul prius & posterius, nobilius & ignobilius, ut ipse Car-

refus ignoscit in objectione sua ultimâ : partim , quia *existentia DEI ex effectu in Creaturis conspicuo demonstratur* , adeoque hic obrinet , in comparatione entis finiti & insuiti , relatio causæ & Effectus , quo argumento utitur Paulus Rom. 1. 20. partim , quia inauditum est in omni hæcenus Theologiâ & Philosophiâ , hunc *mediam terminum* , posito quod salis effectus , unquam esse , ut loquitur Cartesius , *medium* , quo demonstramus DEVM esse.

Quartum nil facit ; quia *causa inquitur* , cur DEVS existat , *adeoque licere* , omnino impium est , quia insuper ex Creaturis colligimus & Licentiam habemus inquirendi in ipsum DEVM tanquam causam Primam , quia denique hoc excludit inquisitionem DEI de causa DEI Efficiente , dum scilicet illum dicimus *primam Efficientem* , dum ejus existentiam colligimus ex alio ente diverso ab ipso DEO.

Quintum non stringit , partim , quia *curpissima est consuetio causa Efficientis & formalis* , dixit enim , DEVM *prestare id sub ratione causa respectu sui ipsius* , quod *causa Efficiens respectu sui effectus* : At effectus non refertur ad causam formalem , sed ad causam Efficientem formaliter , partim , quia *omne ens etiam creatum est à se* , si formaliter velimus loqui , ab alio autem si de *relatione Efficientis & effecti* sit disputatio , adeoque hic non explicatur , quomodo DEUS sit à se , membra enim hujus oppositionis coincidunt etiam in Creaturis , nam omne ens creatum est à se formaliter , ab alio vero Efficienter : partim , quia posterius membrum ita explicat , ut esse à se formaliter sit habere *essentiam* , ut causa Efficiente non indigeat , ita ipse incidit in nostram sententiam , in sententiam negantem , atque discursus illius resolvendus , hoc modo : Omne ens est vel ab alio , tanquam à causa Efficiente , vel à se . i. e. non à causa Efficiente , & tale ens est DEUS , quod probatur ex eo , quia *causâ Efficientem non eget* , & hoc demonstratur ex ipso *formâ & naturâ*.

Sextum nil probat : tum quia DEVS non est ab alio , ita tamen , ut existentia illius posens ab alio demonstrari possit , adeoque in probatione nostra observamus utique *relationem causati ad causam* : tum quia si DEVS dicatur *causa respectu sui ipsius* , vel aliquid in DEO , frustra excipitur , non dici eundem effectum : nam sicut verè & realiter est *causa Efficiens* , utut *avalóγως respectu sui ipsius* , ita verè & realiter erit

efo

effectus respectu sui ipsius, utut analogicè; tùm quia falsissimum est, quod dicit Car'esius, se nunquam usum fuisse vocabulo effectus, dixit enim omninò nobis licere cogitare, DEVM id præstare respectu sui ipsius, quod causa Efficiens respectu sui effectus.

## QUESTIO II.

### TH. IV.

Dicit Author, non dari Atheos propriè dictos, & definit Th. IV. eos non dari speculativè tales dicendè, qui inveniunt dubitans, & conveniunt sibi persuadere nullum esse DEVM: Tertio probat in Th. V. VI. & VII. non dari tales, quia detur in homine cognitio DEI insita & sensus divinitatis, quia detur opus legis in eo scriptum; quia denique tam clarè seipsum patefecerit DEUS, in operibus scilicet ut homines vel palpando ipsum invenire possint, *Act. XVII.* subscribunt huic sententiæ quam plurimè & specioso hoc argumento utitur, quidam ex Batavis: Paulus cum *Rom. I. v. 26. seq.* dicit, τὸ ὕψιστον Θεῶν Φασι εἶναι ἔθνη & stultos illos falsos per Idololatricam, non tamen accusat Gentiles ullius Atheismi speculativi, osotes DEI quidem vocat, sed non Atheos speculativos, osor autem DEI præsupponit hostem, inimicum, contra quem fertur effectus hostili.

Sed Prò mò status controversiæ dextrè est ponendus. Non autem disputatur de Atheis speculativis, actu existentibus, at de possibilitate Atheorum speculativorum, num scilicet possint ut tales dari in rerum natura. Posito quod non dentur Athei speculativi, quod tamen nos non concedimus, possibilitas tamen Atheorum speculativorum non est neganda, quapropter & Hülsemannus stylum ita temperavit Th. I. de DEO, ut dixerit, possibile esse dari Atheos speculativè tales, adeoque hoc posterius axioma vult positum esse extra controversiam.

Secundò Argumenta, quæ adducit Turretinas, ut ut aliquo modo concidant, non tamen id obtinent, quod ille afferit; Nam a) arguet notitiam DEI insitam, sed aliud est per naturam insitam esse τὸ ὕψιστον Θεῶν, & aliud est per rationes carnis, mundi & diabolilid excuti; prius non negatur, sed posterius non est ex eo consequens, quia insuper dicit, non magis posse abesse ab homine cognitionem DEI insitam, & divinitatis sensum, quam intellectum rationalem, ita ut homo

*hinc exuere non possit, quin se ipsum exuas, atque hic Veritatem secutus, putat eandem esse habitudinem notitia insita, ut est intellectus ad hominem rationalem; Verum intellectus longè intimius adhæret homini, atque proprietas est, quàm notitia DEI insita, ut non dicamus, disputari posse, an homo non sit animal rationale, etiam si intellectus separetur ab ipso per potentiam divinam, quia omne accidens, quale est intellectus, in sententia communi Philosophorum separari potest à sua substantiâ, salva manente ipsâ per potentiam DEI, ut vis uisiva ab igne; quia denique si inventi sunt nostro hoc Seculo, qui negarunt & impugnarunt prima principia, impossibile est idem simul esse & non esse, totum est majus sua Parte: quæ tamen sunt insita natura; Videatur ille, qui appellat se Christianum Israëlitam, quidam quoque edementiæ possit pervenire homo, ut etiam neget hoc principium insitum, in illo hæreat, atque sese non explicare possit vel non explicet.*

*Secundum non stringit, tùm quia probat tantum legis opus scriptam esse in cordibus nostris, & consequenter, nos habere notitiam quandam Legislatoris, at si ex notitiâ DEI insitâ, quæ est ipsius DEI absolute considerati non potest colligi, non dari Atheos speculative tales, ut ex resolutione primæ argumenti constat, quanto magis non poterit colligi ex opere legis inscripto esse aliquem DEUM, quod opus legis dicit relativam quid, dicit in supervim obligativam, dicit demique auctus, esse Legislatorem; Gentilis itaque, si ad opus legis inscriptum respiciat, colligit esse Legislatorem, sed an ille sit DEVS, an nature instinctus, an aliquid aliud, non concludit, nescit enim: Quanquam potius, si hic locus urgeri possit & debeat, ex natura operis Legis inscripti sit concludendum, quod consistit in officio DEI circa DEUM & circa proximum, ut duabus tabulis legis moralis hoc ipsum est expressum, quo supposito Gentilis aliquis penetrare potest aliquo modo ad DEUM, cui officium exhibendum: tùm quia cum sympathia ac conscientia naturalis non quidem extingui potest quoad habitum, potest tamen quoad actum, & suspendi: tùm quia Gentilis conscientiam suam, si sit Atheus speculativus mortificat, nec credit DEUM illi præsidere, thronum in eâ erexisse, meruit enim quamvis vim superiorem, nec simpliciter in DEUM tanquam auctorem & Judicem obmalefacta, quorum conscius est, recurrat.*

Ter-

Tertium non concludit, partim, quia *suavitate insita*, si *ἡρώδης* & *Θεῶν*, quod *Φαυερὸν in Gentibus*, non obstat Atheismo specularivo, quò minus ille *per diaboli potentiam & excitationem* oriatur in hoc vel illo individuo, multò minus obstat *notitia acquisita ex Creaturis*, quia facillè fieri potest, ut tale pecus non attendat ad Creaturas, non ratiocinetur ex illis, sed subsistat in *existentia illorum obsequivà*: partim, quia Apostolus *Act. XVII.* loquitur de eo, quod fieri possit & debeat, de officio hominis, quod ex resplende(scentia) DEI in Creaturis exigitur, non de *actu exhibitionis*, quem eoisso adhuc urget, & negat fuisse in Atheniensibus: partim, quia ipse Author agnoscit, si oculos aperiant Gentiles, Numinis Majestatem & splendorem eos statim afficere, si itaque non aperiant, sed claudant, quod in ipsorum potestate est, *Atheismum* sensim stabiliunt, unde *ἡ φιλασφῶν*, quod urgeri potest, si vel accipiatur ut *Musicum*, quatenus incidens in Creaturas, tangens eas, quemadmodum chordam respondentem habet DEUM, vel si accipiatur *in sensu investigandi à pedibus petito*, vel in sensu *controllandi manibus*, propriissimè tamen palpare insinuat, ita ut investigent aut investigare possint *DEUM in Creaturis*, ut incidant in eum, tanquam cæci palpando, interim tamen omnem *ulteriorem* inquisitionem negligant.

Verum quod urget de particula *εἰ ἀπα*, quæ utitur Apostolus: quam dicit ad inquirentium stuporem & negligentiam pertinere, pro nobis facit, tum quia si forte inveniunt Gentiles DEUM, forte etiam non inveniunt, unde eunquè hoc fiat, sive *ex defectu objective propositionis*, quæ tamen ab Apostolo hic negatur, sive *ex stupore & negligentia subiecti inquirentis*: tum quia hæc particula *sufficienciam* quidem *gratiosa divinæ communicationis* exprimit, sed tamen *absque efficacia ab nostra voluntatis venientiam*, quæ scilicet ipsam non acceptat obliervante *Levino*; tum quia hæc particula *dubitandi difficultas* exprimitur *arrestandi & inveniendi DEUM*, ob cæcitiā Gentilibus intellectus *stupiditatem*.

Tertium, quod in hæc Thesi occurrit, est id, quod additur, *non enim longè abest ab uno quoque nostrum*; Rectè hic Author dicit, *verbis hisce non significari promissionem gratia peculiarē fidelibus DEL cultoribus*, ut *Socinus* exponit, quia hæc verba non restringuntur:

tur ad *fideles Sanctos*, sed extenduntur ad *unumquemque nostrum*; Res-  
 cte itidem observat, quod non agat de *promissionis gratia peculiari*,  
 adeoque operatione quâdam diviniâ, prout *Gabriel Vasquez* & *Leri-*  
*mus* ipsum secutus verba hæc accipiunt, partim, quia aperte dicit,  
*non longe abest*, qui verò dicit, non longè se abesse, ille eo ipso præ-  
 sentem se esse asserit; partim, quia utut corporalis contactus, nec  
*circumscriptiva*, nec *localis* præsentia hic spectetur, illocalis tamen  
 atque divina, quæ beneficiis, quibus à DEO ornatur, non oppo-  
 nenda, sed *fundamenti loco* supponenda, DEUS enim præsens est,  
 ut simul existat in rebus & operetur; partim, quia suggestit ratio-  
 nem, ut colligamus ipsum esse præsentem & infusum omnibus, cum  
 dixit: *palpando attrahi posse*; Si E. attrahi potest manibus, non  
 beneficium, non operatio, sed ipse attrahi poterit, & consequen-  
 ter præsens erit, non enim quod absens est, attrahi potest.

IV. Ad illud Argumentum, quod urget quidam ex Batavis,  
 Resp. 1. Paulum expressè, directè & verbo significante, nequidem  
*Atheorum Prædicorum* meminit, Rom. 1. si E. c. acindit Argumentum,  
 Athei speculativi non nominantur à Paulo, E. non culpantur, E. non  
 comprehenduntur, sequitur etiam *Atheos Prædicos* esse exclusos, quia  
 neque illorum meminit: b) quamvis *explicitè* non meminerit *Atheo-*  
*rum Speculativorum* *implicitè* tamen *ψ. 21.* dicitur enim frustratos esse gen-  
 tiles, vanos factos per *Ἀκαλογομίως αὐτῶν*, & obtenebratum cor il-  
 lorum insipiens; At hic enumerat *ψ. 21. 22. 23.* non illos, qui pecca-  
 runt in secunda tabulâ, sed qui in primâ tristissimâ caliginementis,  
 dum sc. *ut aliam honestatis studio ducantur*, DEI tamen gloriam im-  
 pugnent; At annon *Athei speculativi* peccant? di. it illos *vanos factos*  
*fuisse in suis speculationibus*, non itaque DEUM *affectos*, sed *frustra-*  
*tos*, ut *Erasmus* tradidit, *vanos factos*, ut *Beza*, *infidos* & *mendaces*, di-  
 cuntur enim vani illi, qui ingenti mentiendi voluptate merentur,  
 adèd ut eo ipso abreptos dicat Gentiles fuisse, ut vel planè negarint,  
 ullam vim divinam esse, ut *Arnobius* loquitur, aut dubitarint, aut ca-  
 sibus fortuitis exerciti providentiâ negarint.

c) *ψ. 28* dicit, DEUM tradidisse Gentiles *eis ἑν ἀδόκιμον*,  
*in sensum reprobum*, & fontem notat, ex quo omnia scelera proma-  
 nant; *ἀδόκιμ* autem ἑν est talis mens, quæ probam non suffi-  
 ant

et in iudicio divino, quæ instar monetæ reprobæ, quæ si ad Lapidem Lydium exigatur, fallit, neque bonitatem internam habet, ut ut externam mentiatur: Num verò talis non est etiam *Atheus speculativus*? & notanter dicit, quemadmodum non probaverunt, ut DEUM agnoscerent, sed reprobaverunt, excuserunt per *Atheismum* tum directum, tum indirectum, tum speculativum, tum Practicum, ita DEUM iusto iudicio totaliter illud, & tradidisse *Gentiles* in mentem reproborum, in eodem, quæ in *Atheismo* occurrerit, & ex illo in quavis *sceleris* suavis prolapsa.

II. Quod autem urgetur, *dici ofores DEI gentiles*, adeoque *prospiciisse DEUM*. Resp. 1. difficile probatu esse, *gentiles dici ofores DEI*, in *1. 30.* nam ofores DEI non *active* hic introduci, sed potius excusos DEO, adeoque *active* hoc ipsum non esse accipiendum, de odio *Creatura rationalis in DEUM*, sed de odio DEI in *Creaturam*; Uade *Vulgatus* vertit *odibiles*, patet tum ex consideratione hujus capituli, sperat *Apostolus* de vitiis contra primam tabulam *1. 21.* ad usque *25.* adeoque de impietate, *1. 26. 27. 28. 29. 30. & 31.* agit de vitiis secundæ tabulæ, adeoque iniustitia, quam passim exercuerint *Gentiles*: Finge jam *1. 30.* in *introduci ofores DEI*, *Verdier* *Gotter* ut *Lutherus* vertit, *impii* erunt *introducendi peccatores* contra tabulam primam, quod tamen pertraxit *Paulus* distinctè in antecedentibus: tum quia si omnia, quæ recensentur in hiso *versiculis*, expendas, nullum vestigium reperire, alicujus *impietatis*, cuius accusetur *Gentiles*, sed *iniustitia & vitiorum*; tum quia *Syrus & Arabi* intellexerunt *passive*, quod scilicet, *exosi DEO* homines hic intelligantur: sed concedamus, quia *Lutherus* noster ita vertit, & *Cyprianus* *active* interpretatur, per ofores DEI esse intelligendos illos, quæ DEUM odio habent, execrantur, adeoque *active*, nondum tamen *obtinetur*, quod queritur; nam ita vocabulum DEI non accipiendum erit de DEO *infinite*, sed de *Magistratu*, DEI *personam in his corris* *representante*: tum quia omnia vitia, quæ hic recensentur, pertinent ad *secundam tabulam*, adeoque etiam *contemptus Magistratus*, tum quia *Magistratus* nomine DEI veniunt *Psal. XXXII.* tum quia nec temporis quam plurimi inveniebantur, qui *Majestatem & Magistratum* contemnebant, calumniabantur, nec absque *causa*.

causa

cum Nero præfuerit rebus, monstrum illud, ita ut Paulus coactus Christianos compellere ad obsequium tam impio Magistratui defendendum, *Rom. XIII, 1. seqq.* & Petrus istiusmodi homines introduxit & reprehendit, *2. Epist. II, 50.* Judas denique aperte de quibusdam dicat, quod carnem commaculent, Dominationes contemnant, & Majestates calumnientur.

### QUÆSTIO III.

**Ansot.** Disputat Author, *an DEVS sit unus*, & affirmat; b) probat ex Scriptura, & c) addit rationem, *quia implicet dari plura infinita, non hoc ipsis Ethnicis penitus ignotum fuisse* dicit, atque ex Hermete Trismegisto hoc evinere satagit; At hic multa miscetur, quæ examinanda; Nam a) dicit *DEVM esse unum numero*, non tantum *affirmative*, sed etiam *exclusivè*, ut *Sol unus* dicitur: quia *Unicus*; Verum hoc non est explicare naturam Unitatis Divinæ; Nimirum Deus non tantum *affirmative* dicitur unus, ut ipse loquitur, neque unus *exclusivè seu specialiter*, sed unus dicitur etiam *eminentè*, ita ut nulli unitas in rebus creatis respondeat Unitati divinæ; b) si *DEUS* est unus, quem admodum Sol, Luna, terra & ceteræ species monadice, non implicabit contradictionem plures dari *Dios*. Sol enim ita unus, ut non repugnet per *Potentiam DEI absolutam*, plures posse superaddi, imò in specie convenit Planetæ, vel Luminis majoris cum Luna, utut solus, adeoque *illud exclusivè tantum de exclusivè abus existendi, non possibilitatis*, quæ itidem *DFO* repugnat, videtur accipienda; c) unum numero esse *DEUM*, ut *Sol* est unicus numero. At unitas numerica competit singulis in dividuis alicujus speciei infinite, quæ de multis numero differentibus prædicatur in quid, non itaque exhaurit illam unitatem, quæ scilicet *DEUS* dicitur unus; Neque opponas, quod *B. noster Gerbardus* etiam hoc simili à Sole usus fuerit, tamen quia tantum id adhibuit, ad *exclusivam DEI unitatem illustrandam*, quæ opposita *actus*, in medio relinquens vel *possibilitatem vel impossibilitatem*, tamen quia non negavit unitatem illam *eminentem*: tamen quia ex *Bernardo* illam explicavit, multimodis, & superaddidit duas observationes, in quibus uberius de Unitate illâ differuit.

b) Quod



b) Quod probationem concernit, instituit illam ex *Deut. VI, 4* & *1. Cor. VIII. Gal. III, 16.* verum nervum non offendit, nam ita unitatem DEI demonstrare debet, ut *compossibilem Trinitatem* personarum, imò *coexistentiam* illarum unà doceat. tentabimus itaque dicitur *Deut. VI, 4.* Audi Israël, Jehovah DEUS noster Jehovah unus est: Non nitetur hic Principio *Galatini*, qui asserit ter nomen DEI hic occurrere, cum oppidò hoc falsum, in textu ipso: dicit enim Mosès, יהוה אחד יהוה אחד: meminit Jehovah; quod est nomen *essentiale* DEI; adeoque *essentiam* exprimit; dicit Jehovah illum esse יהוה unum, quo ipso stabilit unitatem DEI, ut autem illam unitatem doceat non repugnare *pluralitati* personarum, ideoque in plurali Jehovah conjungit Eloheum, ut hic doceatur aliqua unitas *compossibilis cum pluralitate*, quod etiam *Theodoretus* observavit: Dicitur nobis unus est DEUS, Pater ille, à quo omnia, *1. Cor. VIII.* & unus est Dominus, sc. Christus, per quem sunt omnia; primò itaque unitas hic asseritur, ut duo non introducantur Di, sed plures Domini; 2. Dicitur, unus est Dominus, ita ut Pater non excludatur, nam quis neget Patrem quoque esse Dominum? & dum Patrem dicit, Filium unà insinuat, quia Pater est *relativum* quid, nec potest esse sine Filio: 3.) Subjecti non meminit, ut ut pertineat ad Trinitalem *coexistentiam* tam personarum unà cum *unitate essentia* admittit, ideo autem non meminit subjecti, quia *Y. 5.* dixerat, apud Gentiles esse plures Deos & plures Dominos, sufficit itaque Apostolor, ut opponeret DEUM Patrem unum, cui Christiani tribuunt honorem *Creationis*, & unum Dominum Filium ejus, quem Christiani speciali *Redemptionis* titulo vocant Dominum; imò cum dixit, nobis Christianis unus est DEUS Pater, ex quo omnia, opus *Creationis* intimavit: *Creationis* autem opus ita procedit ab uno, ut etiam procedat à singulis personis, cum *opera ad extra* sint indivisa.

Tertium dictum quarto ita docet DEUM unum esse, ut coexistat ipse Trinitas, tentabimus *difficilem* h. l. aliquo modo explicare: Dicitur unus est DEUS. & in antecedentibus, Mediator non est unius, unus autem est DEUS; quid si verba hæc vertamus? hoc modo, Mediator non est unius, unus autem est DEUS, ita scil. ut priori vocabulo Mediator describatur Christus secundum officium

scil. *mediatorium*, quia Mediator debet esse *medius* inter extrema, atque illa reconciliare; in posteriori describitur Christus *ratione personae*, quod scilicet sit unus DEUS, ut sensus sit: Christum esse & Mediatorem, & DEUM, quo ipso *compossibilitatem*, imò *coexistentiam* divinitatis cum Patre, adeoque unitatem illam *veram eminentem* docebimus; patet autem non communem Interpretum sententiam esse sequendam, qui DEUM de DEO Patre intelligunt, tum ex eo, quia nulla hic est oppositio, particula enim *de* non occurrit cum praevia particula *μεν*, *μεν* enim & *de* opponuntur, sed in textu non habetur *μεν*, verum habetur *ὁδε μεσότης*, *ὁδε Θεός*, ita ut non sit oppositio, sed *σύνθεσις*, sive compositio: tum quia in Novo Test. particula *de* est *copulativa*, atque ita usurpatur 1. Cor. VIII, 7, iterum 2. Cor. IV, 13. in quae loca videndus Theod. Beza: tum quia 1. Tim. 2, 5, pariter dicitur, unus est DEUS, & unus est Mediator, ita ut tantum praeponatur DEUS, hic verò in loco Galatico postponitur.

c) Rationem & auctoritatem adiungit, quia *implicitè dari plura insinuat*, & *plures rectores*: Sed 1.) aut probat hanc ratione DEUM esse unum *unitate illa eminenti*, quam Christiani credunt, prout quaestio Theologica hic formatur; aut probat tantum *unitatem istam Metaphysicam vel peculiarem*, ut Sol est unus: si prius subjicit *rationi* unitatem illam eminentem, & quia tamen nihil novit ratio, minus quam *caecus colores*; si posterius, non probat intentum, quia non est in quaestione utrum DEUS sit unus. Metaphysicè, aut quatenus per rationem est indagabilis ipsius unitas: b) apud Scripturas respondet, dicit enim Johannes, DEUM nemo vidit unquam, Filius, qui est in sinu Patris, revelavit nobis; si DEUM itaque nemo vidit, si solus Filius revelavit è sinu Patris, consensus est, illam unitatem, quae est obiectum fidei Christianae, non inolescere *exaratione*, quod ipsum ulterius confirmatur, tum ex eo, quia de mysteriis altissimis, & ab humana ratione remotissimis agit Johannes in antecedentibus, de aeternitate λόγος, & incarnatione, ne itaque praesumptionem sibi quis objiceret in doctrinae suae propositione, dicit, non ego eram in principio, non vidi verbum apud DEUM, sed Filius, qui est in sinu Patris, revelavit mihi, nemo enim DEUM vidit unquam, sed Fi-

lius

us nobis enarravit, ad eò ut non *rationem* raddat, cur gratia & veri-  
 tas per Mosen facta non sit, sed *objectioni* occurrat, quia interroga-  
 poterat, quam pridem è Cœlo & consilio divino venisset, arcana  
 illa consilia conspexisset? tùm quia hîc agit i. non de visione DEI *com-*  
*prehensivâ*, sed de visione DEI *relata ad manifestationem*, adeoque hoc  
 ait, nemo vidit DEUM unquam, nemo arcanorum celestium  
 participes factus, sed Filius, qui est in sinu Patris, ille est *Propheta,*  
*doctor* ille, qui ex Theologia *Archetypa Eclypton* nobis revelavit; tùm  
 quia etiam ipsi Interpretes Scholasticam illam opinionem de visio-  
 ne DEI beatifica negatâ omni tempore hoc in loco designatam reji-  
 cunt. vid. Adamus à Conzen in *Comment. suo ad Ps. 12.*

c) Egregiè probat scil. Unitatem DEI *ex implicatione plurium*  
*genitorum, æternorum, omnipotentium*, Atqui infinitum, æternum,  
 omnipotens, perfectissimum *presupponunt* DEUM, & dicunt *jam-*  
*existens*, cum non nisi DEO hæc attributa possint tribui; Unitas  
 autem est primum illud in essentiâ.

Præterea, si *ex ratione* probatur Unitas DEI, fundamento sup-  
 posito, infinitatis, æternitatis, probatur *ipsetum* per æque igno-  
 ram, quia *tantum Gentili* constat de *infinitate*, quantum de *Unitate*:  
 enique quam Unitatem probat *ratio*? ane illam, quæ est *Objectum*  
*dei Christiana*? absit ut *rationem* eò pertingere dicamus, E. tantum  
 probat Unitatem DEI, si probat, ut subternitur conceptui *Metaphy-*  
*so*; sane Rodericus ab Arriaga *Disp. 11. Sect. 5.* hanc rationem prout  
 etiam cæteras *Thoma Aquinatis* subnervat atque dicit: *non esse sufful-*  
*entem, nec stare posse*, quod enim Suarez addat, *ad perfectionem il-*  
*lus entitatis pertinere, ut infinitum contineat omnem aliam in se, du-*  
*bitare posse intelligi, vel de continentia eminentiali, atque in hoc sensu*  
*extrem Suarezium tantum mutasse terminos posse producere omnia à se*  
*illa hoc modo continere; vel de continentia formalis ad eum modum,*  
*quod unum individuum continet perfectionem alterius, at inde non se-*  
*ipsum posse illud producere, sicut Adamus non potest alium ada-*  
*mantem producere, etiamsi contineat alterum formaliter in sensu*  
*posito; Quamvis autem Josephus Cacharanus Taurinensis impugnet*  
*Arriagam, qui tamen attentè legit, apprehendit omnem discurs-*  
*um desinere in morâ λογικαία.*

Secunda illius ratio, petita *ex regimine universi*, nulla est, nam  
 a) DEUS unus fuit, antequam gubernaret hunc mundum, adeoque  
*hæc* ratione tantum probaretur, *post* productionem mundi DEUM  
 esse unum: b) Quamvis *Arriaga* hanc rationem existimet esse opti-  
 mam, & primo loco ponat, potuisset tamen *infrimitatem* deprehen-  
 dere, si comparasset cum rationibus Metaphysicis, magis acatis, cum  
 hæc tantum per *analogiam regiminis Politici* deducatur: c) Quid si op-  
 poneremus, non esse optimum, unum rectorem in orbe? cum tot mun-  
 di partes requirant distinctos rectores, & necessitate compulsi Im-  
 peratores Romani dividerint Imperium in *Oriente & Occidentale*,  
 atque *Diarchiam* introduxerint, sub conceptu longè facillioris & com-  
 modioris Regiminis.

Tandem progreditur ad Ethnicos. & *Hermetem Trifmegistum*  
 laudat; at verò ut non dicam Ethnicos non cognovisse Unitatem  
 DEI, errat ille in Hermete laudando, tum quia quæ scripta  
 edidit *Hannibal Reffellus*, & sub nomine Hermetis venditæ,  
 sunt *suppositicia*: tum quia *Hermes* ille, utut divinus habi-  
 tus à quibusdam, utut Patribus laudatus, utut cum *Bileamo* com-  
 paratus, qui fuit & *Ariolus* & *DEI* vates, impostor tamen, utpote  
 contraria scribens *Mosi*, *Cælorum* & *syderum* orbes reales statuens,  
 contra historiam *Creationis Gen. I.* descriptæ, tum quia *Hermes* ille  
 fuit *Thoth*, sive *Thautus Aegyptiorum* & *Phanicum*, *Mosi* quidem com-  
 par ætate, sed tamen *Magus*, scriba *Saturni*, interpret rerum *di-  
 bolicarum*, quemadmodum *Moses* *divinarum*, atque hæc opponi-  
 mus *Turretino*, ascito in consortium nostræ sententiæ *Schottano* *Re-  
 ligionis* socio.

#### QUÆSTIO IV.

*Amos.* Disputat Author de nomine *Jehovab*, an soli DEO sit ita proprium,  
 ut sit incommunicabile Creaturis, & rectè affirmat contra *Socinianos*:  
 Thesi Secunda quærit, an pronuntiari possit? de quo videri potest *Al-  
 singius*: tandem probat Argumentis, & Th. XV. dicit, aliud est  
*ansam fœderis* vocari *Jehovam*, aliud *DEVM*, cuius præsentia *arca erat*  
*Symbolum* & *pignus*: Posterius dicitur *Psal. XXIV. 7.* & *XLVII. 6.* non  
 prius: ita quod solebat dici, tum attollebatur vel deponebatur *arca*  
*Psal. LXVIII. 1. Sarge Domino, & dispergensur inimici tui, non divi-  
 geta-*

revertitur ad arcam ipsam, quæ illius cultus capax non erat, sed ad DEVM  
 in arcâ adumbratum, cuius erat inimicos suos dispergere.

### TH. XV.

Verùm hîc miscet a) tacitam defensionem suorum Sociorum, qui hoc nomen extendi quoque voluerunt ad Creaturas, Zanchij, qui improprie nomen Jehovah creaturis tribui offerit l. 1. de Naturâ DEI, cap. XIII. & l. 3. de Tribus Elohim, c. V. Alstedij, qui in Theologia sua nomen Jehovah arcae fœderis per Metonymiam tribui statuit, at sic, dum occultat Calvinismum, Syncretismum cum Socieis, eundem refutat, dum Th. IV. V. & VI. probat esse nomen soli DEO proprium, Creatoris incommunicabile. b) Dicit arcam vocari Jehovah, cuius præsentia erat Symbolum & pignus, At in universâ Scripturâ nullibi arca Jehovah dicitur, & sacramentaria hæc est phrasis, s; Symbolo tribuatur res significata, dum scil. defendunt Symbolis Sacramentalibus, pani & vino tribui corpus & sanguinem Christi: c) Adducit XXIV. & XLVII. Verùm sic imitatur Alstedium, qui in Theologia sua Didacticâ cap. XV. par. IX. scribit, nomen Jehovah proprie tribuitur DEO, sed arcae fœderis per Metonymiam atque allegat Psal. 24. & 47. planè contradictoriè ad Thesis illius tertiam, ubi scribit, nomen Jehovah notat essentiam DEI tribus modis, quod scil. DEVS sit à se, non ab alio: quod alia sint ab ipso: quod denique ille verax sit in promissis & comminationibus; si autem notat essentiam DEI, si notat ens, quod à se, si notat veracitatem in promissionibus & comminationibus, nec proprie nec improprie seu Metonymicè potest tribui alicui rei extra ipsum existenti, aliàs sequeretur Creaturam esse essentiam DEI improprie, effe ens à se improprie, esse veracem in promissionibus & comminationibus improprie, cum tamen omnis homo mendax seu fallax, Ps. 116. Deinde in hisce Distis planè nihil habetur de arcâ, neque arca Jehova dicitur, Psalm. XXIIV. dicitur, attollite capita vestra porta ad ingressum Domini, verum nihil hîc de arcâ, sed de Messia; tum quia Messias celebratur Psalm. 8 & 10. tum quia hoc idem dicitur Psalm. 11, 12. & Esa. XL, 3. tum quia in vers. 3, montis Domini sit mentio, h. e. Ecclesie Novi T. si conferascum Esa, 11, 2. Posito itaque ut Petrus Martyr, Piscator, & alii Calviniani sentiunt recitatum fuisse hunc Psalmum in introductione arcae, non tamen est vestigium, ipsam

*arcam esse Jehovam, & absurda est ratio Kimchij, qui putat arcam di-*  
*ctam esse Jehovam, quia habitavit DEVS super illam, ira enim & nostram,*  
*unusquisque dici deberet Jehovah, quia DEVS in illo habitat, quia sumus*  
*templum ipsius, 1. Cor. III, 16.*

Locus ex *Psal. XLVII.* itidem frustrà adducitur, partim, quia  
 vocabulum *arcæ* ibi non habetur? & licet existiment Hebræi & *Ly-*  
*ra* hunc *Psalum* intelligendum esse *de ascensu arcæ Domini*, quam *ab-*  
*cendere* fecit Salomo, *aliud tamen est ascendere fecit, & aliud ascen-*  
*dit*: partim, quia aperte patet de *Mesiâ exaltato & ascendente* intel-  
 ligendum esse hunc *Psalum*, qui sc. post *exinanitionem*, post *heredi-*  
*tatis consecutionem per passionem* ascendit in júbilo; & connexio hoc  
 docet *Psal. 4. 5. & 6.* partim, quia dicitur *Psal. 10. DEUS Abrahami,*  
 At quis *DEUS Abrahami*? quis thesaurus ipsius, & omnium, qui  
 insunt vestigiis Abrahami fidelium? nisi *Messias*? qui allocutus  
 est Abrahamum, *Gen. XV, 1.*

Tertius locus pariter eum habet de arcâ, sed in solidum de *Mesiâ*  
 est intelligendus; ut aperte evicerant nostri Theologi. Addit deni-  
 que non directum fuisse sermonem *ad arcam ipsam*, sed ad *DEUM in*  
*arcâ adumbratum*; nimis exiliter: nam *DEUS* non fuit in arcâ *adum-*  
*bratus, sed presentissimus arcæ realiter*, itaque autem illa compellatio  
 directa fuit ad arcam quâ talem aut ad *DEUM* seu *JHOVAM* habi-  
 tantem super arcam; si prius falsissimum est lignum aliquod & aurum  
 compellatum fuisse *Jehovam*: si posterius, non ad *DEUM* seu *Jeho-*  
*vam adumbratum, sed ad DEUM presentem realiter* directa fuit com-  
 pellatio.

## QUÆSTIO V.

*Annot.* Disputat Autor, *an proprietates divina distinguantur realiter ab*  
*essentia, atque negat contra Socinianos*, in Th. VI. autem explicat,  
 quod *realiter differre illa dicantur, que distinguuntur, ut res diversa se-*  
*cundum essentiam, virtualiter vero distingui nil aliud esse, quàm vel vir-*  
*tute continere distinctos effectus, vel unitè in se habere, qua in aliis di-*  
*stincta sunt, vel habere virtutem eminentem, qua possit esse princi-*  
*pium diversarum actionum.*

V. At hic a) non tantùm Sociniani essent impugnandi, sed  
 & ipsi Religionis Socii, Calviniani; *Becmannus* enim in Dispu-  
 tatione *Serystanâ*, nec non in brevi responso adversus *Schröderi*  
 sce-

ſceptrum regium, nec non *Maſſonius* prolixè diſputant, *DEVM* eſſe abſque proprietatibus, eſſe expertem *Idiomatum*, non entis nullas eſſe affectiones, quaſi *Idiomata* eſſent non entia, At ſi hoc, fruſtrà diſputat Autor contra *Socinianos*, quod ſcil. attributa & proprietates divina non diſtinguantur realiter ab eſſentiâ: tùm quia proprietatum meminit, adeoque ſupponit eas in *DEO* dari contra *Maſſonius* tùm quia *th. VI.* non negat differre à *DEO*: tùm quia qui diſputat, num realiter differant nec ne? & hoc tantùm negat, aliud discrimen, aliam differentiam non negat, nec *DEVM* expertem *Idiomatum* dicit.

*VI.* Planè lubricus eſt in hac quæſtione, dum *Teil.* dicit, realiter differre, qua differunt ut res diverſa ſecundum eſſentiam, & omnem differentiam hic diſtribuit in *realem* & *virtualem*, nam non illa tantùm differunt realiter, quæ differunt ut res diverſa ſecundum eſſentiam, ſed etiam realiter illa differunt, quæ differunt ut *modus* & *modus*: *ANON* enim *perſona divina* differunt realiter, & differunt non ut res diverſa ſecundum eſſentiam: Propterea nimis arctè differentiam omnem vult eſſe vel *realem*, vel *virtualem*: nam datur etiam differentia eorum, quæ nec realiter nec virtualiter differunt: Præterea virtualiter & eminenter differre eſt differre ita, ut ſit à *DEO*, non in *DEO*, quod enim realiter eſt in *DEO*, id cauſaliter eſt in ipſo, & formaliter in eſſ. & in divinis.

*VII.* Dicit, attributa *DEI* non poſſe realiter differre ab eſſentia, vel inter ſe tanquam res & res, quia *DEVS* ſit ſumma ſimplex & perfectus, jam *realem* diſtinctionem præſupponere res eſſentiâ diverſas, quod reſtat ſumma ſimplicitas, &c. At ſi hæc *Theſis* ſubſiſtit, actum erit de *Trinitate*, ſi enim *realis* diſtinctio præſupponit res eſſentiâ diverſas, *realis* diſtinctio *characterum perſonalium* præſupponet res eſſentia diverſas; adeoque tres *Eſſentias*, tres *Deos*: Unde conſtat, ipſam non abeſſe à ſigmento *Keckermanni* & cæterorum *Calvinianorum*, qui itatunt, *Perſonæ in Divinitate non differre realiter, ſed tantùm modaliter.*

*VIII.* In hac *Theſi* dicit, attributa differre tùm ab eſſentia, tùm ab ipſo, idque patere ex diverſitate conceptuum! nam ubi ſit ratio fundandæ diſtinctio: conceptus formales de re aliquâ licet unâ & ſimplici à priori ratione ibi necesse eſſe diſtinctæ virtutem. Athic confundit omnia, ut  
tegat

tegat Calvinismum: Nam a) attributa differre ab *essentiâ* & *interesse*, patet partim ex Scripturâ, *Dm. IV, 31.* ubi DEO attribuitur *aroma potentia*, *Joh. V, 26.* ubi dicitur *vita esse in DEO*, *Ab. I, 7.* ubi Patri tribuitur *idia dicitur, propria potestas*, ut proinde non censeamus scrupulose disputari debere, *an illa attributa sint proprietates nec no:* ut n. *vox attributi* potest desoscari, ita etiam *vox proprietatis* potest ab imperfectionibus adherentibus; partim ex sanâ ratione, nam ubi est *principium attributorum*, & *radix*, *oppositio* inter ens & non ens, & tandem *conceptus primò talis & consequenter talis*, ibi sanè est *essentiâ* & *attributum*, *essentiâ* in ratione *radicis*, *attributa*, quæ non enti non competant, cujus nullæ sunt *affectiones*; conceptus primò talis, nempe *Spiritus*, *Joh. IV.* & consequenter talis, nempe *omniscientia*, *omnipotentia*, &c. partim ex antiquitate orthodoxâ, nam *Concilium Chalcedonense* apertè meminit *proprietatem*, quæ sunt *naturarum* in Christo, nec non *Leo*, *Ambrosius*, *Cyrillus* & *Damasceus*.

b) Loquitur lingua Lutheri, dicit enim, *rationem fundandi distinctos conceptus formales esse in DEO*, At nostri etiam dicant, *omnia unum esse idemque in DEO*, ita tamen ut ratio fundandi distinctos conceptus formales una sit in DEO: Dicit differre, c) attributa tàm ab *Essentiâ*, tàm à *se*, patere ex *diversitate* conceptuum; refundit itaque omnem differentiam in *diversitatem conceptuum formalium*: dicit ubi *sunt conceptus formales distincti*, ibi *neesse esse distinctionem aliquam virtuosam & eminentem*, adeoque distinctionem concedit, non in DEO, sed tantùm *extra DEVM*; virtualis enim distinctio est *ex objectiva & effectivâ relatione* ad DEUM, sed cur omnia sic involvat, divinari potest: Massonius enim non vult offendere, qui scripsit, DEO non competere attributa propriè, sed tantùm *an. & personarum*, quemadmodum DEO tribuantur oculi, aures, brachia &c. b) nec *realiter*, nec *revera* in DEO esse, sed *santum respectu nostri conceptum* ea DEO tribui: c) Indissolubile Argumentum, ut quidem ipse existimat, urget contra nostros, quia scilicet DEUS sit *essentiâ simplicissima*, ideoque omnium Idiomatum expers, & quòd sit *essentiâ simplicissima*, probat ex testimonio nostrorum Theologorum, B. Graueri, Gesneri, & Hasenrefferi; quòd *simplicitas* verò excludat omne *Idiomâ*, probat, quia *simplicitas* respuat omnem *compositionem*



tionem in DEO ex *Subiecto & Attributo*, sed hæc sunt putida. Nam ita insunt attributa DEO, quemadmodum insunt aures, oculi, manus: non verè competent DEO, non *proprie*, non *realiter*, quemadmodum verè, *proprie & realiter* non competunt DEO aures &c. Præterea si tantum *respectu conceptus nostri*, quò Turretin inclinât, datur *differentia attributorum ab essentia*, tunc illi conceptus *formaliter* tantum erunt in homine ob imperfectum intelligendi modum, prout Massonius loquitur: at dantur etiam in *conceptu objectivo*; DEUS enim cum sit pelagus infinitæ perfectionis, attributa illa in se continet; quod autem nos formamus conceptus *inadequatos formales*, & nunc concipimus sub attributo sapientiæ, nunc præsentis, id ipsum non præjudicat *variis fundandi* distinctos conceptus, quæ *variis fundandi* est in ipso DEO: Unde isti conceptus *formaliter* non sunt *rationis ratiocinantis simpliciter talis*, sed *rationis ratiocinata*, quæ fundamentum in objecto supponit; Imò annon in Scriptura DEUS dicitur omnipotens, sapiens, justus? E. non tantum habet se *differentia illorum attributorum ex parte conceptus formalis & Etypi*, sed etiam ex *parte revelationis atque in Archetypo Scriptura*: 3) Simplicitas non obstat attributorum *differentiæ*, tum quia si obstatet *simplicitas differentia simpliciter talis*, multò magis obstatet *differentia realis*. At in DEO datur *differentia realis trium Characterum personalium*: tum quia *simplicitas* non edæque operatur, ut excludat *omnem differentiam*, ens enim potest dici simplex, nec tamen negabitur gaudere attributo Unitatis, Veritatis, Bonitatis: tum quia eo ipso, quo DEUS dicitur *essentia simplicissima*, attributum illi adscribitur, ens enim dividitur in *simplex & compositum*, tanquam in affectiones seu attributa distincta, neque potuit se extricare *Massonius*, hinc instantis præflus, nisi dicendo, *Characteres personales non esse attributa*, & negando, *quod hæc identificentur*, (sed discrimen assignando) *inter Characteres personales & attributa*, quæ tamen planè nihil ad rem faciunt, nihilominus enim patet *differentiam non repugnare simplicitati*.

## QUÆSTIO VI.

Disputat Autor, *an attributa bene distinguantur in communicabilia & incommunicabilia*, atque Th. II. dicit *communicabilia esse*

K

duplo

*duplicem, aliam essentialem & formalem, aliam similitudinariam & analogicam. Quatenus priorem concernat, dicere Calvinia nos omnes proprietates esse pariter incommunicabiles, posteriorem autem dari posse fateri: Tandem Th. V. dicit, fidelos dici participes natura divina, 2. P. I, 4. non univocè per participationem formalem essentia divina, sed tantùm analogicè per beneficium regenerationis.*

Sed a) in ipsâ Quæstione virus Calvinianum occultatur, tum quia attributa *communicabilia & incommunicabilia* non sunt rejicienda, nec distinctio explodenda, cum à nostris Theologis adhibeatur in materia de Christo, ubi *communicationem Idiomaticam* omnem negant Calviniani, tum quia si attributa distinguuntur in *communicabilia & incommunicabilia*, certâ ratione etiam secundùm Authorem, falsum erit, quod Massonius scripsit socius Religionis, *DEVM esse exportem omnium Idiomaticum nulla dari attributa in DEO*, qui enim admittit distinctionem attributorum *in certo sensu*, ille supponit attributa, non enim potest distingui, quod in rerum natura non est: tum quia de attributis divinis est quæstio, quemadmodùm totus hic locus agit de DEO, in rei autem veritate communicabilia attributa non sunt attributa divina; quia communicatio illis tribuitur tantùm *similitudinaria* respectu effectorum & operum, at communicatio similitudinaria non est vera communicatio, sed tantùm *similis* communicationi, communicatio respectu effectorum & operum, non est communicatio ipsorum Idiomaticum, sed extra DEUM *causalis & effectiva* in creaturis, quâ ratione potest dici, *nullam esse creaturam in toto orbe, cui DEVS non communicarit similitudinariè Idioma seu attributum quoddam.*

p) In Th. II. malè distinguit communicationem in *essentialem & formalem, & similitudinariam, & analogicam*; partim quia hæc distinctio non est *adaquata*, non exhaurit *latitudinem* communicationis, datur enim præter communicationem *essentialem & formalem, atque similitudinariam & analogicam* tertia species, scilicet talis communicatio, quæ fuit *ex Unione κατὰ συνδυασον*, quam subdolè diffimulat Turretinus, partim quia in ipsa rerum natura dantur exempla unitorum, quæ non possant referri in communicationem *essentialem & formalem, atque in similitudinariam & analogicam*, v. gr. Si ferram  
inji.

injiciatur fornaci, ignem concipit, qui unitur ei *κατὰ συνόρασιν*, ut ferrum dicatur unitum, luceat & urat, ubi manifestum exemplum habemus, quod scilicet proprium ignis, lucere & calefacere commune fiat ferro subjecto alterius naturæ, nec obstat, quod Calviniani respondent, urere non esse proprium ignis, cum etiam urtica urat, si ignis communicaretur ferro, in cineres redacturum ferrum; tum quia omnem frigiditatem tolleret ardore, tum quia omnem humiditatem siccitate intensa, partesque ferri nullo amplius glutino cohererent humidi, adeoque in cineres dissolverentur: Denique non dandi penetrationem dimensionum, atque extrinsecè denominari ferrum ab igne ignitum, quemadmodum spongia in aquam demissa humida denominetur; nam quod a) concernit, non stringit, partim quia calefacere & urere nemo negavit esse proprium ignis, & quamvis urtica urat, tantum probatur, vim ustivam non esse propriam ignis in quarto modo, interim manet proprium, sufficit autem hoc exemplo demonstrare nos, *propria communicari posse*, partim quia nihil repōni potest ad vim lucendi, nam non tantum calor ferri communicatur, sed & vis lucendi, partim quia ustio in urtica, non est ustio propriè & strictè, sed *ἀναλόγως* talis, dum scilicet urtica prehensa, actionem edit & operatur, ac si quis ignitum aliquod contrectasset: non secundum urget, tum quia etiam alia dantur, quæ in igne collocata non comburunt, v. g. aurum, imò si verum, quod Physici scribunt, Sa' amandra in igne vivit, non itaque ignis proprium est redigere in cineres, sed calefacere; tum quia aliud est ignis in connectione cum capacitate subjecti, aliud ignis citrà illam, si capax sit subjectum, utique redigit ignis illud in cineres, prout exemplo stipularum constat; sed quia ferrum est incapax consumptionis illius, ideoque eousque non progreditur ignis; tum quia calore & siccitate non omnem expugnat glutinosam ferri rationem, præsertim cum ignis sit transitorius, adeoque isto tempore prohibeatur ab ista operatione.

Tertium denique non obstat, partim quia non est par ratio ferri igniti & spongiæ humectatæ, nam pleno gutture imbibit spongia humorem, & quamprimum in aquam immittitur, ferrum autem lentè ignitur: tum quia aliud est *communicatio*, aliud *predicatio*, da-

to, quod de spongia extrinsecè denominetur humidum esse, non tamen negari potest, communicatam esse aquam: tum quia penetratio dimensionum non est metuenda, si ferrum dicatur ignitum, quia ignis tanquam quoddam Elementum pertransit poros ferri, & illi sese insinuat, ubi autem porosa est substantia, ibi si aër vel aliud quoddam corpus intret in poros, non fit penetratio dimensionum, sed in loco relictum, transitus alterius corporis; ferrum autem esse porosum, vel ex eo patet, quod sit sonorum, sonus autem non potest fieri nisi aëre.

Denique quemadmodum Basiliius hoc simile de ferro applicavit ad unionem duarum naturarum in Christo, ita concludimus contra Turretinum: Hypostasis Filii DEI est proprium Filii DEI, hypostasis illa est communicata naturæ humanæ, non enim est ἀνμίχτος. E. proprium quoddam communicatur naturæ à se diversæ; & frustra Theophyl. VII. dicit, dari communicationem in concreto respectu persona, non communicationem in abstracto respectu natura, quia communicatio in concreto respectu personarum, est figmentum Calvin. ἀλλοιωσις reprobata, expugnanda perpetuò hoc argumento, quod persona non sit tertium quoddam in Christo, sit utraq; natura, neque enim ex compositione resultavit tertium quoddam, sed illæ ipsæ duæ naturæ sibi unitæ, ut Damascenus egregiè docet.

In Th. V. habetur de participatione naturæ divinæ aliquid, quam explicat analogicè per beneficium regenerationis: quæ characteres Sanctitatis & Justitiæ, atque ita sequitur Theodorum Bezam, & Wilhelmum Amesium, rationes autem occultat hujus interpretationis, quæ sunt potitæ tum ex 1. Pet. I, 15. ubi dicitur: Sancti estote, sicut ipse, qui vocavit vos, sanctus est; tum ex Eph. IV. ubi j: bonum induere novum hominem, qui secundum DEVM conditus est in justitiâ & sanctitate veritatis; tum ex Job. III. ubi dicitur: Quod ex Spiritu natum est, spiritus est, ubi Spiritus non notat substantiam divinam, sed spiritualitatem. Qualitates & dotes divinas, ita & hîc Θεία Φύσις, notat perfectiones & proprietates divinas, adeoque imaginem divinam: sed hæc rationes non concludunt, non a) quia longè aliud est incitari ad Sanctitatem exemplo DEI extrinsecus proposito, & aliud est κοινὸν reddi Θείας Φύσεως, quæ κοινωμία dicitur extrinsecè quidem. Non b) quia in loco Eph. IV.

egitur

agitur de beneficio regenerationis, jubemur induere novum hominem conditum in iustitia & sanctitate, at hic in loco Petri non exigitur officium nostrum, sed consequens divinarum promissorum & pretiosorum tantum commemoratur, quod scilicet per illa promissa donatum nobis sit, ut fiamus participes nature divina: Non c) partim quia *Jo. dan. III.* tantum dicitur, qui natus est ex Spiritu, Spiritus est, *αὐτὸς*, quemadmodum dixit, *quod natum est ex carne, caro est*, per carnem non exprimens substantiam, sed visiofitatem, at hic dicitur, nos fieri participes *τῆς Θεϊκῆς Φύσεως*, quod ipsum non potest de qualitatibus quibusdam accipi, partim, quia nullibi in universa Scriptura Θεϊκῆς Φύσεως accipitur de proprietatibus & qualitatibus divinis: partim quia hic consequens ponitur promissorum maximorum & pretiosorum, excludens concupiscentias mundi; neque enim hæc hypotheticè sunt intelligenda, ut Lutherus reddidit, sed *theticè & assertivè*: non enim dicitur, si fugeritis, sed *ἀποφυγεῖτε*, a) quia habetur apertum exemplum, quod Φύσις naturam notet, *ἀνθρώπινη Φύσις* naturam humanam, *1. Ioh. III, 7.* E. Θεϊκῆς Φύσεως notabit naturam divinam.

b) Furretinus in hac explicatione huius dicti non consentit cum *Calvino*, hic enim hanc participationem divinæ naturæ nobis non vult obtingere in hac vitâ, sed putat exprimi hic consequens, quod assequatur in alterâ vitâ & quamvis de qualitatibus etiam accipiat, illas tamen Qualitates in DEO intelligit, quas expressuri in alterâ vitâ, *immortalitatem, impassibilitatem & gloriam*, secundum quam DEO erimus similes, *1. Ioh. III, 2.* hæredes DEI, *Rom. VIII, 17.* cum DEO communionem habituri, *1. Ioh. I, 7.* at si de bono alterius vitæ sunt hæc accipienda, non de bono regenerationis & renovationis, quod est huius vitæ, erunt interpretanda.

c) Si rem rectè iudicii lance expendemus, deprehendemus agere textum, de *Unione Mysticâ DEI & fidelium*, quia in hac vitâ etiam contingit, quatenus fideles *κείνωσι* redduntur ex *Unione* illâ *Mysticâ τῆς Θεϊκῆς Φύσεως*, ita ut participent naturam divinam, cum Patris, tum Filii, tum Spiritus Sancti; Patris quidem secundum *Job. XIV, 33.* Filii, quatenus sunt caro de carne, os de ossibus ejus, *Eph. V, 30.* Spiritus Sancti, cujus per *Unionem* sunt templa, *1. Cor. III, 16.* adde locum *VI, 16. 17.* hancque veram esse interpretationem, patet.

tum *ex mediis* hujus Unionis, quæ sunt verbum & Sacramenta, in Baptismo enim confertur Trinitas, per verbum ad nos venit Pater & Filius in Coena Dominicâ: panis quem frangimus, dicitur *κοινωνία* corporis Christi, 1. Cor. X, 16. tum ex *Iob. XV*, ubi dicimur *palmites confecti viti Christo*, insitio autem dicit *intimam conjunctionem, unionem, & succi vitalis deductionem ex viti*; tum ex Patrum testimonio, ita enim Theophylactus in *cap. Iob. XIV. in vobis sum ut caput in membris, & vos in me, sicut membra in capite*; Simon de Cassis dicit, *velut rami in arbore, radij in sole, vivi in fonte, membra sumus in uno capite*; Imò Basilium loco de Spiritu S., *Sanctos propter inhabitationem Spiritus S. esse Deos*, adeoque rejicimus etiam illam interpretationem, quâ quidam illam *κοινωνία* referunt ad incarnationem Filij DEI qui assumpsit naturam nostram humanam, tum quia non dicitur, Filius DEI *κοινωνός* factus naturæ humanæ, sed nos dicimur *κοινωνοί* fieri *τῆς θείας φύσεως*: tum quia hic agitur de beneficio quodam, quod in nos descendit, quod nos ornat & condecorat, atque æternitati præludit, at talis est *Unio mystica*: tum quia agitur de dono quodam fidelibus proprio, dicit enim *maxima & pretiosa promissa donata esse nobis, ut fiat consorte divina natura, fugientes corruptionem seculi*, at incarnatio est commune, quid ù in infidelibus, tum a fidelibus, assumpsit enim Christus non naturam tantum *fidelium*, sed etiam *infidelium*, adeoque naturam humanam, quousque patent homines.

### QUESTIO VII.

anno.

In hac quæstione agit de *Simplicitate DEI* Autor, & querit, an *DEVS sit simplicissimus & omnia compositionis expert.* Aff. hoc contra Socinorum, Voestium, & Remonstrantes, atque dicit, *Orthodoxi constanter hæcenus docuerunt DEI essentiam esse summè simplicem, & omnia compositionis expertem*: b) Probat illam simplicitatem etiam à *remotione omnium specierum compositionis Physica & Logica* ex genere & differentia, quis *DEUS* est supra omne genus, nec in eo datur natura communis, quæ per differentiam restringatur: Denique Th. XI. asserit *Decreta DEI libera esse non absolute & à parte principij, sed relative & objective à parte termini.*

A. a) si quæstionem hanc voluisset perfectè tractare, non tantum debuisset illam affirmare contra Socinianos, Voestium & Remonstrantes.

monstrantes, sed etiam contra *Socios Religionis*. Nam *Piscator* in thesibus suis aperte affirmat, *Spiritum esse genus DEI, quod synonymus & univocè predicetur de DEO, Angelis & animabus*: Larvatus *Maffonius* seu *Becmannus compositionem ex genere & differentiâ in DEO* statuit, atque contra *Jacobum Martini & Scharffium* defendit, aut *igitur hi Calviniani*, accensendi erunt *Sociniani*, *Vorstio & Remonstrantibus* atque ita adornari debuisset ejus assertio contra *Socios Religionis* aut falsum est, quod dicit, *Orthodoxos constantè docuisse DEI essentiam esse summè simplicem, & omnis compositionis expertam*; hoc enim non docuerunt *Piscator, Maffonius, &c.* qui tamen ex *Orthodoxorum* numero à *Turretino* non possunt excludi,

b) Re&issimè negat in Th. V. non tantùm *compositionem Physicam in DEO, sed & Logicam* insolubili demonstrare satagit: Postquam enim alligasset *Luc. Lossium, Michaëlem Dilherrum, & argumentum* procedit in medium tali. *Quicquid est sub Objecto Logica, & in ordine à genere summo usq; ad individuum inclusivè, illud est in predicamento, at DEUS non sub objecto Logica est*. E. probat majorum, tum quia *DEUS* sit sub ente & notiones *Logicæ* ipsi non repugnent, & quia *DEUS* possit sustinere subiecti prædicati, medi termini utriusq; extremi rationem: tum quia in ordine conceptuum loco baseos ponatur & individuum sit, quod supra sese habeat substantiam; ita *Socius Socio* contradicit. Negat enim *Turretinus* rectè cum nostris dari in *DEO* differentiam ex genere & differentiâ, *Maffonius* verò assertit & obtinere vult argumento: Verum non obstat.

Nam 1. Major propositio non est simpliciter vera, *quicquid sub Objecto Logica comprehenditur id constat genere & differentiâ*, tum quia illa tantùm sub objecto *Logicæ* comprehensa, genere & differentiâ constant, quæ exactè definiiri possunt; Exacta enim definitio constat genere & differentiâ, At quot sunt objecta *Logices*, quæ tamen exactè definiiri nequeunt, quasi itaque foret, ex circo *Logicæ* illa esse removenda; at *Minor* propositio *Maffonii* erit falsa, tum quia sub objecto *Logicæ* non tantùm *predicamentalia* continentur, quæ definitiones admittunt, sed etiam *transcendentalia*, quæ respuunt, & descriptiones tantùm admittunt: tum quia quod sub objecto *Logicæ* comprehenditur tanquàm genere, illud ipsum definiiri potest, doceat verò *Maffonius*, si viret, *DEUM* contineri sub objecto *Logicæ tanquàm genere*.

*generi.* Secundò minor propositio itidem fallit, partim, quia DEUS est quidem sub ente, sed non sub ente *sauquam genere*, decem enim sunt summa rerum genera, suprà summum non potest dari superius, ideoque falsum asserit Massonius, ens esse genus DEI, aliud est *conceptus laxior, aliud genus Logica propriè dictum*: partim, quia in ordine & systemate *pradicamentali*um poni DEUM absurdè asseritur: partim, quia medius terminus, subjectum vel prædicatum DEUS quidem esse potest, adeoque sustinere notiones Logicas *formales simpliciter tales, sed non notiones restrictas*, quale quid est genus, differentia Spiritus, idque apertè patet ex eo, quia etiam *transcendentalia* possunt sustinere *notiones Logica formales simpliciter tales*, rationem *subjecti & prædicati*, atque medii termini habere, sed non possunt sustinere *rationem generis, differentia & speciei*.

c) Absurdè dicit, *DEUM esse individuum inclusivè à genere usque ad individuum comprehendens sub objecto Logica*, tum quia DEUS non est individuum esse, quod repugnat *communicabilitati personarum*; quod enim est essentia individua, id non potest commune esse tribus personis seu individuis: tum quia ita statuenda esset *compositio in DEO ex natura & supposito*, adeoque essentia divinx tribuendum esset quodam suppositum, contradistinctè ad tres personas sive supposita, quo ipso *quaternitas suppositorum* introduceretur: tum quia persona est *natura intellectualis, substantia individua*, ut habet communis definitio, si E. DEUS esset individuum, esset omnino naturæ individuum, substantia individua, adeoque etiam persona. vide Piccinardum pag. 282. 283.

XI. Dicit in hac Thesi, *Decreta DEI libera non esse absolutè & à parte principij, sed relatè & objectivè à parte termini*: At hoc ipsum etiam nostri Theologi, qui in hac materia versantur, asserunt, & omnem Libertatem in DEO sese habere volunt *objectivè, & à parte termini*; Videatur *Mansus*, qui hoc ipsum ita explicat, sed considerandum relinquimus, a) si decreta DEI non sunt libera à *parte principij*, quasi esset in DEO nullam libertatem, At libertas est *perfectio*, quomodo autem possumus DEUM perfectione privare, si libertate ipsum privemus? b) Si Decreta DEI libera sunt *relatè & objectivè à parte termini*, Libertas DEI erit merè *extrinseca*, adeoque non tam



tam in ipso DEO, quàm in actibus extra DEUM creaturam respicientibus; c) Author hinc non disputat de actibus DEI trans. quod scilicet illi liberi objective & à parte termini, idq; ex eo, quia nullum objectum extrinsecum esse possit, quod necessariò terminaret volitionem divinam; sed de actibus immanentibus, quales sunt etiam, qui nullum respectum dicunt ad objectum externum, de decretis DEI, quæ scilicet sunt intrà complexum *Deitatis*: Sed quid de libertate divinâ sit sentiendum, quomodo sit in DEO, in sequentibus forsan explicabimus.

## QUESTIO X.

In hac quæstione Autor a) quærit, an æternitas DEI excludat successionem secundum prius & posterius, atque affirmat contra Socinianos b) probat Th. III. talem æternitatem, quæ scilicet sit expers omnis successionis, DEO competere: Thes. I V, eodem portinore, quod DEUS dicitur primus & novissimus, α & ω, & tandem Th. VI. scribit; hinc facit, quod à Scholasticis vera æternitas describitur per interminabilem vitæ totam simul & perfectam possessionem, secundam *Essentialem* possessionem, ut scilicet excludat successionem, non minus æternitatem & per unum flans, non verò fluens concipi debeat; At a) æternitas non omnem successionem, nec omni modo excludit, tum quia aperte dicitur *Aposol. I. Qui est, qui erat, qui venturus est*, ubi tanquam successio intimatur, nam qui erat, succedit illi, qui est, & qui venturus est, succedit ei qui erat; tum quia cum Scripturâ est loquendum, quæ passim æternitatem DEI nobis adumbrat cum aliqua successione, tum quia etiam *Naxianzenus, Augustinus, Beda, &c.* admittunt successionem, & ita scribit *Beda: Quamvis natura immutabilis illa non respiciat, fuit & erit, sed tantum est, tamen propter mutabilitatem temporum, in quibus versatur nostra mortalitas, & nostra mutabilitas non mendaciter dicimus fuit & est, sicutaque non mendaciter dicimus fuit & est, veraciter dicimus fuit & est, consequenter ab æternitate non omnis successio excluditur; distinguendum itaq; est inter successionem formalem & virtuosam, illa repugnat DEO, neque dari, aut locum habere potest; Virtuosam verò quæ dicit extensionem virtuosam, quæ juxta modum nostrum concipiendi intelligimus DEUM coexistere temporis præsentis, præteriti & futuro, non est repudianda, sed admittenda.*

L

b) De-

b) Docet quidem *aeternitatem* DEO competere, idque vel maxime ex *Psal. CII.* ubi etiam noster Achilles habitat: sed primò illam *aeternitatem* non deducit ex *immutabilitate* cum tamen in illa fundetur, secundò si Th. re&è perpendatur, confundit *immutabilitatem* cum *aeternitate*, atque putat *identice* dici, inò non tantum *identice*, sed etiam *formaliter*, quem in suam allegat dictum *Iac. I, 17.* Tertio dari *aeternitatem* probat, verum an hoc sufficiat merito dubitamus: nam & *Anselm* tribuit DEO *aeternitatem*, constanter enim dicit, *attributum esse DEI aeternitatem*, & tamen negat, *aeternitatem esse durationem*, atque DEO tribuendam esse *aeternitatem*, *per modam durationis*, quia supponit omnem durationem dicere *successionem* secundum prius & posterius. Nec argumentis nititur planè contemendis, tum quia *omni duratio* comparata alteri dicitur vel *majoritatem*, vel *minoritatem*, vel *aequalitatem*. At *aeternitas* neutrum dicit, E. non est formaliter duratio: M. probatur, Si enim accipiantur duo entia, quae durant, necesse est, ut durent *aequaliter*, vel *unum plus*, vel *alterum minus*, *aeternitas* autem non potest dici *aequalis* alteri durationi, cum nulla detur *aequalis duratio* *adequate* correspondens *aeternitati*, neque comparari possit *aeternitas* quaedam alia *aeternitati* quae est in DEO, nisi supponatur extra DEUM esse Deum quendam alterum, qui ista *aeternitate* gaudeat, neque potest dici *major* vel *minor*, quia duratio *Major* vel *minor* consistit in quâdam *successione secundum prius & posterius*, nam idè unares alia magis durasse dicitur, quia fuit *prius*, & altera minus, quia fuit *posterius*. At *aeternitas* neque includit prius, neque posterius. E. *formaliter non est duratio*: tum quia omnis duratio importat *moram*, *mora* autem *diffusionem* quandam dicit, *tractum* atque *spatium* quoddam durationis, *diffusio* verò *mora* & *spatium* ante & post completitur, *aeternitati* autem repugnat ante & post, E. non erit *duratio formaliter*: tum quia de omni duratione potest dici, quòd sit tanta vel tanta, de omni enim re potest dici, quòd durarit tantum vel tantum, vel quantum durarit, est ubi est quantitas vel tantitas, ibi est *multiplicitas* & *pluralitas*, sed in *permanentibus*, quale quid DEUS est, non reperitur pluralitas, quantum ad *permanentiam*, quia res permanentes sunt totæ simul, ut patebit deinde in explicatione definitionis *aeternitatis*, quam ex *Baehio* deducit.

Am

Author. *T*antitas autem durationis includit ante & post; cum enim concipimus, aliquid plus durasse, concipimus plus de ante, vel plus de post, cum minus durasse concipimus, minus de ante & post, E. impossibile est, quod æternitas, quandoquidem abhorret ab ante & post, dicatur *formaliter* duratio: Sanè hæc argumenta dubium alicui movere possunt, an æternitas dicat *durationem*, an scilicet id verum sit, quod scribit Th. VI: ponamus autem, utut *Capreolus & Valensius* valè impugnent hanc sententiam, nihilominus non satis explicat, in qua consistat æternitas, num scilicet in *negatione alicujus termini seu principij & finis*, tum *actualis*, tum *possibilis*, ut pro hac sententiâ disputat *Gibius & Fasolus*, num verò in *relatione rationis mensura divina essentia*, ut statuit *Ferrara* contra gentes, & *Bannez*, num denique in *perfectiõis positivâ*, quæ neque compleatur *per negationem*, ut illa abierit sententia, nec *per respectum rationis*, ut volunt illi, qui statuunt, *consistere formaliter in mensurâ quâdam divina essentia*; Nos, sicut primam sententiam non simpliciter rejicimus, ita secundam non possumus probare; quia DEUS nil habet, quod *mensuret ipsam*, neque æternitas ita se habet ad DEUM, ut sit *mensura* divinæ essentia, tum aliàs *mensuratum* secundum rationem dici debeat DEUS, neque ut mensura habeat æternitas, sed potius ut forma ad DEUM, quapropter dicimus *æternitatem consistere in perfectiõis positivâ formaliter*, nempe in *uniformitate seu uniformi permanentiâ*, non tantum respectu *essentia*, sed etiam *actuum interiorum*; quod autem probatur æternitas ex *Apocal. 1*, ubi dicitur A & O, is qui loquitur, hoc impugnat maxime *Enodinus*, tum ex eo, quia etiam Pater dicitur venire, tum quia ipsi competit, qui est, qui erat, & qui venturus, &c. tum quia more Prophetico concludit per Ellipsin quandam, hæc dicit Dominus, ut Prophetæ, qui ita loquantur, hæc dicit Dominus, &c.

Nam quamvis concedatur, non de *Christo* hunc textum loqui, sed de Patre, ut vult *Enodinus*, nihilominus concluderetur *pro æternitate*, qui enim est  $\alpha$  &  $\omega$ , & omnes temporum differentias eminenter continet, atque omnipotens est, ille æternus est: tum quia de Christo locus hæc aperte loquitur, ut patet ex *vers. 12. & 17.* nec non *Apoc. XXII, 13.* tum quia argumenta hæc nullius sunt roboris: Non, quia non nitimur voce  $\epsilon\rho\rho\rho\mu\sigma$ , sed argumentis jam indicatis ex

textu: Non, 2) quia supponitur, verba, qui est, qui erat, & qui futurus est, esse descriptionem tantam Patris, cum tamen de Christo etiam enuntientur; Non 3) Ellipsis fingitur, neque habetur *hac dicit omnipotens, sed attributorum complexum inferitur*, atque enuntiat de eo, qui veniet in nubibus ad iudicium, coram quo plangent omnes gentes. v. 32.

Tertiò in Thesi VI. probat definitionem æternitatis, quam Boëtius l. 5. de consolatione, *prosa 6.* nobis exhibet; est, 1) quod ille probat, Socius Religionis rejicit, & culpatur; *Adrianus enim Herberd in Pnev.* cum aliis notat, non accuratè adhiberi terminum *vita*, siquidem non statim æternitas *immediatè* sequatur vitam, licet vivat id, quod æternum est: hinc pro isto termino substituit vocem *existentia*; & transcendentiam non esse contemnendam ex eo patet, quia non distinguitur vita *immediatè in æternam & temporalem*, sed ens sive existens illud dicitur *finite vel imfinite, æternum vel non æternum*, æternitas enim est affectio *entis seu existentis*, non præcisè & *immediatè vita*, quia si per impossibile DEUS supponeretur non vivens, nihilominus non negari posset ipsi æternitas: 2) patet, quia aliquatenus est obscura, & clarior dari potest definitio æternitatis, nempe quod sit *duratio quadam ex sententia communi, uniformis, quæ scilicet excludit omnem varietatem & successionem, principio & sine carens*; demique patet, quia hæc definitio non subsistit, nisi dextre explicetur, dicitur autem ea possessio, seu quies, ut ita loquar *immutabilis & indeficiens*: & quidem primò *possessio interminabilis*, quia quod verè æternum est, internum est, adeoque caret terminis durationis; qui duo sunt, unus *principij*, alter *finis*, ut *interminabilis* sit, *quasi extra terminos hofco existens*, adeoque à *tempore & ayo* distinctum, à *tempore per negationem termini à quo, & ad quem, ab ayo, per negationem termini à quo*, & dicitur *interminabilis possessio vita*: nam quod *proprie formaliter æternum est*, id quoque *vivum est*, quanquam ut supra notavimus, hoc reprehendatur in definitione Boëtij, qui autem pro illa stant, dicunt potius addere voluisse *vita*, quam *esse seu durationem*, vitam enim duo includere, nempe *ipsum esse, & actiones immanentes*, adeoque *ipsam durationem*, ut sensus sit, quod est *æternum verè ac proprie*, illud ipsum non quodò *secundum esse*, sed etiam secundum ejus *actiones immanentes æter-*

*nam est*; dicitur non tantum *possessio interminabilis vita*, sed & secundò *totum simul*, quo potissimum à tempore distinguitur, tempus enim nulla in parte quantumvis minima est *totum simul*, quamvis enim *instantanea*, quod inter præteritum atque futurum refertur ad tempus, *totum simul* dici queat, idque ideò, quia est *indivisibile*, non tamen totum simul est tempus, quia neque tempus, neque temporis pars est, neque manet nisi uno momento *instantans*, æternitas contra, ut tota simul est, ita semper manet eadem, illa propriè distinguitur à tempore, tempus verò ab instanti temporis, unde rectè observat Author, quod æternitas dicitur *unum nunc stans, nunc quidem, quia indivisibile ac totum simul, stans verò, quia manet ac durat*: Tertio dicitur, quod sit *interminabilis vita tota simul & perfecta possessio, perfecta autem possessio dicitur*, ut distinguitur contra *nunc sive instantis temporis*, quod quidem suo modo dici potest *totum simul*, interim tamen habet *imperfectam durationem*, quæ ferè nulla, cum sit *momentanea*, ut denique excludat ea, quæ in ævo sunt ponenda, quæ scilicet habet *imperfectam immutabilitatem & permanentiam*, neque secundum *naturales operationes*, ut ita æternitas dicat *interminabilem principio & fine carentem, totam per exclusionem partium, & perfectam omni modo possessionem atque durationem*.

## QUÆSTIO XI.

Traçtat Author de *immutabilitate*, at hanc *proponere* debuisset Annot. æternitati, ut etiam probè observat Adamus Tannerus, *ratione ratiocinata differt immutabilitas ab æternitate, & est quasi radix illius*: si itaque Hülsemannus reprehendit Wendelinum, qui *electionem & reprobationem præfert Creationi*, providentiam autem, quæ est genus electionis & reprobationis subordinat tam Creationi, quam reprobationi, merito & hic dissonantiam illam, & *ordinem præceptorum* notamus.

## QUÆSTIO XII.

Quærit Author, *an sub scientiam DEI etiam cadant singularia & futura contingentia*, & R. ad utrumque affirmando, partim contra quosdam *Averroistas*, partim contra *Socinianos*, & quidem contra Socinianos affirmat Th. VII, & seqq. At si ex *Calvinianorum hypothesis* hæc posterior affirmatio est expendenda, patebit, eam plene

nè esse *frustraneam*, Socinianam & Stoicam, partim, quia frustra quaeritur, nam *contingentia subsint Scientia divina*, ubi nulla dantur, nulla autem *contingentia* dari ex doctrinâ Calvinianorum patet ex assertione *decreti absoluti*, patet ex *prædeterminatione & præmotione voluntatis creatæ*, patet denique ex ipso *Palano*, qui æternum de futuris decretum causam dicit *præscientia divina*: partim, quia hoc Socinianum est, cum tamen Socinianos oppugnare velit *Turretinus*, cum enim *B. nos*ter *Franzius* probaret contra *Smalcium*, *DEVM præscire etiam futura contingentia*, & allegaret exemplum *Passionis & mortis Christi*, respondit *Smalcus*, hoc ipsum obiectum fuisse tale, quod in se non scibile, sed quod *DEVS præsciverit illud, id fuisse ex decreto*, quod præsternitur *Passioni & mortis Christi*: partim *Stoica*, quia *DEVS* ita dicitur concurrere in sententia Calvinianâ cum causa secunda, ut etiam agentia liberè non, amplius agant liberè, sed tantum spontè, prout hoc ipsum ex hypothesis *Zanchij* & aliorum liquere potest.

b) Th. VIII. IX. & X. dicit, contingens posse dupliciter spectari, vel ratione causa prima, vel ratione causarum secundarum, atque posteriori modo contingentia futura intelligi, non priori.

Dicit in hæc Thesi IX. iterum remconsiderari posse, vel quoad certitudinem eventus, quem deducit à decreto causa prima, vel ratione modo productionis. At Primò malè distinguit contingens respectu causa prima, & respectu causarum secundarum, tum quia nullum contingens datur ex sententia Calvinianorum, respectu causa prima, sed omnia sunt necessaria, exponente ipso *Zanchio*: tum quia ipse fatetur Th. X. contingentia quæ habeant causam liberam, respectu causa prima maxime esse necessaria: tum quia unà cum Scholasticis arguet Calviniani tritum illum Canonem, causa secunda non agit, &c. inter in tamen ne injuriam faciamus *Turretino*, explicabimus, quo respectu dicat omnia contingentia esse respectu causa prima, nempe si ad originem rerum creaturarum respiciamus, quatenus hæc vel illa Creatura potuit à DEO produci & non produci.

Secundò Futurum contingens duo dicit futurum & contingens, in quo autem consistat ratio futuri, malè explicat *Turretinus*, nam quidam futurum deducunt à *Voluntate divina*, ut illud dicatur futurum, quod scilicet à DEO volitum, quidam à causa aliqua decretivata,

nata, à quâ nondum habet esse in se, habebit tamen post hoc vel illud instans; aliqui tandem expressius cum *Suarezio* exponunt, quod stil. futurum dicat *existentiam rei in instanti sequenti, cum connotatione non existentis eiusdem in instanti præsentis*, ut *Petrus Hurtandus de Mendocza* definit: contingens verò illud est, quod *indifferens ad esse & non esse*; jam si spectemus Turretinum, contingens vult esse idem, quod volitum, deducit enim à *decreto causa prima*, quod ipsum non potest admitti, tam quia volitum se habet *antecedenter* ad futurum, posito quod volitum sit futurum, prius enim dicendum est DEUM aliquid velle, deinde deum illud futurum: tum quia quamplurima DEUS vult, quæ non futura, E. *formalis ratio futuri in volita* consistere nequit, aut deduci à *decreto voluntatis divina* ut enim res quod sit præsens, non habet saltem à *voluntate DEI*, sed & requiritur, ut *causa secunda* concurrat, ita nec omne futurum totum esse deducit ex *volitione & decreto divino*, quatenus bona DEUS vult, quatenus actiones nostras à voluntate nostra eliciend. s conformes sanctitati, quæ tamen non futura, nunquam fiunt: tum quia volitio divina est volitio quædam, terminans se ad *concursum cum rebus creatis*, At concursus ille est indifferens, DEUS enim dispensat concursum suum ut sol. influxum in hæc internum, relinquit itaque volitio divina, quæ est concursus doni Creaturam adhuc in sua *concingentiâ*, in sua *libertate*, neque *predeterminat*, ut volunt Calviniani, & cum illis Turretinus. Non itaque probamus hanc sententiam, neque etiam alteram, quia hac ratione futurum cognoscere nil aliud esset quàm cognoscere in causâ vel causâ ejus, cum tamen de futuro ut tali disputetur, adeoque tertiz definitioni subscribimus: Illud est, quod maxime notamus in Turretino, quod *certitudinem eventus deducat ex decreto voluntatis divina*, quo ipso asserit nil certi cognosci à DEO, nisi id, quod DEUS vult, adeoque pravitatem omnem subternit *voluntati divina*, illiusque *causam constituit*. 3. Probat Author scientiam *congingentium* Th. XI. usque ad XVI. inclusivè, ubi dicit, *decreto prævidentiæ scientiam posse se trahere necessario, quia quicquid ut fiat in tempore, DEUS immutabiliter apud se decreverit, vel efficere, vel permittere; Ita debere infallibiliter id omne præscire, idque idem, quia præscientia DEI sequatur ejus decretum, & ut hoc mutari non potest, ita nec illa.* *li.*

Sed.

XVI. Sed hic iterum partes Calvinianorum agit, nam a) *ex decreto providentia divina deducit scientiam contingentium*, aut falsissimè, tùm quia *scientia contingentium*, v. g. mundi conditi vel non conditi fuit in DEO *antecedenter ad omnem providentiam*, providentia enim divina versatur circa *Creaturas jam existentes*, adeoque mundum conditum: tùm quia *decretum providentia* constat non tantùm ex *actû scientia visionis*, sed etiam ex *volitione*, & exinde dimanante *gubernatione*, at sic iterum scientia contingentium refunditur in *volitionem divinam precedantem*, eo ipso, quo resolvitur in *providentiam*, tùm quia *conscientia* contingentia non nititur *decreto providentia*, sed ex parte ipsius DEI præcindit à *voluntate*, & nititur *perspicaciâ infiniti intellectus infiniti*, ex parte verò *objecti* seu futuri contingentis determinato esse, nam etiam futura contingentia *respectu DEI* maximè habent esse suum *determinatum*, ut falsum sit illud Philosophiæ futurum *contingens non est*, &c. Ut enim futura contingentia sunt *scibilia in se*, ita quoque *sunt vera*, cum omne *verum* dicat respectum ad *intellectum divinum*, imò secundùm quosdam Recentiores Metaphysicos: cum *cognoscibili* coincidit. b) Explicat quomodo DEUS decreverit efficere, vel permittere, verùm substernunt Calviniani cum Turretino mala *decreto permissionis*, ita ut tribuant, tùm quis nostros reprehendunt, quod *permissionem* quandam statuunt *ociosam*, unde ridet Calvinus vocem *permittere*: tùm quia *efficacem permissionem* statuunt, prout pro illâ *Maccovius* pugnat: tùm quia *saltem permissionem* admittunt, ut DEUM dicant, *non tantùm determinare ad interitum reprobos, absolutè scil. & peccata adhibere tanquam media ad hunc scopum*, quo ipso non *permisso* ab illis statuitur, quàm *causalitatis & operatio* peccatorum. c) Dicit, *præscientiam DEI sequitur decretum*, & *ut decretum mutari non possit, ita nec præscientia falli*.

Verùm hæc sunt falsissima, tùm quia sicut *intellectus divinus* non sequitur, *decretum voluntatis divina*, ita quoque *præscientia*, quæ est *actus intellectus*, non sequitur *decretum voluntatis*, sed *antecedit*, tùm quia stante hoc supposito, DEUS non dicendus esset *præscire* res, simpliciter tales ut *scibiles*, sed in *decreto voluntatis*, adeoque *volitas*, tùm quia, posito, quod sequatur *præscientia decretum*, non tamen *verum* erit tantùm *objectum præscientia divina*, sed ad *diversos terminos*



nos redigenda erit illa praescientia ex decreto; nempe ad valitum sub ratione decreti, ut scibile sub ratione praescientia.

XVII. Dicit, *fundamentum scientia divina circa futura contingentia non esse vel causarum secundarum naturam, &c. statum futuritionis, &c.* At hæc desumit a) ex Wilhelmo Twisso Anglo, ejusque *Tract. de Scientia DEI Mediâ*, ubi iisdem ferè verbis dicitur, & vocat *fundamentum fundamentorum*, sc. doctrinæ Calvinisticæ: b) Dicit, *fundamentum scientia divina non esse causarum secundarum naturam, quia causa secunda sint indifferentes, & consequenter non possunt sciri, verum hæc falsa sunt, tum quia utiq; ex causis secundis inspicita perspicacia divina penetratis in ratione objecti intelligibilis scientia divina est assequenda: tum quia ex serie causarum secundarum consuetu & dispositione aliquid oboritur, ut futura etiam, de quibus nullum decretum, cognoscantur; tum quia non quasi *Adiaphoros* est natura causarum secundarum, E. non est scientiæ divinæ *objectum*, quia si supponamus, ut est *adiaphoros* non objici *Intellectui divino*, nam causæ secundæ possunt considerari vel ut adhuc sunt *indifferentes* ad causandum vel non causandum, vel ut *inclinatura & determinatura* se ad hunc vel illum effectum: Posteriori modo ut ad esse *determinatum* (a) inclinant, ita *objectum* sunt *scientiæ divinæ*, & habent *scibilitatem* non tantum *extrinsecè* ex perspicaciâ intellectus divini, sed etiam *intrinsecè* ex *determinatâ ipsarum veritate*: c) Dicit, *non essentiam divinam ut potentem producere esse fundamentum scientia divina, sed tantum fundamentum possibilitatis rei, decretum autem divinum poni, per quod res à statu possibilitatis transcant in statum futurum.**

At si decretum divinum *fundamentum* scientiæ divinæ, cum DEUS non tantum prævideat *bona*, sed etiam *mala*, & quidem omnis generis, asserendum erit *DEVM prædecevisse omnis generis mala*, ut è *statu possibilitatis* in *statum futurum* transcant, atque in hoc decreto præcognovisse illa: addit, quia *decretum DEI non versatur saltem circumterem, sed etiam circa rei modum, ideoque DEVM videre illa in decreto non saltem ut certi futura, sed ut contingenter futura*: At stante hæc Thesi nihil sani supererit in Theologia, tum quia ita decretum DEI non tantum versabitur *circa peccatum*, sed etiam *circa modos peccati, circa omnes & singulas circumstantias pravitatis & malitia,*

*Deia*; tùm quia *fatalis* ita introduceretur *necessitas*, quod enim ver-  
satur tanquam *actus voluntatis* circa *rem & modum rei*, illud in *necessita-*  
*tis* ordinem est referendum, tùm quia hæc *Thesis* præter contradi-  
ctionem semetipsam evertit, decretum enim *præsternit*, & quidem non  
tantùm circa *rem*, sed etiam circa *modum rei*, ut res fiat *juxta natu-*  
*ram causa necessarii*, si *necessaria*, liberè, si libera, & ita confundan-  
tur omnia, quæ obijciuntur scientiæ divini, & in unam massam  
*necessariorum* compinguntur, neque discrimen aliquod relinquitur  
*necessariorum & contingentium* eo ipso, quo *præsternitur decretum ab-*  
*solutum*, quod *immutabile*, in quo DEUS scilicet illa videt.

XIX. In hac *Thesi* dicit, *quamvis illa contingentia sint indetermi-*  
*nata, respectu causa Secunda, & in se ipsis, non tamen respectu Prima,*  
*quo eorum futuritionem decrevit*, iterum falsè, partim, quia sicut *indeter-*  
*minata* respectu *causæ Secunda*, ita ut talia à scientiæ divini  
perspicacia attingantur: partim, quia quæ *indeterminata respectu*  
*causa secunda, & in se ipsis, non determinantur à causa primâ, sed à*  
*secundâ*, quæ ad hoc vel illud oppositum se inclinat: partim, quia  
hæc ratione iterum *malè* dicuntur, respectu *causæ secundæ necessariæ*,  
utpote quæ eorum *futuretionem* decrevit.

XX. Dicit *possibile fuit Christum non crucifigi, si DEVS voluisset*,  
& *impossibile propter decretum*, statuit itaq; *decretum fuisse cru-*  
*cifixionem, ut impossibile fuerit Christum non crucifigi*: At a) *crucifixio*  
Christi *peccatum maximum*, si ita quæ ex *decreto* fluxit, *peccatum maxi-*  
*mum fuit effectum decreti divini*. b) Th. XVIII. dixit decretum non tan-  
tùm versari *circa rem*, sed & *circa modum rei*, E. DEUS decrevit non  
tantùm ipsam *crucifixionem*, sed & *modos crucifixionis*, omnis generis  
nequitias, quas milites cum Judæis in illâ actione peregerunt: c) *Cru-*  
*cifixio* potest *dupliciter* considerari, aut ut *actio crucifigentium*, aut ut  
*passio Christi crucifixi*: priori modo DEUS quidem *prævidit* *crucifixio-*  
*nem*, & impossibile fuit illam non fieri, non propter *decretum*, sed pro-  
pter scientiæ divini *perspicaciam*; Posteriori autem modo potest dici  
ei non tantùm *præscientia*, sed & *decreta*, & hæc ratione locus expli-  
candas est *Act. IV.* quorsam digitum intendit Turretinus; conven-  
iunt *Herodes, Pontius Pilatus, &c. &c. &c.* fieri, non facere, v. 27.

Dici:

XXII. Dicitur duas contradictiones non esse istas, Adam cecidit est lapsus, & Adam peccavit non lapsus, quia prior loquitur de rei futuritione ex decreto, posterior autem de rei possibilitate ac dispositione causa secunda, atque sic Calvinismum suum prodat, dum lapsus Adams vult factum ex decreto divino, quasi scilicet DEUS hominem non reliquerit in manu consilii sui, sed decreverit lapsus primi hominis, & consequenter voluerit; decretum enim est actus voluntatis: Atque sic omne peccatum, tum primum, quod est lapsus, tum omnia alia, quæ ex lapsu sequuntur & sequuntur, in DEUM est refundendum.

XXV. In hac Thesi iterum virus Calvinianum inspergit, dicens libertatem voluntatis expungi per necessitatem physicam & conditionis, secundum actiones hominum esse liberam, quia sponte fiunt, & pravo iudicio rationis: c) præsicientiam DEI inferre quidem futuritionem & eventus infallibilitatem, & necessitatem consequentiam, non tamen conditionem aut violentiam, vel auferre voluntati libertatem suam extrinsecam. At hæc venenata sunt, nam a) libertas voluntatis, non tantum evadit per necessitatem physicam, sed etiam per necessitatem ex decreto, per prædeterminationem physicam, quod strenue propugnat Voërius, &c. Calviniani; b) si actiones hominum sunt libera, quia sponte fiunt, bruti etiam liberè agent, quia sponte ferantur ad pabula: si actiones hominum sunt libera, quia pravo rationis iudicio fiunt, etiam actiones hominis, quæ sunt circa finem ultimum, erunt libera, quia fiunt pravo iudicio rationis: si actiones hominis sunt libera, quia sponte fiunt, & pravo rationis iudicio, unde itaque habebunt libertatem suam? Non à spontaneitate, quæ ipsis communis cum brutis, non à pravo rationis iudicio, quia iudicium est actus intellectus, qui est potentia necessaria circa objectum suum, nec habet libertatem, & consequenter voluntati & actionibus eius non potest contribuere: c) Præsicientiam DEI inferre futuritionis & eventus infallibilitatem vel necessitatem consequentiam, in nostrâ quidem sententia rectè dicitur, at non in Calvinianorum hypothese, tum quia præsicientia divina præsternit decretum, ex quo omnia sunt necessaria, tum quia præsicientia in sensu Calvinianorum, non tantum inferre futuritionis & eventus infallibilitatem, sed etiam absolutam necessitatem, quod enim ex decreto tanquam causa, illud ipsum necessarium est, non tantum necessitatem consequentiam, quæ sese

deducit ex *præscientiâ* simpliciter tali & in sensu Lutherano, sed etiam *necessitate absolutâ*, eo ipso quo in *scientiâ ex decreto* fundatur: tùm quia posito, quod non inferat *coactionem* aut *violentiâ*, aufert tamen *voluntati libertatem suam intrinsecâ*, non enim simul consistere possunt *adiaphoria* & *libertas voluntatis* ad hunc vel illum actum, & insimul *decretum absolutum*, *influxus determinativus*, qui quasi cogit voluntatem, *necessitat*, *determinat*, si enim voluntas non amplius se *determinare* potest, sed *determinatur*, non habet *libertatem*, aut *adiaphoriam* ad hunc vel illum actum eliciendum.

XXIX. In hac Thesi occultat virus Calvinianum, dum dicit, *expectare DEUM ut a vineâ, non quod, &c. sed disci hoc humanitus, quod seridè mandaret populo suo*: notum est, qualis contentio inter Calvinianos & Arminianos oborta sit de *operatione divinæ gratiæ*, aut scilicet *illa sit resistibilis nec ne, an efficax in vniuersâ respectu hominum*, ubi imprimis in Collatione Hagienâ Arminiani inserunt Locum hunc Es. V. adversus Reformatos seu Calvinianos, ut itaque dissimulet vim Argumenti, ad has R. sese recepit, & a) dicit, *dici hoc humanitus & Parabolicè*, quæ quoque fuit responsio contra R. ad argumentum Arminianorum, sed frustra; hæc enim responsione non potuerunt elidere vim illius Argumenti, tùm quia Contra-Remonstrantes collocutores in colloquio Hagienâ de modo operationis gratiæ irresistibilis argumentis usi sunt etiam à *figurativâ* Phrasibus petitis, à *genere dicendi parabolico* desumptis, ut apertè patet ex argumento 2. & 3. Quod autem æquum Calvinianis, iniquum erit Arminianis? tùm quia falsum est, *Theologiam parabolicam non esse argumentativam aut ex similitudinibus non posse stabiliri dogmata fidei*, quamvis enim similitudines non probent, si extendantur ultra certium *compactionis*, validè tamen probant, si in certio subsistatur, si *scopus Parabolæ* attendatur, DEUS autem hoc Parabolico genere dicendi convincere vult *Israelitas non sese*, Israelitas verò in causa esse, quòd vitam DEO dignam non instituerint: tùm quia quod *Parabolicè dicitur*, à *Prophetâ*, *verbis propriis* explicatur, ut patet ex *Lectiõne Capituli*.

b) Quia DEUS dicitur *expectasse*, expectatio autem DEO non competit *proprie*, sed *ὡς ἑρως πικρῶς*, ideoque colligunt Calviniani, *humanitus hæc dici & accesse*, sed *ὡς ἑρως πικρῶς* intelligenda; Aliterum in-  
sidio-

fidiosè, tùm quia aliud est *humaniter* competere DEO, aliud *analogicè*: Sapientia tribuitur DEO non per *analogiam* & *humanitatem*, sed *analogicè*, tùm quia in spe seu expectatione multa possunt considerari, & idèd quæ *imperfectionem* dicunt, refecanda sunt: An id in spe divina formaliter taliter admittendum, quod scilicet dicat ex parte DEI *quoddam desiderium rei bonæ & actionis laudabilis ab homine*: ex parte verò *Objecti*, quòd illud sit *conringens possibile*, atque ita *futurum*, ut etiam fieri non possit: tùm quia illa Expectatio non laedit *scientiam divinam*, quòd exemplo illustrari potest: v. g. si ægrotus, in quo nulla spes valetudinis superest, sit in hoc vel illo Musæo, Medicus videt hoc ipsum, quòd scilicet nihil superfit, quòd ipsum à morte præservet, nihilominus tamen instat, medicamenta applicat, præciosissima exhibet, & seriò optat, ut illa aegroto sanitatem restituant; quòd si verò Eventus non respondeat expectationi ejus, anne dici potest, Medicum ignorasse periculum mortis? Ita quanquam eventu *frustratur DEUS*, quem *expectavit*, non tamen dici potest *ignorasse*, quemadmodum volunt Remonstrantes, qui scribunt, *expectatio DEO improprie tribuitur, quando quidem is, cui omnia præterita, presentia & futura nota sunt, quoque scit, quantum in homine operari velit, & reverà operaturus sit, non potest dici expectare, quòd ipse facere vult, qui vel ex propria hypothesi refutari possunt, dum concedunt per expectationem DEO tributam tolerantiam & magnam DEI longanimitatem intelligi, in sustinendis peccatis Israël, de quâ Rom. 11, 4.*

c) Mandasse dicit, *seriò suo populo, ut studerent bonis operibus, & campis fruisse naturam donorum collatorum, ut fructus operarentur*, At hæc frustra dicuntur, tùm quia in hisce verbis aliud est *querela*, aliud *mandatum*, cum DEUS dicit, *quid ultra debui facere vinea mea, querelam instituit, atque hoc vult, non desuisse sese gratiâ suâ, sed omnia facisse, quæ ad cultum faciunt*; Quæstio n. æquivaleret *negationi*; quasi diceret, *nihil omisi, quòd ad ferendos fructus faceret*: cum autem compellat Israëlitas ad iudicium, dicens, *judicate quæso inter me & vineam meam*, ad *mandatum* divinum referri potest: tùm quia non de *natura donorum collatorum præcisè* differit, sed quoque *intentionem suam* prodit, *quòd scilicet, omnia gratia media destinavit ad conversionem Israëlitarum.*

ad fructus, quos ferre debebant: tunc quia *πεῖται ψεύδ* Calviniano-  
rum est, quod asserant locum hunc agere tantum de *gratia externa*,  
quam fingunt *inefficacem esse*, & consequenter non idoneam aut aptam  
ad producendos fructus adeoque non tam vitium ponunt in *subiecto*,  
quàm in *ipsis donis collatis*, quæ ex *intentione divinâ* nec debent esse *eff-*  
*icacia*, nec operari fructum in *Israëlitis*.

### QUESTIO XIII.

Tractat Auctor spinosam quaestionem, & disputat, *an detur in DEO*  
*scientia media*, & negat contra Jesuitas, Socinianos, & Remonstrantes,  
dicit, *excogitasse Jesuitas Fuscum Lapsium, &c. illam mediam inter na-*  
*turalem & liberam*: In Th. III. *scopum Jesuitarum* exponit, nempe *fuisse*  
*hæresin Pelagianorum de prævisâ fide & bonis operibus in electione admit-*  
*tendis, & idolo Liberi Arbitrii stabilendo*: In Th. IV. dicitur, *hos Com-*  
*mentum adoptatum fuisse à Socinianis & Remonstrantibus, qui animos id*  
*suscitant, ut Liberum Arbitrium in arte collocent*: Ast a) num Je-  
suitæ excogitarint hanc divinæ scientiæ speciem, meritò dubitatur;  
nam 1. observant Jesuitæ antiquissimam hanc fuisse sententiam de  
tertia specie scientiæ, quia Patres maxime disputarint contra Genti-  
les, qui fatum asserabant, *fatalis autem necessitas*, quam Patres re-  
futabant, erat illa ipsa, quàm Gentiles affirmabant. fatalis autem  
necessitas quam Ethnici affirmant, erat *antecedens necessitas*; quot-  
quot igitur necessitatem hanc antecedentem affirmant, illi iisdem  
argumentis sunt refutandi, & si necessitas antecedens cadit, senten-  
tia Calvinianorum ruit, adeoque hæc sententia est antiquissima,  
quam ex Patribus Græcis, Latinis, & qui illos secuti sunt, docent Je-  
suitæ, Justino, Athanasio, Chryostomo, &c. Anselmo, qui apertè  
dicit, *necessitatem aliam esse precedentem, quæ causa est, ut fit res, alter-*  
*am sequentem, quam res facit*; hinc in disceptatione coram *Clemen-*  
*te VIII.* & *Paulo V.* etiam de *Augustino* quaesitum fuit, anno hujus  
Seculi IV. *num sit sententia etiam Augustini, quod ante decretum ab-*  
*solutum divina voluntatis detur in DEO scientia certa & infallibilis con-*  
*tingentium dependens à causa liberâ*, qualem *Molina* per scientiam me-  
diam DEO tribuit, atq; *Facultas data Jesuitis ut doceant Augustini*  
*fuisse sententiam absque Censurâ contradicentis*; vid. *Didacus Ruiz*.

*de Mont. Disp. 48. Paulus Leonardi Hybernus Manapiensis in Resp. ad expositulaciones circa scientiam mediam; non itaque scientia media est novitiorum Scholasticorum gloriola, ut vult Trivissus, novum Fanaticorum somnium, ut vult Voetius, supplex quoddam noviter in crustatum, ut vult Spanhemius. Secundo distinguendum est inter scientiam formaliter mediam, & inter scientiam conditionatam, quae est futurorum contingentium sub conditione; Largimur scientiam formaliter mediam, prout à Jesuitis explicatur, non habere fundamentum in Antiquitate, sed novitium, esse supplex, at aliter sciendum de scientia conditionata, prout natales debet Patribus orthodoxis, quam dicimus fundatam in Antiquitate, non autem sub nomine Medix venisse, agnoscit ipse Vasquez, Suarez & Ruiz. Tertio ipse Franciscus Suarez scientiam mediam probari non posse ex Scripturae efficaciter offerit, nec convincit esse de fide certam, quia Scriptura non tam evidenter loquatur, quin aliquam evasionem patiatur, videatur de scientia Conditionata; cap. 13. §. X.*

*b) De scopo Jesuitarum differit; atque eundem dicit de praevisâ fide hæresin Semipelagianam fuisse & stabilire Librum Arbitrium. Ast 1) non fuit hæresis Semipelagiana electionem factam esse ex prævisâ fide, quam & nostri defendunt Theologi, sed hæc fuit hæresis Semipelagiana scilicet non esse ex DEO, sed ex viribus humanis atque illam observatam fuisse scientia divina; DEUSque movisse, ut nos eligeret, electionem nostram factam esse non tantum ex prævisâ fide, sed etiam ex prævisis bonis operibus. Secundo abusus illius scientiæ mediæ magis est apud Pontificios; partim, quia ex illa deducunt distinctionem gratiæ congruæ & incongruæ, atque dicunt, congruam esse vocatiõnis, quæ intellectui ita sit comparata hominis electi, ut observatis à DEO hic & nunc loci temporis & modi accommodatis circumstantiis, in quibus videat hominem consensurum auxilio gratiæ efficaci effectu, nempe conversio ad illam infallibiliter sequatur, quam gratiam idem homo alio tempore & sub aliis circumstantiis non erat admitturus; gratiam vero incongruam esse, quando DEUS in non Electro seu reprobo motum aliquem, & auxilium gratiæ sufficiens adhibet, sed non habita ratione opportunitatis & aliarum circumstantiarum tum, quando moverat non esse secuturum, sed reluctaturum, & quando circa eundem*

dem *negativè* se habet, & non vocat eo tempore, quæ prævideret  
 securum si vocaretur, tum quia *Pelagianismo* affines se reddiderunt  
 Jesuitæ, dum scilicet abusi hæc scientiâ scripserunt futura contingentiâ  
 conditionata cognosci à DEO ante decretum & æquale voluntatis divi-  
 næ, supposita *in omnibus actibus sive naturalibus sive moralibus, sive  
 etiam pietatis, adeoque supernaturalibus*. Primò *voluntate hominis* cum  
 omnibus ad agendum prærequisitis, secundò concursu generali *DEI in  
 illâ hypothesi intus incluso ac natura simultaneo* cum ipsâ actione *Li-  
 beri Arbitrii, ut concussa* simul in suo genere concurrerent ad eundem nu-  
 mero effectum; Tertio *volitione DEI liberâ in objecto illo connotata sub  
 conditione*, si determinetur, non verò in ipso DEO tanquam *subje-  
 cto*: tum quia *Gabriel Pennotus*, qui pro scientia media sterit, cui se  
 opposuit *Wilhelmus Trivisius* integro volumine fassus est admitti posse  
 hanc propositionem, *DEVS nos convertit*, quia nos volumus conver-  
 ti, quamvis tutius esse moneat, ab hoc loquendi modo, non verò à  
 sensu ipsius abstinere. c) Dicit turbas *questionem* illam excitasse, inter  
 Jesuitas & Dominicanos *Papâ* interim dormitante, quod ipsum verum  
 est, & patet partim ex controversiis quas moverunt *Jesuita* in *Hispa-  
 niâ contra Dominicanos* magnâ animi contentione, coram *Pontifice  
 Clemente VIII. & Paulo V.* partim quia quamvis *P. Leonardus* asserat  
 Facultatem datam esse *sæctioni Jesuiticæ* hanc *scientiam mediam* defen-  
 dendam etiam secundum *Augustinum*, tamen nullam decisionem à fede  
*Papæ* profectam, patet ex comparatione hujus controversiæ, cum  
 comparatione controversiæ de *immaculatâ conceptione B. Virginis*, in  
 qua cum *Rex Hispaniarum* appellaret ad *sedem Papæ*, responsum fuit  
 Spiritum S. hoc *Mysterium* nondum revelasse, hinc adhucdum  
 maximâ animi contentione agitur hæc controversia: tum quia  
*Dominicani* insultant *Jesuitis*, quod non possunt, si decisa fuisset res  
 à *sedem Romanam*, & *scientiam mediam* acerrimis verbis insectantur, fal-  
 sam novitatem dicentes, quam nullus ex *Patribus antiquis* tradat,  
 inventum *Pelagianorum & Semi Pelagianorum*, ut videre est apud *Na-  
 zarium Controv. I.* ubi pluribus illam exagitavit.

In Th. IV. dicit, *Commentum hoc, &c.* sed i, quomodo dici po-  
 test adoptatum esse hoc commentum à *Socinianis*, qui Primò nullam  
 faciunt mentionem ullius *Scientia Media* quatenus DEO tribuunt:  
 Secun-



Secundò omnem scientiam DEO negant, si hoc, quomodo possunt DEO tribuere *scientiam mediam*, quæ est contingentium, & quidem sub *conditione futurorum*, prout hoc ipsum patet ex discursibus Crelly; Tertio dicunt, *omnia contingentia non esse scibilia*, *objectum enim scientia divina esse scibila*, quemadmodum possibile objectum omnipotentia, sicut igitur non repugnet DEO, si dicitur illum non posse mori aut mentiri, quia hoc fit extra circumpossibilem, ita repugnare DEO scire contingentia, quia contingentia sint extra spheram scibilium; Sand Smalcus contra Franzium eludere tentat omnia dicta, quæ futurorum contingentium scientiam DEO tribuunt; Arminianos verò & Remonstrantes, quod concernit, adoptarunt quidem *scientiam mediam*, sed in eo non errarunt, cum semper distinguendum sit inter ipsam scientiam mediam, quam propugnarunt ex nostris B. Gerbardus, Conradus Morneus, Alardus Vack; & alii, & inter abusum hujus scientia media, concedimus ut Jesuita abutuntur hanc scientiam mediã ita etiam Arminianos abufos fuisse, nam sicut illi ex *pravisione meritorum predestinationem* factam dicunt inædificantes huic *scientia media*, ita & hi ex *pravisione fidei* dicunt factam esse electionem, ut operis Legis vel obedientiæ præceptis Christi Evangelicis, sive novæ legi præstandis.

In Th. IX. X. XI. XII. XIII. XIV. Antor lex argumenta producit contra scientiam mediam, & Primò quidem dicit, *scientiam naturalem & liberam* in DEO omnia scibilia complecti, *entia autem non esse multiplicanda &c.* nihil enim esse in rerum natura, quod non sit possibile aut futurum, nec tertium ordinem constituere posse futura conditionata, Asta) supponit securè, quod scientia naturalis & libera omnia scibilia complectatur, nam si datur medium quoddam inter id, quod possibile est, & quod futurum est, *definitè ex certo DEI consilio*, ut ipse admittit Th. I. nempe indifferens ad futurum & non futurum medium inter futurum & possibile absolutè, scilicet futurum contingentia conditionatè, etiam dabitur scientia media, posito enim objecto medio ponenda quoque est species, scientiæ objecto respondens.

b) Dicit nihil esse in rerum natura, quod non sit possibile & futurum, E. non dari *medium scientia*: Ponamus non dari medium, non tamen neganda est *scientia conditionata futurorum contingentium* vel fu-

*terribilium etiam sub conditione talium ? c) Futura illa dicit vel talia esse ex conditione possibili, vel ex conditione certo futurâ priori modo non egredi naturam possibilem, posteriori verò futura esse & à DEO decreta, & ad scientiam liberam spectare; At disputari potest, an quæ ex conditione possibili tantum sunt futura, nunquam autem eventura, non egrediantur naturam possibilem, nam eo ipso, quo futura possible dicuntur, quo dicunt, nempe possibilitatem & futuritionem superadditam, adeoque plus aliquid habent actualitatis, quàm absolute futurum, unde male dicit, si futura sint pertinere ad scientiam DEI liberam, cum, posito, quod scientia DEI adequatè dividatur in scientiam simplicis intelligentiæ, & visionis seu liberam, non tamen necessariò referenda sunt futura contingentia sub conditione talia ad scientiam visionis seu liberam, ut ex dicendis constabit.*

X. Ad Secundum Argumentum resp. i. Supponi fallum, quasi futura conditionata non sint vera, seclusa voluntatis divini determinatione, nam futura conditionata habent respectum intellectus divini perfectissimi, esse quoddam cognitum, esse quoddam determinatum, & consequenter esse verum, etiam præcisâ voluntate divini: b) Dicit Sidonius resipiscentiam aëtuos, si virtutes in illis factæ fuissent, nam indifferenter natura se habuisse ad resipiscendum vel non resipiscendum positis illis virtutibus: At utut Sidonij indifferenter se habuerint, in se, tamen respectu intellectus divini determinaturi erant sese vel ad resipiscendum vel ad non resipiscendum & hoc ipsum fuit obvium & patens intellectui divino perfectissimo: c) Posito aliunde provenire debuisse, quod verum fuerit eos poenitentiam aëtuos positis virtutibus illis; si omninò verum fuit, adeoque ad aliud flectendum, quam Turretinus ponit voluntatem DEI, non tamen ex voluntate quadam antecedente scientiam divinam esse deducendam, ut supponit, quasi scilicet vidarit DEUS in decreto suo Tyrus & Sidonius poenitentiam aëtuos, cum voluntas DEI antecedens scientiam non stabiliat, non locum hic habeat, cum illa poenitentia Tyrionum & Sidoniorum objecta fuerit intellectui divino, non in esse volito, sed tantum in esse cognito.

XI. Ad 3. q. i. An subjiciatur Providentiæ divini futurum vel futuribile contingens conditionatum, meritò disputari posse; nam si divina providentiâ posterior est ordine conceptibilis Creatione, dicitur

coris

*continuationem eius*, præsupponit *res creatas & existentes*, non poterit extendi, ad *futura vel futuribilia contingentia conditionata*, quia sicut alia *futuribilia contingentia conditionata* sunt *extra ordinem rerum existentium & creatarum*, utpote *nondum existentia*; sed *denuum futura*, ita quoq; sunt *extra circum providentia divina & subjiciuntur scientiæ divinæ tantum in esse cognito*: b) Adhucdum maximè contortivum est inter *Doctores Pontificios*, an *providentia dicat actum voluntatis*, an verò *intellectus*, an *aliquid ex utroque constans*, sanè si *Scoti Bonaventura & aliorum* sententiam sequeremur, qui statuunt *providentiam esse actum voluntatis*, tum quia *Damascenus l. 11. de Orthod. fide cap. 20.* definit per *voluntatem*, tum quia *carum dicitur de rebus omnibus*, quod voluntatis est, tum quia *prædestinatio dicit speciem providentiæ*, eximenda erant *futura contingentia providentiæ divinæ censura*, statim enim *futura contingentia conditionata*, non subjacere *voluntati divina*, sed tantum relationem dicere ad *intellectum*: c) *providentia divina* non fundatur in *scientia simplicis intelligentiæ*, sed in *scientia visionis*, in *scientia DEI libera*, si itaque *providentia divina* fundatur in *scientia DEI libera & futura contingentia conditionata* femoventur ab *objecto scientiæ libera*, consequens erit, non cadere sub *providentiæ divinæ illa contingentia*, quæ pro *objecto* habet, *futurib. sub conditione*: Præterea licet omnes *actus humani* subjecti sint *providentiæ & ordinationi divinæ*, inde tamen non sequitur, quod *futura conditionata* dari vel sciri nequeant, nisi adsit *præcedens & prædeterminans decretum DEI*, nisi quis colligere velit ex eo, quod omnes *actus voluntatis humana* subjecti sint *providentiæ divinæ*, sequi omnes *voluntatis humana* *actus*, etiam qui *sub conditione* fiunt, aut *futuri* sint, esse *necessarios*, habere *præcedens aliquod & prædeterminans decretum*, quod *voluntas* ad tales *actus* determinetur.

XII. Ad 4. R. 1. Supponere *Turretin.* falsum, nempe *scientiam* mediam nullam *certitudinem* habere posse, quia *versatur circa objectum incertum & contingens*, puta *voluntatis adiaphoriam*; Autor petit principium, dicens, nullam *certitudinem* habere illam *scientiam* mediam. *Certitudo* enim non tam est *affectio objecti*, quam *intellectus & scientia*: *Posito* itaque *objectum esse incertum*, nihilominus *intellectus & scientia* suam *certitudinem* habere possunt, idque ideo, quia *intellectus*

*Et* divinus est perfectissimus, perspicacis illius infinita. Secundò quæ-  
 rit, unde certò scire possit DEUS, quid sit futurum, vel non futurum.  
 Et hoc scire posse tum ex infinitate perspicacia, tum ex determinata ve-  
 ritate objecti, nam etiam in futuris contingentibus conditionatis, hoc:  
 erit determinatè futurum præ alio, v. gr. quamvis futurum contingens  
 sit incertum ratione propositionis disiunctiva, eras pluet, eras non pluet.  
 tamen futura est una propositio præ altera: Tertio examinat radicem fu-  
 turitionis certa, & dicit hanc esse vel scientia divina infinitatem, quo-  
 modo autem scientia infinita possit mutare rerum naturam, & videre  
 rem certò futuram, qua contingens est, vel rerum existentiam ab æter-  
 no, per quam præsens dicitur D E O, sed cum nullum habere possint esse:  
 reale ab æterno rerum tam intentionale, non aliter dici posse existere:  
 ab æterno, quam ratione decreti, in quo futuritionem suam obtine-  
 ant: Sed ut Resp. dicimus n. utique ex scientia divina infinitate, nec:  
 propterea sequi, mutare illam rerum naturam, non enim mutat re-  
 rum naturam, sed cognoscit futurabilia contingentia conditionata, ut:  
 habent se à parte rei, non enim tantum intellectus divinus perspicia fu-  
 tura contingentia conditionata, sub statu indifferentissimi, sed etiam,  
 novit, quo & quorsum causa secunda esset sese inclinaturæ & deter-  
 minaturæ, adeoque præter solam perspicaciam in objecto debet esse  
 determinatum eo ipso, quo novit, quod voluntas creata sese esset de-  
 terminatura: 2. rerum existentiam ab æterno non posse fundare:  
 consuetudinem scientia futurorum contingentium conditionatorum, falso  
 dicitur, nam si supponeremus res creatas coexistere DEO ab æterno,  
 quod ex Recentioribus quidam maxime propugnant, imò Strangius  
 Calvinianus, Anglus adoptat; sanè quod coexistit D E O; id quoque  
 ab ipso cognoscitur: 3. dicit, res nullum habere esse reale ab æterno,  
 sed tantum intentionale, nec aliter existere posse ab æterno, quam  
 ratione decreti, in quo futuritionem suam obtinent: Ast primò hæc  
 tantum dicit, non probat, convenientius hoc doceri potest, quòd  
 res non coexistant D E O ab æterno, quia ita admittendum esset, res  
 esse productas ab æterno, & existentiam suam habere, atque denuò  
 de novo produci in tempore, adeoque productum produci: Secun-  
 dò, si res nullum ab æterno habent esse reale, sed tantum intention-  
 ale, pro nobis uti possumus hæc responsione, nempe res in esse cogni-

et, subijci *providentia divina*, esse enim *cognitum est esse intentionale*; adeoque fundari *scientiam mediam in objecto*, quod est *intentionale*; 3. dici posse, res ab æterno existere posse *ratione decreti*, in quo *futuritionem* suam obtinent, incommodè dicitur; Non enim quia *decretum æternum est*; etiam *æterna sunt res creatæ*; *voluntates indifferentes* in hominibus; & si admittendum esset; res possè dici ab æterno co-existere *ratione decreti*, non tantùm *æterna essent futura contingentia conditionata*, sed etiam *futura absoluta talia*, imò omnes res in universo orbe.

XIII. Ad 5. r. *Scientiam DEI Mediam non tollere dominium DEI in actus liberos*, tùm quia *dominium DEI* refertur ad *providentiam*, *providentia* autem est *rerum præteritarum, ætantium, extitutarum*; tùm quia *dominium est terminus relativus*, & refertur ad *rem existentem seu personam*, cui quis dominatur; *futura autem contingentia sub hypothese* nondum supponuntur esse: tùm quia quæ subsunt *scientia DEI media ad classem possibilium* aliquatenus inclinant, *indifferenter se habent ad futuritionem & non futuritionem*, at non nisi *posita conditione*, è *statu possibilitatis vel futuribilitatis* transeunt ad *statum realis esse*: b) Probat hoc Autor, quia stante *scientia media actus voluntatis* supponuntur esse *antecedenter ad decretum*, verùm ut nostra sententia dextrè explicetur, dicimus; non omne *decretum* excludi in nostra sententia; duplex enim *decretum* hîc intelligi potest primò id, quod *Terrentinus* fingit, quodque *precedere* dicitur *rationem creatæ voluntatis*, eamque ad *actionem determinat*, adèd ut stante tali decreto voluntas agere non possit, secundò *decretum in hypothese futuri effectus inclusit*, quando DEUS decernit, seu vult concurrere ad aliquem effectum, *posita scilicet hac vel illa conditione*, v. gr. si ignis applicatur ligno; illud consumet, hîc in *hypothese* involvitur *decretum DEI de consursu*, sensus enim est, si ignis applicatur ligno, & DEUS vult cum igne ad combustionem concurrere, lignum consumet; non *posterius*; sed *primo decretum* adesse jubemus; idque idèd, quia si tale daretur *decretum humana voluntas non liberè operaretur*; *posterius* autem *decretum*, quod in *hypothese futuri effectus* intenditur; admittitur quidem à nobis, sed tamen ita, ut id non sit *ratio*, per quam DEUS cognoscit *futura conditionata*. c) *Actus voluntatis humana liberi* supponuntur esse:

*antecedenter ad decretum, ideoque futuritionem suam non habent à DEO, sed à se, imò DEUS hoc pacto potiùs videtur dependere à creatura, dum nil disponere vel decernere potest, nisi posità voluntatis humana determinatione.* Dicit quidem *Turretinus* sed inconsequenter, tum quia *actus liberi voluntatis humana sub hypothesi spectentur, ut ad huc indifferentes ad esse & non esse, utique futuritionem suam non habent à DEO, sed à serio, tractu & concursu causarum secundarum, supposito influxu DEI generali & concursu simultaneo:* um quia DEUS hoc pacto non pendet à creatura, sed præsternitur tantum *esse futurum in ratione objecti cognitioni divina perfectissima in esse cognito:* tum quia falsum est, DEUM nil posse decernere aut disponere, nisi posità *determinatione humana voluntatis, non enim hoc si negamus in quibusdam, E. universaliter negamus, nec si in naturalibus voluntatis humana determinationem præmittimus perspicua intellectus divini, propterea omnem determinationem aut omne decretum divinum negamus, ut ex secunda Responsione constare potest.*

XIV. Sextum est, quod posità hæc *scientiâ mediâ* assignari possit *ratio predestinationis extra DEUM &c.* At hæc non urgent *Lutheranos*, quia non tantum quidam ex *Lutheranis* negant *scientiam DEI mediâ*, & consequenter urgeri nequeunt, cum negent *antecedens*, est quo illud quasi deducitur, sed & quia *Lutherani* statuunt assignari posse *rationem predestinationis* extra DEUM, dicimur enim *electi esse in Christo, fide scilicet apprehenso, Eph. 1.* imò *Paulus* ipse concedit, nos *electos esse in Christo tanquam membra in capite, et membra coherere capiti, non nisi per fidem, ut ratio predestinationis extra DEUM consequenter detur: b) falsum est, in predestinatione regnare meram iudiciam & propositum DEI, dicimur enim non tantum electi ex iudiciâ, sed etiam ex fide veritatis, 1. Thess. 11. c) falsissimum est, præsterni predestinationi consensum prævisæ voluntatis, primò enim præsternitur non tam consensu voluntatis, quam non reiectio mediæ gratiæ, neque locus Roman. IX. probat, quod intendit *Turretinus*, quia non damnatis quæris, & cum nihil fecissent boni vel mali, dictum est, major ferviet minori; tum quia locus non agit de predestinatione, tum quia agit de postpositione *Esavi in temporalibus, Malach. 1.* tum quia tantum excluduntur *bona facta, bona opera, ex quorum prævisione facta sit**

*Electio,*

*Elq̄tio*, dicitur enim, cum nihil fecissent boni vel mali, non *fidet*, quæ *radix est*, *Bonorum Operum*.

XV. Examinat locum *1. Sam. XXIII, 11. 12.* atque dicit, non esse *prædictionem futuorum sed revelationem occultorum*, quæ jam tunc erant, & probat, tunc quia verba tradent te exponenda sunt, voluntatem habent tradendi te: tunc quia *Tò tradere non de actione ipsâ ex hypothesis futurâ intelligitur, sed ut sapè pro consilio & intentione*, tunc quia *Saul actus*, &c.

At *e)* fallum est Davidem fuisse sollicitum de animo Saulis in præfensi, quo esset affectu in ipsum, nam de hoc jam sibi constabat ex fama, dixerat enim Saul, *Deus conclusit ipsum in manus meas, v. 7.* Præterea David non inquirebat, quæ esset voluntas Saulis, quid volueret, quæ consilia ageret, sed de adventu ipsius sollicitus erat, & quid futurum, si Saul ingressurus Kegilam; denique non tantum sollicitus erat de adventu Saulis in Kegilam, sed etiam sub hypothesis illius adventus de futura traditione Kegilitarum; sanè de præfensi ad Kegilam non orat dubius, præstiterat enim insigne beneficium Ceilitis liberando illos à Philistæis præsumtio itaque erat, eos bono animo affectos esse erga Davidem, sed quid futurum, si Rex ipsorum venisset, exquirere laborabat.

*b)* Eadem ratione plures prædictiones liceret eludere dicendo: Non tam esse prædictiones futuras, quam revelationem occultorum significare præfens propositum; anne cum *yl. 2* David quærit Dominum, nam percussurus sit Philistæos, & DEUS respondeat, percuties Philistæos, & Kegilam salvabis, exponere licet? num in præfens habes propositum & animum percutiendi Philistæos & salvandi Ceilam? annon DEUS hic de dispositione & affectu animi Davidis, sed de futuro eventu respondit? ita quoque in quæstione quam de Saulle David & de Kegila exponit, DEUS respondet, quid eventurum: dicit enim, Saul descendet, dicit Kegilitæ te tradent:

*c)* Rationes adjectæ fallunt: & quidem Prima, quia nititur non textu Hebræo, sed Chaldaicâ Paraphrasi Burgenfis, adeoque à textu primigenio abiit. Non Secunda descendere enim & tradere dicunt actionem, non voluntatem, consilium & intentionem, opus aliquod futurum & exequendum, quod tamen non habetur in textu. Non  
 tertia,

tertia, quia non tantum David certus effecupiebat, an Saul sese pararet ad actum, partim, quia hoc ipsi jam constabat, & supposito adventu hærebat, quid moliturus esset Saul, si adventurus: partim, quia DEUS respondet, non quod Saul sese accingat, sed descendet, Kegilitæ te tradent: partim, quia non potest probari Kegilitas agitasse consilia clancularia de traditione Davidis, cum petitus oppositum præsumendum, de ipsis, bono animo fuisse erga Davidem ob beneficium liberationis novissimè exhibitum.

XVI. Locum excantit *Matth. XI, 22.* & dicit esse hyperbolicum & proverbiale loquendi genus: At a) si quæras, cur sit hyperbolicum & proverbiale loquendi genus, nullam rationem ex Turretino expiscaberis, nisi quia statuit scientiam mediam, at si hoc non est petere principium, nescio quid sit petere principium. b) Dicit, esse odiosam comparationem Judæorum cum Sidoniis, quâ velis exaggerare contumaciam & rebellionem illorum, at comparatio exaggerativa locum habere hîc nequit, quia impossibile est, ut talis loquendi ratio obtineat, ubi assignatur præmium aut pœnæ mitigatio ea propter: v. g. si quis diceret parietes intelligerent, quod vos non intelligitis, ideoque parcam parietibus præ vobis, absurdè loqueretur, qui parietibus permetteret mitigationem pœnæ: c) Ingratitudinem & impenitentiam exprobravit tantum, falsum est, quomodo enim Præceptor bardam & bardam discipulum alloquens, dixisset, si asinum tam diu docuissim, non ignoraret, nam non est exaggerativa oratio Christi, sed emphatica, tum quia continet seriam & patheticam rationem, dicitur enim illi resipuisse, & quidem olim in sacco & cinere, tum quia dicit olim resipuisse, tum quia dicit utique seu profectò resipuissent; si per hyperbolen hæc dicta sunt, falsa est planè tam elaborata oratio, neque exemplum huc facit, quia Præceptor alloquens discipulum barbarum tantum exaggerativè loquitur, exprobrat, non autem emphaticè & quidem sub ratione præmij vel pœnæ mitiganda.

XVII. Dicit Autor, enumerari beneficia DEI erga ingratum Davidem non ex decreto quodam conditionato vel ex scientiâ majore. Rectè quidem rejicit decretum conditionatum, quod præsternit Didacus Alvarez scientiæ DEI, sed malè dicit enumerationem beneficiorum scientiæ minori, illa enim beneficia erant futura & exhibenda



hibenda, posita conditione obedientie in Davide. b) Dicit eodem modo intelligenda esse verba Elisai, scil. juxta promissionem pietatis factam; At non juxta promissionem pietatis factam, sed sub conditione repetita percussio. c) Dicit Prophetam ex affectu locutus fuisse. At locutus est ex revelatione divina, & quidem non indefinitely facta, complenda per effectum, sed definite, ut definite exposuit Joasan: Concludimus itaque a) posita non dari scientiam mediam nibileminas dari scientiam futuribilium & futurorum contingentium sub hypotesi, quod melius dicitur, quam scientia conditionata. b) Ipsos Calvinianos Calvinianis opponimus: Franc. Gomarum in thesibus de predestinatione, Antonium Walzum in Locis communibus & Disputat. contra Corvinum, Ludov. Crotium in Disput. VII. qui omnes stant pro scientia DEI media, & ad objecta Loca 1. Sem. XXIII. & Matth. XI. Respondent c) dicimus quamvis quidam referant hanc scientiam ad scientiam visionis, posito tamen quod omnis scientia divina sit tantum simpliciter intelligentia non visionis, nos malle eam referre ad scientiam simpl. intelligentia.

#### QUESTIO XIV.

Disputat, An DEVS quadam velit necessariò, quadam liberè, & Affirmat, qua etiam est nostra sententia, verùm in Thesi I. dicit DEVM velle se ipsum necessariò per complacentiam alia libera, &c. atque ita substernit fundamentum scientie divinae decreto: Sed a) m. dicit alia omnia extra se DEVM velle liberè ex decreto: nam I. hac ratione si DEUS omnia extra se vult, ex decreto etiam peccata vult ex decreto, & consequenter directe constituitur causa omnis peccati, omnis pravitate in hoc mundo: Secundò, Decretum in respectu ad extra præsternit scientie DEI, atque per illud intelligit vel decretum conditionatum cum Alvarezio, vel absolutum ex parte DEI, conditionatum ex parte hominis: Si prius decretum atque tale ad locum Matth. XI. Si ego dixerissem efficaciter, ut talia signa & virtutes fierent in Tyro & Sidone, efficaciter ego facerem ut Tyrù & Sidonii crederent.

At neutrum potest præsterni scientie DEI, quia, si primò, per decretum conditionatum intelligitur aut tale, quod libertatem relinquit, aut tale, quo libertatem adimit & necessitat, si prius non potest dici scientiam fundari in decreto, quia decretum homini libertatem relinquit, non adimit Tyrù & Sidoniis, sed ita sese habuit, ut posito

lo Tyrii adhuc convertentur, vel non convertentur, adeoque in statu  
 indifferentia relinquitur; nam nec formaliter, nec virtualiter in tali de-  
 creto contenta & representata fuit, nec ex eo potuit DEUS collige-  
 re, Tyrios & Sidonios poenitentiam acturos fuisse, cum in tali statu  
 & sub tali decreto Tyrii & Sidonii adhucdum indeterminati & indis-  
 ferentes fuerint; si verò posterior sensus attendatur, consequens est  
 decretum adimere libertatem, imponere necessitatem, adeoque ne-  
 cessariò convertos fuisse Tyrios & Sidonios, cui tamen experientia  
 exclamat: Alterum verò decretum, quod dicitur ex parte DEI abso-  
 lutum, ex parte hominis conditionatum non sub fisci: tum quia con-  
 t: ad ista dicit, si enim decrevit DEUS hoc vel illud ab homine  
 fiat, & quidem sub posita aliqua conditione conditionatum erit, tum ex  
 parte DEI, tum ex parte hominis. tum aliquid fieri à DEO, & DEUM  
 aliquid agere à parte rei sunt unum & idem: tum quia scientia divina de-  
 bet præmitti, stante hæc dicitur: & hoc ex parte DEI decretum aliquod ab-  
 solutum, ex parte DEI respectu omnium, quæ sunt extra DEUM, & il-  
 lud decretum ferri in omnem malitiam, quam homo perpetrat: tum  
 quia quamvis Calviniani concedant, hoc respectu materiale in peccato  
 fieri, non autem formale, & recurrant ad decretum permissivum,  
 quod scilicet DEUS permissurus sit hunc vel illum actum hæc vel illa con-  
 ditione posita, tamen nihil agunt; qui enim decernit absolute mate-  
 riale peccati, à quo malitia est inseparabilis, ille coipso cum materia-  
 li etiam decernit & formale peccati, & permissio intelligitur aut  
 negativa, quæ stante ad neutrum oppositorum voluntatem vult determi-  
 nare DEUS, sed libertati suæ relinquere; aut positiva, quæ includit  
 positivam voluntatis determinationem ad unum oppositorum, Si prima  
 non potest concipi, quomodo in decreto permittendi cognosci possit,  
 quod sub conditione est futurum, stante enim decreto negativo permittendi,  
 non sequitur voluntatem ad actum illum sese determinare, vel de-  
 terminaturam si conditio ponatur: Si verò intelligatur permissio inclu-  
 dens determinationem, consequens erit DEUM permittendo determi-  
 nare voluntatem ad mala, quod oppidò absurdum. c) Sicut Alerex  
 sententiam rejicit Værsam, atque non vult isti tam pellicose cymbæ in  
 procelloso hoc mari vitam committere, ita Twissum introducit, qui in  
 eodem decreto hujus conditionati subfinitis generale quoddam DEI pro-  
 positum

*liberum seu decretum de sciendis Creaturis suis ad motus suos congruenter natura ipsarum, DEVMque ex propensione animi in Caelis, atque generali isto decreto praeiudicando Davidi neque futuram providentiam rerum administrationi divina decorum fuisse ipse invitos cogere ad Davidem ex manibus Saulis liberare, quod forsitan Turretinus adoptat, quia tantum dicit DEVMque quae sunt contra se velle liberè ex decreto; nulla addit restrictione, nulla specificatione decreti adiuncta, ut se. sub generali latere possit: At si decretum generale intelligit cum Twisso refutat ipsum socius Religionis Voërius, tum ex eo, quia ut nullum conditionatum decretum est in DEO, quod Alvarez statuit, ita nec propriè generale decretum secundum ipsam admittendam erit, addit, cum non possit res aliqua de seata possibili transire in statum qualicumque futuritionis, nisi per decretum divinum, quem solum Twissus omnibus ferè paginis deglutendum adversariis suis proponit, mirandum videri, quomodo persuadere sibi poterit ab uno aliquo generali, adeoque confuso decreto tot rebus distinctis futuritionem datam: tum quia DEUS non rorè Creaturas sciat contra naturam & dispositiones suas, ut docent miracula: tum quia ex periculose illa colloquendi ratione videri non minus colligi posse scientiam mediam, in qua tamen debellando monstro tantoperè desudarit vir doctissimus.*

III. *Dicit liberum dici vel ratione spontaneitatis vel indifferentia. At a) liberum non tantum dicitur ratione spontaneitatis seu indifferentia, tum quia etiam illud liberum dicatur, quod nec sponte nec indifferentia agit, prout varii libertariani modos assignant Doctores, & per dominium in actu quidam explicent, vid. Macedur: b) Libertas spontaneitatis nulla datur, quod enim spontè agit, id non liberè agit, cum sponte agere etiam commune sit homini cum brutis: c) Libertas indifferentia non admittitur à Calvinianis in Creaturis, utpote, qui omnia deducunt ex decreto absoluto, cum quo indifferentia adionum humanarum planè consistere nequit.*

X. *Dicit res omnes, prout sunt in DEO, necessitatem quandam habere, in seipsis verò contingentiam. Intelligit a. res prout sunt in DEO, necessitatem quandam habere ex decreto seu volitione divina, quae posita ruit contingentia, termini enim sunt contradictorij; dicit, quacumque sciat DEVS, ex necessitate scit, si de scientia hoc ipsum intelligeret, quae est*

ex necessitate nature seu essentia DEI, perfectionis in intellectu divino, posset concedi, sed dum dicit, DEUM res scire ex necessitate, intelligit res scire. *DEUM* ex prava necessitate volitionis seu decreti divini, dicit non pariter DEUM, quæcumque vult ex necessitate velle, hæc ratione quidem DEO tribuit libentiam, interim tamen ea quæ DEUS vult, non negat velle ex decreto absoluto, adeoque necessitatem rebas omnibus volitis ex decreto absoluto inducit.

## QUÆSTIO XV.

Annot.

Querit: An bene distinguatur voluntas in voluntatem decreti & præcepti, iudicialis & iurisdictionalis, beneplaciti & Signi, arcanam & Revelatam, atque affirmat, quo ipso fundat Calvinismum, qui omnes fibras Theologiae Reformatae inficit: In Thesi II, autem voluntatem decreti & præcepti explicat: Et in Thesi III, Dictis Scripturæ probare intendit; verum a) voluntatem divinam distinguere in voluntatem decreti & præcepti, in sensu Calviniano nos rejicimus, nam primò voluntas decreti Turretino est illa, quæ statuit *DEVS*, quid velit ipse facere vel permittens, præcepti verò ista, quid ille à nobis velit fieri. At voluntas præcepti quæ vult à nobis fieri hæc vel illud, fingitur hic inefficax, tantum designativa officij nostri, fingitur sine viribus gratiosis concomitantibus, valè itaq; voluntas præcepti à Orthodoxis nunquam potest admitti; Secundo dicit, voluntatem decreti respicere rerum futuritionem & eventum, & esse normam actionum DEI ad extra, voluntatem autem præcepti versari circa præcepta & promissiones, & esse normam actionum nostrarum: At nec talis voluntas decreti in DEO admittitur ex sententia Orthodoxorum, tum quia si voluntas decreti respicit rerum futuritionem & eventum, futura & eventus etiam peccaminosi subjiçentur voluntati decipienti, adeoq; necedendum erit, DEUM decrevisse actus peccaminosus, tum quia dicitur norma actionum DEI ad extra voluntas decreti, at si voluntas decreti est norma actionum ad extra, non dabitur antecedens bonum ad voluntatem divinam, & omnis bonitas actionum moralium affirmanda erit ex voluntate divina, non ex Sanctitate naturali, & iustitiâ DEI intrinsicâ, tum quia præcepta & promissa non sunt norma actionum nostrarum; nam si per impossibile DEUS præciperet peccata, promitteret aliquid delinquentibus, voluntas præcepti divini esset

effect admittenda opposita *Sanctitati divinae*: c) Dicit, illi, nempe *voluntati decreti* resisti non posse, semper impleri, hanc verò *voluntatem præcepti* sæpè violari; Ast impiè hoc dicit, nam si *voluntati decreti* non potest resisti, seu si DEUS aliquem *voluntate sua* decrevit convertere, non posse non illum converti, si verò *voluntati præcepti* potest resisti, & illa sæpè violatur ab hominibus consequens est, *voluntatem præcepti & promissionis in Scriptura revelatam esse plane inefficacem*, quia evidetur *resistentia hominum*, & nunquam DEUS intendit, ut ut significet se intendere *voluntate præcepti*, id quod præcepit, ad cui aliquid promittit.

e) Probationem illam malè instituit, nam allegat pro *voluntate decreti* dictum Rom. IX, 19. Eph. I, 11. At dictum Rom. IX. non facit pro ipso, partim quia si ponamus *voluntati ejus* quis resistet, aut ut *Excedit*, quis resistit, esse verba ipsius Apostoli, non tamen sequitur exinde,

*Voluntati in economia salutis occupate* non posse resisti, quia alia etiam *voluntas DEI*, quàm aliquid facere vult, & alia quàm aliquid à nobis vult fieri: posito, prior non posse resisti, quia DEUS noster est in caelo, & facit quod vult, *Psal. CXV.* posteriori tamen, cum qua concurrat nostra voluntas resisti potest, quod etiam observat *Episcopus* ad hoc c. IX. partim quia quavis secundum *Arminium* sit locus hic *clava herculeæ & gladius Alexandri*, quò *Calviniani* omnem nodum difficilem dissolvere volunt, in rei tamen veritate nihil ipsi conducit: nam hæc non sunt verba Pauli, sed *morosi Judæi*, disputantis cum Paulo, qui quia Paulus dixit, DEUM misereri, cujus vult misereri, DEUM indurare, quem vult indurare, colligit adversus *Apostolum*, si DEUS velit indurare quem velit, cur ergò succenscat, cum voluntati ejus nemo possit resistere? partim quia ex toto contextu patet, hoc objecisse *Judæos*, aut *Dialogistam*, cum quo agit Paulus, quia confestim responderet ad objectionem *indirectè & directè*, *indirectè* corrigendo audaciam opponentis; dicendo: O homo quid respondas DFO? *directè* ostendendo, *voluntatem divinam* non esse causam *indurationis*, tum quia DEUS pro objecto habeat vasa iræ, & ita *antecedenter* peccaminosa, tum quia DEUS tolleret illa vasa, toleramus autem ea quæ displicent: tum quia illa vasa *κατασκευασμένα* sint ad *interitum*, non à DEO, hoc enim *procurat*, sed à *Diabolo* vel à *semetipsis*.

Locus *Eph. 1.* non facit pro Turretino, fit enim mentio consilii voluntatis DEI, verum *consilium hoc voluntatis DEI* non opponendum est revelationi, Paulus n. qui hæc verba usurpavit, omne consilium DEI de salute nostrâ revelavit, *Act. XX, 27. voluntatem autem deorsum vult Turretinus* coincidere cum *voluntate arcana: b)* Adducit pro *voluntate præcepti* locum *Psal. CXLIII, non 7. 10.* ut ille habet, sed *7. 11. & Rom. 12, 2,* ait hic *voluntas præcepti contradistincte decreto* non habetur, tum quia in *7. 13. non habetur præceptum, sed petitio Davidis*: tum quia dictum est *dictum Evangelicum*, dicit enim, *in DEVS meus es*, scilicet per *factus Evangelicum*, at *Evangelium* non spirat *præcepta*, sed *promissiones*, tum quia si *præceptum* esset, non tamen *præceptum* foret *contradistinctum voluntati beneplaciti*, dicit enim, Domine, doce me *secundam voluntatem tuam scilicet beneplacitam*. Dictum verò *Roman. XII.* non concludit, *voluntatem enim DEI évapçiv nobis designat*, quæ non potest esse absque *voluntate decreti*, ut patebit ex seqq.

c) Dicit dari nonnulla, in quibus utraque voluntas designatur & laudatur in hæc rem dictum *Job. VI, 38. nec non illud, Fiat voluntas tua*. At sic eo ipso cogitur agnoscere conjungi *voluntatem præcepti & decreti*, quod verò *particulariter* affirmat id ipsum nos universale esse dicimus.

VII. Ex Chamiero deducit *distinctionem voluntatis in évodias & évapçias*. At si spectemus Primò ipsum *Chamierum*, dicit ille, Scholasticos distinguere *inter voluntatem signi & beneplaciti* melius & ex *Scripturæ autoritate* posse distinguere *inter voluntatem évodias & évapçias* adeoque eo ipso *voluntatem signi & beneplaciti*, de qua agit *Theoph. XIII*, rejicit quasi. & *postponit*. Secundò hæc distinctio planè est nulla; nam quod *évodias* dicitur *voluntate DEI*, id *évapçias* quoque dicit, & vice versâ, tum quia *Rom. XII, 2.* quem locum allegat pro *évapçias* planè non agitur de *voluntate signi* seu *évapçias*, ut loquitur *Chamier*, sed de *voluntate évodias*, dicitur enim probabile, quæ fit *voluntas DEI bona, évapçias* sive accepta, ut reddit *Beza*, & perfecta adeo ut *Vulgatus évapçias* verterit *per beneplacitam*, & *Lombardus* illum secutus, ut ut ita reprehensus à *Tanero*: tum quia *évapçias & évodias* in *Scripturâ* permutantur, nam *évodias* occurrit *Luc. 11. Eph. 1, 5. Matth. 111.* At illa ipsa *évodias*, quæ scilicet *Patri* com-  
placuit

placuit in Filio ejusque merito & satisfactione, illa *vidoncia* quam annuntiarunt Angeli hominibus; illa *vidoncia* in negotio salutis & Oeconomia Electionis ad reuelatam quoque sunt referenda, & conseq. quoque ad *voluntatem euangelicam* tūm quia Chamiere *voluntatem vidonciae* dicit esse *efficacem voluntatem*, voluntatem autem *euangelicam* ad inefficacem referri, At *Efficax voluntas DEI*, non tantum est voluntas *vidonciae*, sed etiam voluntas *euangelicam*; Efficax enim est, quā finem D E U S intendit consequi & efficere seu intentioni eventus respondeat, & *actū obtineatur*, seu minus, idque ex eo patet, quia tunc censetur *efficax intentio finis*, quando ex illa sequitur *immediatū effectū*, at *immediatū effectū est electio mediōrum*, E. quāndocumque sequitur *electio mediōrum efficax est intentio finis*, ac proinde *efficax intentio finis* semper prior est *electione mediōrum*, hinc patet *intentionem finis proprie loquendo non dici efficacem respectu finis*, sed respectu mediōrum, debet enim dici *efficax respectu sui effectū*, at sola *electio mediōrum*, non autem *consecutio finis est effectū intentionis finis*, nam *consecutio finis est effectū mediōrum*, observante Martino Becano: Refutata itaque distinctione Chamiere, progredimur ad loca à Turretino allegata, Matth. XI, 26. ubi *vidonciae* fit mentio, ex quo loco probare solent Calviniani reprobationem esse referendam ad *vidonciae*, at plane non de reprobatione hic est sermo, sed de reuelatione voluntatis diuinae, respectu paruulorum & simplicium, & non resistentium verbo, & de occultatione respectu Pharisaorum tumidorum & superborum, ex quo tamen ordine facere conuersū, ut constat ex Act. XY. si itaque absoluta esset reprobatio, si esset voluntatis *vidonciae*, non potuissent conuerti illi Pharisei. Præterea agit hic de voluntate consequente, & partim *vidonciae iudiciariae* designatus, quam præcedit contentus Evangelij: Secundus Locus Eph. I. ubi DEVS dicitur nos prædestinasse *vidonciae* & *ἐκλέξατο* ante, itidem non facit pro Turretino, agit enim de prædestinatione, At hæc opponitur reprobationi, nec nisi apud Patres quosdam reperitur prædestinatio sub nozione generalis tantum abusu communis ad prædestinationem & electionem seu reprobationem, Locus Eph. I. 9. habet quidem uocabulum *vidonciae*, sed non in sensu Calviniano, nam dicitur hanc voluntatem DEVM manifestasse.

*visse nos cognoscere mysterium voluntatis, At eudoxia in sensu Turresini non est voluntas revelata, sed arcana, tñ le etiam agnoscere cogitur confundi nonnunquam cum eüapsia eudoxiar, vel ut nos sanius loquamur, conjungi, & quidem semper, Inque hunc finem allegat dictum Matth. III, 17. de quo nos supra.*

XII. Dicit, licet ad voluntatem eüapsias pertineant quoque promissiones de dandâ salute omnibus, non sequi connotare debere decretum vel volitionem propriè dictam, de salute omnibus dandâ, cum tale decretum non possit subsistere cum decreto reprobationis, nec cum sapientia ejus: *Ast a) si pertinet ad voluntatem eüapsias promissio, presupponet voluntatem beneplaciti, promissio autem est signum favoris, est signum voluntatis beneplaciti. b) Connotare decretum eüoxias, id jam in antecedentibus est demonstratum, quicquid sit de volitione DEI conditionatâ, quæ disputatur & controversa redditur ab Amyraldisis. c) Dicit, decretum reprobationis non posse consistere cum voluntate eüapsias in promissionibus collocatâ, verum reprobatio intelligi potest vel absoluta, ex mente Calviniana, vel ut actus aliquis voluntatis divine iudicialis & consequentis. Priori modo utique non consistere potest cum voluntate eüoxias, quia si absolute quidam sunt reprobati, non datur voluntas antecedens & eüoxias respectu illorum reprobatorum; Posteriori modo autem utique reprobatio consistere potest in nostra sententiâ cum voluntate eüoxias, tam quia voluntas eüoxias exprimit nobis voluntatem antecedentem, tñ quia Scriptura non tantum voluntatem antecedentem nomine eüoxias salutem, sed voluntatem quoq; consequentem ad quam pertinet reprobatio, agnoscere ipso Turr. ex loco Mat. XI, 26.*

XIII. Distinguit voluntatem DEI in voluntatem signi & beneplaciti & in Thes. XIV. signa voluntatis, quibus innoscat, ponit ex Scholestitis & *σαμὸν τριερωσ* subicit; Tandem Th. XVIII. contrarietatem istarum voluntatum ut tolleret, & exemplo quodam confirmaret, dicit *D E V M* voluisse immolationem Isaci voluntate signi quoad præceptionem, voluisse eandem voluntate beneplaciti, quoad eventum ipsam. *At a) distinctiones voluntatis divine multiplicat extra necessitatem, voluntas enim decreti & præcepti, eüoxias & eüapsias coincidunt cum voluntate signi & beneplaciti, adeoq; hoc tantum dicit, Wilb. Trissum falvan-*



salvandi, qui distinguit inter *Voluntatem propositi & precepti, Chamier*, qui inter *D'odoxi'ay & D'agesi'ay*. Polanum, qui inter *voluntatem signi & beneplaciti*, cum tamen *sub diversis terminis idem dicant & sentiant*. b) *Voluntatem signi & beneplaciti* urget, cum tamen *Daniel Chamier* dicat, *Papistas* distinguere inter *Voluntatem signi & beneplaciti*, & malit cum *Scripturâ loqui & distinguere inter iudoxi'ay & v'agesi'ay*: Tertio *Ludovicus Grotius* in periculo aliquot opinionum præjudicatarum non obscure distinctionem. hæc rejicit, scribit enim in *Disputat. VIII de Voluntate DEI* Th. XV. non sine iudicio gravis Theologus. Non est hæc distinctio voluntatis divina, qua dupliciter nostro considerandi modo consideretur, sed est distinctio signi, quo DEVS voluntatem suam manifestat ab ipsâ voluntate, qua per signum illud manifestatur, si rectè expendatur, inepti sunt illi termini, inepti appellandi modi, melius distinguerent, si accuratè loqui vellet inter bene placitum & signum voluntatis divina, sed demus hoc ruditati istius Seculi, & remittamus ad reliquas istorum hominum ineptias, hæc *Calvinianus* de istâ distinctione, quæ tamen basis est totius Calvinismi, sed refutemus *Turretinum* ex *Turretino*. Dicit hanc distinctionem ab *Hugone à S. Victore* esse primò allatam, ab omnibus *Scholasticis* passim usurpatam, & à *Theologis Calvinianis* benè explicatam retineri; At a) hoc ipso novitatem hujus distinctionis agnoscit, nam *Hugo de S. Victor*, qui fuit *Ordinis Augustini*, & deinde *Abbas* vixit demum in *Seculo IV*. Anno illius trigesimo, unde patet nullum ex anterioribus Patribus usum fuisse hæc distinctione quemadmodum etiam agnoscit *Didacus Ruiz à Montoya*: b) *Frequentatam* dicit à *Scholasticis*, at longè alio, quam sensu *Calvinianorum*, etiam *Lutherus* dixit illam posse tolerari, nam *Scholasticorum* secundum sententiam voluntas beneplaciti simpliciter est dimittenda, n si sis vel *Moses* vel *David*, voluntas autem signi vocatur effectus DEI, quando forma procedit ad nos, nobis cum agens per aliquod involucrem & externas res, sicut verbum DEI & Ceremonia ab ipso instituta: vid. *Lorinus in Thesaurò Theol.* & *B. Luth. in Comment. super Gen. c. VI*. c) Dicit à *Theologis Calvinianis*, benè explicatam retineri; at perverissimè explicatur à *Calvinianis*, prout sequentis docebunt.

XIV. Explicat signa voluntatis signi, & sub consuetam vocat; dicit Primò, plura talia signa esse, nempe promissiones, minas, vaticinia & narra-

rationes, At hæc omnia referuntur, *exceptis vaticiniis & narrationibus ad præcepta*: Præter à vaticinia & narrationes non tantum respiciunt voluntatem signi, sed vel maximè voluntatem beneplaciti: quod ut divinum in verbo narrat, id quoq; ad voluntatem beneplaciti est referendum. b) Dicit, operationem non esse signam voluntatis, sed effectum ejus, quod ad voluntatem beneplaciti pertineat: At non opponuntur effectum & signum, cum ex effectu tanquam signo cognoscatur causa, & fumus ignis non tantum fit effectum, sed & signum, langor non tantum signum febrù, sed & effectum: c) Dicit, permissionem non cadere sub signum, sed sub beneplacitum, adeoque deducit permissionem ex voluntate & dicitur seu beneplaciti, & refundit permissionem peccatorum non tantum in voluntatem divinam, quasi DEUS velit illa, sed etiam in voluntatem beneplaciti, ut peccatum fit sub beneplacito DEI, consilium verò vult referri vel ad præceptum, vel ad beneplacitum, de quo nolumus disputare. Secundò, An redundet vel deficiat aliquid in hac divisione, transimus, interim tamen non rejicimus illos, qui quatuor tantum signa numerant, cum non incongruè prohibitionem comprehendi posse dicamus sub præcepto; qui enim præcipit aliquid ille obligat, & quidem ita, ut aliquid vel faciamus, vel omittamus: Tertio, si consulamus Athanasium, duplicem tantum signi voluntatem numeravit, neque in tot signa distinguit, Tract. 11. de Definitionib. Col. 4.

XV. XVI. Dicit, *Voluntatem beneplaciti esse voluntatem decernentem, signi verò præcipientem, & voluntatem signi esse illam, atq; ita dici, non quod significet, quod DEVS facere circa hominem vel de homine velit, sed quid præcipere*: At a) ita voluntas beneplaciti & signi dicuntur verè duæ voluntates, utpote sibi invicem adverse, diversim terminum respicientes nempe decretum DEI absolutum & officium hominis, ad quod obligatur, At voluntas, quando distinguitur in voluntatem decernentem & præcipientem, seu signi & beneplaciti non est distinctio univocæ: sua univocata, nec, ut quidam volunt, analogi in sua analogata, sed tantum æquivocæ in sua æquivocata, id quod vel exinde patet, quia voluntas signi non est interius aliqui vult DEI, sed tantum externum effectum voluntatis divinæ, tum ex eo quia metonymicè ita usurpatur, per metonymiam causæ efficientis pro effectu, & re signata pro signo, quia voluntatem DEI significat: tum ex eo, quia ex ipsius Pontificii agnoscunt

stunt nostram distinctionem aquivoci, Vasquez, Gibbon, ex cœstris Iacobus Martini, & Meisnerus; ex Calvinianis Ludovicus Crotius.

b) *Voluntatem signi* explicat, quod scilicet officium homini prescribat, adeoque cadat sub decretum & beneplacitum quoad præceptum rei, non quoad rem præcepti: At malè hoc dicitur, partim quia ita voluntas signi in contrariam voluntati beneplaciti explicatur, quando DEUS dicit *Ezech. XVIII. Nolo mortem peccatorum, sed ut convertatur & vivat*: Finge in hoc dicto, voluntatem signi tantum exprimi, consequens erit, hominis officium esse vivere, & hoc vivere DEUM nolle voluntate beneplaciti, partim quia signi voluntas dicitur, non tantum simpliciter signum in abstracto, sed voluntas signi, ut hedera vini signum dicitur; si ergo voluntas signi & beneplaciti sibi invicem non respondent, falsum erit signum, cum omne signum referatur ad rem signatam, & cum illa concordare debeat; partim quia hæc ratione homines possent facere quicquid velint, si enim DEUS tantum officium præcipit voluntate signi, & voluntate beneplaciti decernit eventum, adeoque ore & verbo suo aliud prodit, & aliud animo occultat, homines qui ut DEUS sanctus est, sancti esse debent, non peccabunt, si scilicet aliud ore prodante aliud pectore condant, & quàm absurdum est dicere, voluntate signi velle DEUM tantum officium, quod in præcepta fide, charitate, spe, &c. consistit, ut non sit quoque voluntas beneplaciti divini; sed in Thesi XVI, & XVII, DEUM à crimine hypocrisis liberare intendit, & dicit, voluntatem istam cadere etiam sub decretum & beneplacitum &c. voluntatem signi posse etiam dicere voluntatem beneplaciti, quia versetur etiam circa res, quas DEUS approbat & decernit præcipere creature: sed hæc ratione eadem chorda, quâ cœteri Calviniani, oberat; nam dicunt, DEUM non esse hypocrisiam, quia hypocrisis sit vitium cum animo decipiendi conjunctum, mendacium, cum animo nocendi, jam DEUM voluntate signi quidem simulare seu præ se ferre quod non vult, sed bono dolo & bono fine; at a) quando Paulus dicit 1. Timot. II. DEUS vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis pervenire, atque contradictoria hujus propositionis, DEUS non vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis pervenire in sensu Calviniano est voluntas beneplaciti, & hæc DEUS vult omnes, &c. voluntate signi scilicet, salvos fieri, Annos hæc contradictoria propo-

tio in beneplacito DEI respondet voluntati signi quoad exteriorem  
 propositionem & sc. dicitur cadere sub *decretum & beneplacitum volun-*  
*tatem signi quoad præceptum rei, non quoad rem præcepti*: quod enim  
 est res præcepti in hoc dicto, nisi quod significavit DEUS: *scilicet bene-*  
*voluntatem suam erga homines manifestans*? Loquitur an bigue Turreti-  
 nus, aut enim insitit veterum explicatiõni, B. 2. a. *Piscatoris, Cha-*  
*mieri, &c.* aut Recentiorum, maxime *Wandelini*, si prius, voluntas si-  
 gni erit *contradictoriè opposita voluntati beneplaciti*, hinc ut solvent  
 illam, dicunt DEVM *simulare, sed non animo decipiendi, neque sine &*  
*dolo malo, sed dolo bono*, quã tamen ratione DEO *simulatio* tribuitur,  
 qui aliud ore profert, & aliud corde condit, adeoque mentitur, *atque*  
*quendam prodiit Legi ad verum*, quod autem hoc non faciat animo de-  
 ciendi aut nocendi nec dolo malo, id ipsum pertinet ad *finem ex-*  
*trinsecum* adeoque liberat DEVM saltem ab hoc fine, cum simulatio  
 sit in vitio, ipsum *mandatum in præceptione sua à specie mendacij perni-*  
*ciosij*; si posterius adoptat, (quanquam neque *Verores*, illum in tan-  
 tum excluderint, ut dixerint non officium h. inini intimari per *volun-*  
*tatem signi*, adeoque cum *Wandelino* offerit *sola finem distinctione non*  
*tolli contradictionem*, ubi enim *consensio inter signum & conceptum signa-*  
*tum non est, ibi veritas signorum seu verborum non est, quicumque sit tan-*  
*dem loquentis finis*, ut si *Namus* dicat, se leges suas accepisse à *Dea Aeg-*  
*ria*, quas tamen sciat à *Dea* se non accepisse, eo tamen sine dicat, ut  
 legibus suis auctoritatem sibi conciliet apud Legem *mentitur Nam-*  
*us*, dum Primò perverit significationes vocum, quis enim tam ab-  
 surdus, ut dictum *Matth. 23. Quoties voluit &c. interpretetur ita: quoties*  
*iussi congregare Filios suos*: b) Quando CHRISTUS dicit: *Resipiscite*  
*& credite Evangelio, Marc. 1.* duos dicit *actum, actum resipiscendi, &*  
*credendi, & voluntatem suam, quæ fertur super resipiscendam & fidem*,  
 adeoque non tantum dicit, quid homines facere debeant, sed etiam  
 quid ipse fieri velit, ut si Princeps mandatum aliquod caret intimari  
 subditis, Herus servo, Præceptor discipulo, Medicus ægroto, non  
 tantum quid facere debeant subditi, &c. significat, sed etiam quid  
 fieri velit, unde mandatum Principis dicitur. Tertiò, *Fingetan-*  
*tum officium* indicari, non autem unã *voluntatem*, non poterit illud  
*signum* concordare cum *re signatã*, qui enim dicit volo *externè*, ille  
 hoc

hoc signo *internam voluntatem* designat, neque alia hęc ratio est explanationis *Calvinianorum* dicentium *voluntatem signi designare officium, voluntatem beneplaciti vero succrepare à Voluntate signi, & signare id, quod DEUS vult interne*; quia Calvinizanti placet, fingentibus signo aliud significari, quàm quod habet *ex relatione ad rem signatam seu voluntatem beneplaciti.*

XVIII. Autor probat *Voluntatem signi & beneplaciti exemplo Abrahami*: Verùm miramur, a) cur hoc solo exemplo utatur, cum alii *Calviniani* alia quoque adducant, *Hukie* scil. 2. Paralip. XXXII, 31. *Cananaa*, Matth. XV, 24. & sequentibus &c. Idem sanè, quia vidit, hæc non conducere. &c.

b) DEUS voluit *immolationem Isaaci Voluntate signi* quod *præceptionem*, sed noluit illum *Voluntate beneplaciti* quod *eventum*: At hic erant, dum dicit, DEUM voluisse *immolationem Isaaci Voluntate signi*; nam per *immolationem Isaaci* aut intelligit *oblationem*, aut *oblationis eventum*, nempe *occisionem & mortem*; si prius, DEUS quidem voluit *immolationem Isaaci*, sed non *sub actu executionis*, verum tantum *sub actu præparatiōis ex parte Abrahami*, quem admodum verba hoc ipsum docent, *pl. 2. quæ de actibus præparatiōis* concepta sunt, nempe *abire in terram Moria &c.* *Eventum autem* DEUS non manifestavit *Abrahamo*, quod scil. ille *oppositum* esset dispositurus, hic enim fuit in manu Domini: præterea *Abrahamus* exactè implevit *Voluntatem signi*, atque credidit, illam esse quoque *Voluntatem beneplaciti*, nam non ad patranda tam horribilem cædem se unquam accinxisset, nisi DEUM eam velle persuasum habuisset, persuasum autem non habuit, nisi ab ipso *præcepto*, *E. Voluntas signi seu præcepti* etiam ab *Abrahamo* apprehendebatur, ut *indicativa Voluntatis beneplaciti*. Denique quicquid DEUS præcipit, quicquid jubet, id ipsum esse *Voluntatis beneplaciti*, statuimus: Imò ipsi *Calviniani* agnoscunt cum *Pisc. & Twisso*, id quod DEUS jubet, ad *Voluntatem beneplaciti* esse referendum, imò *Twissus* l. II. contra *Arminium* exemplum *Simeï* adducit, & dicit, DEUM iussisse hunc maledicere *Davidi*, ex quo *Voluntas DEI* colligatur, si verò *Voluntas* colligitur ex *iussione*, quæ ad peccatum terminatur, quantum magis colligetur *Voluntas beneplaciti in bonis & laudabilibus*, quæ DEUS intendit?

c) Si ipsam actum consideremus, falsissimum est fundari distinctionem voluntatis signi & beneplaciti in illo, partim quia si Rabbinos sequamur, incidente cultro in Isaacum, animam ille emisit, & dicente DEO inter Cherubinos, noli manum immittere in puerum, &c. *Voluntas non tantum signi sed & beneplaciti fuit*, ut Abrahamus occideret puerum: partim quia distinguendi sunt actus, quidam enim sunt simplices, quidam cum exteriori effectu connexi, prioris generis sunt, amare, odire, &c. posterioris occidere, conservare: In prioribus censendum est, qui actum præstat, opus præstitisse, in posterioribus verò aliud est actum, & aliud opus: Cum itaque Abraham crediderit, obedientiam DEO præstiterit actui simplici, ipsam opus mactationis præstitisse, erendum erit, cum DEUS nil aliud intenderit, quam promptitudinem, Abrahami obsequium, atque actum exhibendos inter nos, quousque voluntas per verbum revelata ipsi intimabatur: partim quia aperte dicit, DEUM tentasse Abrahamum, postquam itaque Abrahamus fecerat, quibus abundè constabat de ejusdem animo in DEUM, quem explorare penitusque ei aperire erat DEI consilium, illic ei dicitur, *noli manum mittere in puerum*: hæc tunc itaque de hoc exemplo, quod fundare putat Turretinus distinctionem voluntatis signi & beneplaciti: jam ad applicationem illius ut hoc fundare distinctionem voluntatis signi & beneplaciti in negotio salutis; At perversissimè, tum quia hoc exemplum, posito, quod probet voluntatem signi & beneplaciti est planè extraordinarium de bono quodam corporali conceptum, unius individui, per oppositam voluntatem confestim retractati, at num in dispositione salutis humana non ordinaria DEI obtinet intentio? unum ne individuum occurrit, & non potius cetera multitudo generis humani? omnia sunt absurda: quapropter distinguendum est inter voluntatem intentionis & probationis; voluntas in DEO fuit non intentionis, ut filium Abrahamus mactet, ut ex eventu constare potest, sed probationis, ut scil. exploraret, h. e. manifestaret fidem & obedientiam Abrahami ad imitationem aliorum, ut Abrahamum glorificaret, unde etiam Symmachus reddit *ἰδοξεν*, glorificavit, & tandem respectu ipsius DEI præfiguratio Messia immolandi, ut constat Hebr. XI, 17. 8. 9. quod ipsum patet vel ex eo, quia DEUS dicit, *nunc cognovi fidem Tuam*, h. e. manifestam feci, & quod dicit DEUS, *tentasse*, h. e. probasse Abrahamum.

**XIX.** *Eicit DEVS dicatur, &c. hoc tamen non de fingulis generum, sed vice versâ esse intelligendum: absurdè, quia quando Paulus dicit, i. Timoth. II. DEVS vult &c. non de generibus fingulorum vult intelligi, quia fundat illam voluntatem in voluntate & mandato precum pro omnibus, etiam pro impiis Magistratibus.*

**XX.** *Voluntas signi dicitur habere voluntatem internam, &c. Autor sic contradicit a) sociis Religionis B. Z. Chamiero, Perkinso, qui asserunt voluntatem beneplaciti non correspondere voluntati signi, sed oppositè ad illam se habere, hoc ipse refutat, & dicit, debere respondere voluntati internæ in DEO, additâ ratione, ne sit signum falsum & fallax. b) Maiè explicat voluntatem illam internam, nempe non esse decretum de dandâ salute huic vel illi, quicquid autem sit de vocabulo decreti, modo sit voluntas, tamen absurdissimè dicit voluntati signi respondere decretum de præcipiendâ fide: quis enim tam subtilis est, ut colligat ex hoc dicto, DEUS vult omnes salvos fieri, DEVS præcipit omnibus fidem? Annon quisvis intelligens ex hac voluntate signi, DEUS vult omnes salvos fieri; colligat affectum DEI in homines, non dispositionem modicorum ad salutem subiectivam? Aut quod DEUS ipsis præcipiat fidem? sed quod ita affectus sit DEUS, ut velit finem, ut velit omnium salutem. c) Ponamus decretum de præcipiendâ fide exprimi illa voluntate interna, de promittendâ salute, si homo crediderit, aut fides est conditio possibilis, aut impossibilis, & à solo DEO pendens, DEUS ut omnibus fidem præcipit, ita in omnibus vult producere, neque quidem præcipit sine auxilio gratia, quæ concomitantur præceptum de fide, adeoque nihilominus sequitur, sicut DEUS omnibus præcipit fidem, & vult illam conferre, ita etiam salutem tanquam finem fidei, i. Petr. I. Si impossibilis est conditio, ludit hominem voluntate beneplaciti, inefficax erit voluntas interna, relabitur Autor in sententiam Cameroni, Amyraldi, Tetardi, &c. Gallorum, quapropter ut concludamus hanc Quæstionem, dicimus primò, voluntatem signi esse voluntatem beneplaciti hæc non oppositam, ut patet aperte ex i. Cor. I. 21. ubi Paulo sermo est de voluntate signi, verbo patet factò, & conformat illam voluntatem beneplaciti, dicens, εὐδοκίαν ὁ Θεός, pro stulticiam prædicationem salvare, &c. εὐδοκίαν autem secundum Turretinum & Chamierum est voluntas beneplaciti. Secundo signa illa quæ*

*recedit*

recensuit Th. XIV. non tàm esse *signa voluntatù signi*, quàm *beneplaciti* maximam partem; nam ut ipse Auctor habet, *operatio voluntatù referenda est ad voluntatem signi*; at *operatio* procedit, non à *voluntate inefficaci signi & verbo*, sed à *voluntate beneplaciti efficaci & interna*: 3. aliquo in sensu hæc *distinctio in voluntatem signi & beneplaciti* potest tolerari, & *orthodoxè* explicari, tolerari secundum B. Lutherum, si *voluntas beneplaciti notes voluntatem*, quâ *DEVS* disponit de quibusdam negotiis, à quo *oculi sunt removendi*, *voluntas autem signi dicit effectum*, sic v. g. cur *DEUS* *Mosen* elegerit in *Præsidem populi Israël*, & non alium, cur per *Lutherum* & non per *Thomam Cajetanum* opus *Reformationis* instituerit, cur *Nimrodum* & non alium *Monarcham* constituerit: Explicari autem potest *orthodoxè*, si scil. *Voluntas signi* notet *voluntatem legalem*, *voluntas autem beneplaciti* *Voluntatem Evangelicam*, vel si notet *Voluntas signi* *Voluntatem revelatam*, *Voluntas autem beneplaciti* *arcanam*, verum non in *Oeconomia salutis & negotio de convertendù hominibus*, si denique *Voluntas signi* notet *Voluntatem conditionatam*, *beneplaciti* verò *absolutam*.

XXV. Distinguit *Voluntatem in arcanam & revelatam*, & fundamentum petit ex *Deut. XXIX, 29.* & in Th. XXIII. *Voluntatem arcanam de Electione nostrâ accipit*: ut ut verò *Voluntatem arcanam & revelatam*, non negemus, tamen in *negotio salutis* non obtinet: b) *Locus ex Deut. XXIX.* non facit pro *Turretino*, præferenda enim est versio *B. nostri Luth.* c) *Voluntas de Electione nostrâ* non est *arcano*, sed *revelata*, ut patet ex *Eph. 1, 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.*

## QUÆSTIO XVI.

*Annot.* Disputat, an bene distinguatur *Voluntas in antecedentem, & consequentem, efficacem & inefficacem, conditionatam & absolutam*, atque opponit, ut patet *decisionem hanc negativam* *Quæstioni XV. affirmativè*, ut consequenter *stabiliat fundamentum Calvinianum*. Dicit autem, *salutis est distinctio voluntatù in antecedentem, & consequentem que rejicienda*, eam videtur primus tradidisse *Damasceum l. 2. de orthodox. fide. c. 29.*

Nam a) *Scripturâ hanc distinctionem firmat apertissimè*, legatur tantum *cap. Matth. 22. ubi omnes iuvantur, & omnia dicuntur esse para-*



parata, & destitutum veste nuptiali projicit in extremas tenebras, quomodo hæc conciliabis, nisi dicendo, invitationem, ad omnes directam, esse *Voluntatis antecedentis, projectionem in extremas tenebras pertinere ad voluntatem consequentem.* b) Falsissimum est, quod dicit primum illam tradidisse *Damasceum*, partim, quia si de re ipsa loquamur, illam jam habet Tertullianus *Liby. de resurrectione, & libr. 2. contra Marcionem* scribens, *DEVS ex se bonus, ex nostro justus*, bonus per naturam, justus per causam: Chrysostomus *sub nomine prima & secunda voluntatis*, Theophylactus, qui *Chrysoctomum secutus*; Tertullianus autem floruit circa initium *Seculi III.* Chrysostomus in *Seculo IV.* qui itaque potest dicere, *Damasceum* esse *primum Authorem hujus distinctionis?* hoc quidem non negatur sub his terminis *ἡ ἀρχὴ τοῦ ἰσχυροῦ* legi in *Damasceno*, sed *quoad rem ipsam* fundatissima est in *Patribus antiquissimis*: c) Exemplis illa roboratur, *Principum, Præceptorum, Patrum*, qui affectum habent in *subditos discipulos & Filios communem*, in facinorosos autem pœnam decernunt; volunt discipulos erudire, si renitentur, relinquunt in manu consilii sui; volunt hæreditatem conferre *Voluntate antecedente*, intercedente verò vitio Filium privare illa: qua propter ex Pontificiis adducimus *Dionysium Peravianum*, qui *Tom. 1. dogmatum Theol. c. X.* prolixè probat *ex Patrib. dist. Vol. Ant. & consequ.* & primò adducit *Justinum*, dein *Basilium, Chrysoctomum, &c.* adducimus ex Calvinianis *Gerbardum, Johannem Vossium*, qui *lib. VII. historia Pelag* (non VI: ut quidam malè citant) *Tb. II. per 10. paginas* probat *hanc distinctionem*, & pro illa adducit, Primò *Clementem*, cujus *Paulus* meminit ad *Philippenses IV. Origenem, &c.* ut proinde sit falsissimum, *Damasceum* esse inventorem. Aliud n. est *inventorem esse vocabulorum technicorum*, quibus *hac distinctio* exprimitur, & *aliud Authorem hujus distinctionis.*

III. Dicit esse etiam *ex Theologis, qui eam retineri posse putant.* Secundò *diverso à Neo-Pelagianis sensu scil. tum respectu mandatorum, tum respectu decretorum*; Dicit tertio *respectu decretorum quoad ordinem & modum dicendi antecedentem illam dici voluntatem, qua concipiatur antecedere, & subjicit exemplum voluntatis de creando homine, qua precedat voluntatem de eodem redimendo; consequentem verò, qua concipiatur sequi alium voluntatis actum*: sed in hac explicatione vitiosum *Calvi-*

nianum inspergit & occultat : Nam dicit quosdam esse ex Theologis suis, qui eam retineri posse putent, At non sunt quidam ex Calvinianis, qui eam retineri posse putent, sed quamplurimi *Benedictus Aretius, Hieronymus Zanchius, Amandus Polanus, Albertus Rollocus, Nicolaus Hemmingius, Gubertus Sturmus* : Ex Recentioribus *Antonius Walaw, Petrus Molinæus, & Ludovicus Grotius* ; ut patet ex *Diodecade Dissertationum Exeget. Apologeticarum Disp. VIII. §. XXVII.* b) Calviniani quidam absolute negant, retineri posse hanc distinctionem, inter quos referimus *Piscatorem in appendice Tractatus de Gratia DEI, & in Responsione ad duplicationem Vostij ipsam Synodum Dordracenam sessione CXLIII. & iudicia Theologorum exterorum, quæ leguntur in eadem Synodo*, qui itaque illam absolute rejiciunt, non attendunt malagmata *Turretini*, non explicationem illius, & annon hæc ratione convenire dicendus est *Synodo Dordracena, quæ concilio Tridentina comparatur* : c) Sed ex Calvinianis sunt quidam, qui recipiunt eam, malè explicant & applicant, inter quos est *Zanchius. IV. de natura DEI, Polanus c. 19. de Syntagmate Theol. Sabarpin in cursu Theologico, Tileus Syntagm. l. 1. de attributis DEI, Disp. 14. Th. 6.* Secundo respondemus *Zanchium, & qui illum sequuntur, voluntatem antecedentem per mandata, promissiones & comminationes explicant, cui Turretinus accedit* : verum malè ; nam ut non dicam mandata & promissiones divinas vim & virtutem divinam etiam continere, adeoque non ad inefficacem voluntatem esse referenda, ut volunt Calviniani ; distilla, quæ nostri produciunt pro voluntate antecedentem, non mandatum aliquod dicunt, sed mentem & affectum benevolum in DEO, v. g. si DEUS dicit : *Nolo mortem Peccatoris, Ezech. XVIII. volo omnes homines salvari, 1. Tim. II. volo neminem perire, 2. Pet. III. non jubet DEVS, non mandat, sed animum suum erga creaturam rationalem explicat, intentionem suam denudat, & quid ipse velit, ex sua parte exponit* : 3) Distinctionem voluntatis antecedentis & consequentis respectu decretorum explicat, & dicit, *Voluntatem de creando homine precedere voluntatem de eodem redimendo*, planè extra-orbitaræ : Nam distinctio voluntatis in antecedentem & consequentem non invenitur, nisi supposito jam homine, nisi producto & creato ; non enim DEUS potest velle omnium hominum salutem, neque piorum beatitudinem, &

impia-

*impiorum damnationem, nisi supposito jam homine & producto, cui vult salutem: Distinctio itaq; voluntatis in antecedentem & consequentem non est ex latitudine voluntatis divinae, sed ex sufficientia voluntatis in negotio salutis, praescinditq; à voluntate creandi, & proinde non debet explicari, ut Terretinus explicat per voluntatem antecedentem de creando, & respectum subsequentem de redimendo homine, ipsi enim Calviniani, Polanus, Zanchius & Patres Dordraceni hanc distinctionem de salute hominis, adeoque restrictè acceperunt.*

VI. In hac Thesi Author argumentis agit, ut & sequentibus contra hanc distinctionem, & quidem ex eo, quia assignat contrarias voluntates DEO, qui iuxta antecedentem velit omnes servare, iuxta consequentem vero tantum quosdam: Verum non est injuriosa hac distinctio in DEUM, sed distinctio voluntatis in voluntatem signi & bene placiti sensu Calviniano explicata, quae scilicet DEUS aliud ore prodat, aliud corde condit: Secundò contrarietas hinc nulla est, partim quia DEUS voluntate antecedente vult omnes salvos, sed consequente tantum quosdam, ita ut non circa unum idemque subiectum & objectum versetur, sed voluntate antecedente versetur circa hominem lapsum & miserum, voluntate autem consequente circa hominem, misericordiam DEI vel repudiantem vel amplectentem: at ubi est contradictio seu contrarietas, ibi observari debet inter requisita, ut unum idemque objectum eodem modo supponatur, quod hinc non fit, & tunc essent contradictoria voluntates in DEO, si scilicet DEUS vellet hominem poenitentem, & finaliter credentem salvare, & eundem hominem poenitentem & finaliter credentem damnare: partim quia adhucdum disputatur, an voluntas consequens sit etiam de homine salvando, cum quidam constituent objectum voluntatis consequentis tantum hominem damnandum, ut videri potest apud Becanum, Didacum de Ruiz, &c.

Si itaque nos referimus ad voluntatem consequentem, non tantum reproborum damnationem, sed etiam fidelium salvationem, patet, nullam contrarietatem hinc fingi posse, quae potius urgeretur contra Becanum & socios, qui vi oppositionis voluntatem consequentem statuunt tantum obtinere respectu damnandorum, ideo quòd voluntas antecedens non respiciat salutem hominum immediatè, sed in suppositione mediarum maxime sit occupata, voluntas autem consequens immediatè

terminetur ad salutem: partim quia voluntas antecedens est meræ misericordiae divinæ, voluntas autem consequens misericordiae cum iustitiâ temporata, & antecedens DEUM datorem, consequens verò hominem accipientem & negligentem subinferat.

b) Quod de Juda opponit, absurdum esse, DEVM ab aeterno se-vid ejus salutem voluisse, & tamen simul & eodem momento novisse ludentem nunquam crediturum: Hæc enim non sunt ἀντιεῖν, cum DEUS ab aeterno voluerit Adamo conferre beatitudinem per viam Legalem, & tamen eodem momento novit Adamum non perviam Legalem consecuturum beatitudinem. c) Carpit exempla ab Arminio producta, & dicit, aliud esse loqui de hominibus, qui licet aliquid fieri velint, non possint tamen veri compotes fieri, nisi per media convenientia, &c. sed in hac ipsa Responsione supponit, quod falsum est, & sententiam nostram pervertit; nam aliud est loqui de DEO, qui per potentiam ordinariam agit, media ordinaria, & verbum & Sacramenta, iuxta & convenientia, addit, aliud verò de DEO juxta potentiam absolutam, extraordinariam & irrefragabilem; non potest ipsius sententiâ subsistere, nisi supponat DEUM in negotio salutis juxta voluntatem antecedentem non agere potentiam ordinariâ, sed absolutâ, & irrefragabili, & per media iuxta ac convenientia intelligat media irrefragabilia, quæ nos negamus: Utque pateat nullam oppositionem posse hic locum habere, monemus, quòd voluntas antecedens & consequens habeant se se ut universale & particulare, adeoque non ut opposita, sed ut subordinata, ut genus & species, prout observat Jacobus Martini in Dîputatione quâdam de hac materiâ habitâ.

VII. In hac Thesi producit Argumentum, quòd DEVS insipientia & impotentia arguatur, nec non mutabilitatis: Verùm non potest insipientia argui, sed potius hoc est summa sapientia, quòd scilicet constituerit remedium pro liberatione totius generis humani, quòd excogitarit, misericordia & iustitia divina temperamentum, ut nulli de jure suo quicquam decedat, quòd omnibus omninò hominibus remedium pararit, quibus à peccatis suis possint absolvi, nec probat hoc ex eo, quòd DEVS serè aliquid intendat, & desideret affectu naturali, quòd non affragatur; hoc enim non fit ex desiderij imbecillitate & voluntatis debilitate

vare à parte ipsius DEI, sed ex parte hominum, ex repudiatione mediocrum gratia, adeoque eventu, quod autem eventu desinitur, id sermo & desiderio naturali potest intendi circa omnem imperfectionem voluntati. b) Impotentia non arguitur DEUS, quasi scilicet non possit assequi per hominem, quia homo non vult; aliud enim est operatio DEI praevisà relatione ad hominem, & aliud operatio DEI per auxilium gratia ad hominem, in cuius voluntate est resistere & repudiare; tunc argumentum speciem haberet, si dicereamus voluntate antecedente DEUM velle salutem hominum potentia sua absolutà, nec posse assequi. Verum nos totam culpam referimus in hominem repudiantem, & dicimus, DEUM operari per media ordinaria quibus resisti potest. c) Mutabilitas & rescissio locum habere nequit, quia ex sententia nostrorum voluntas antecedens & consequens aeterna est, & proinde si consequens sequatur, non aliqua mutatio in DEO à nostris admittitur, sed mutatio ex parte hominis qui vel credit, vel non credit: Adeoque voluntas consequens fundatur in voluntate DEI antecedente, ita ut si homo conditionem praescriptam impleat, ordinem divinum per verbum statutum observat, transeunte quasi voluntate antecedente in consequentem.

VIII. Tertium Argumentum proponit, & dicit, voluntatem antecedentem non tam esse voluntatem, quam velleitatem inane & irritum desiderium: Athic a) supponit falsum, quasi sc. Voluntas antecedens esset tantum velleitas quadam; Didacus enim Ruiz de Montoya voluntatem DEI antecedentem per velleitatem explicat: At nostri Theologi nunquam illam velleitatis nomine colorarunt, sed semper habuerunt pro voluntate divina Efficaci; idque probatur efficacissimè hoc argumento: Quaecunque voluntas progreditur ad erogationem & dispensationem mediocrum ad salutem sufficientium, illa non in mera velleitate desiderio inefficaci & oratione consistit, adeoque in DEO complacentiam quandam dicit, sed intendit finem efficaciter eo ipso, quomedia efficacia ad salutem, pro omnibus ordinat, hinc DEUS non dicit, se velle ut omnes salvi fiant, 1. Tim. II. sed etiam ut ad agnitionem veritatis perveniant, proponendo, tum finem, tum media ad finem. q) Inane & irritum desiderium non dici potest, quod nunquam impletur, ἀνεπιβλήν quidem & eventu suo desitutum dici potest

potest desiderium, quod non impletur, sed non irritum & inane ex parte DEI, idque ideo, quia DEUS nihil desiderat sibi, sed desiderat nostram salutem, quomodo itaque dici potest *desiderium DEI esse inane & irritum*? c) *Johannes Strangius, Britannus, Prof. Prim. in Academia Glascana adducit Wilhelmm Twissum rigidissimum Calvinianum & dicit illum probare voluntatis divinae distinctionem in antecedentem & consequentem, sed ita ut sequatur Didacum Alvarezium, Episcopum Salpensem & Transensem, qui voluntatem divinam antecedentem explicat de velleitate quâdam, & dicit ealem velleitatem notare, At si Twissus voluntatem divinam antecedentem docet esse velleitatem, quomodo ut absurdum potest opponi nostris, posito, quod voluntas divina antecedens ipsis esset velleitas, quod tamen non admittitur, cum ipse Socius Religionis velleitatem in DEO sub sensu Alvarezij admittat, unde etiam ipse Strangius improbat hoc ipsum, tùm ex eo, quia non possit applicari voluntati antecedenti, quâ singuli homines respiciuntur; tùm quia velleitas dicat imperfectionem à DEO semovendam, imò quod aliquis vellet, quatenus vellet, quemadmodum si dicerem, legerem, scriberem, non notatur actus legendi, actus scribendi, qui jam non est, sed esset, si sc. aliquid accederet, tùm quia desiderium ali-quod leve & cum socordia seu negligentia conjunctum nomine velleitatis veninat.*

IX. Quartum Argumentum absurdum infert, nempe hoc patet DEVM homini subijci, verum sententiæ nostræ hæc absurditas intentari nequit, partim, quia voluntas consequens non dependet à determinatione voluntatis humane, sed à fide quem DEVS introducit & operatur in homine: partim, quia vox dependere dicit imperfectionem, dicit causalitatem causæ Efficientis, adeoque ex postriâ sententiâ DEUS non dicitur dependere à determinatione voluntatis humane, quia nos voluntatem humanam non dicimus aliquid causari in ipsum DEVM: tùm quia ita infidelitas non statuitur causa damnationis, infidelitas n. est ex determinatione voluntatis humane ad malum, cum tamen Calviniani quamplurimum circa distinctionem prædestinationis absolute & comparate consideratam statuunt causam non quidem præteritionis, tamen damnationis esse infidelitatem, neque dicendum, stante hac sententiâ neminem eligi à DEO, qui prius  
DEVM

DEUM non elegerit, cum nos *Electiōnem* dicamus *actum independētem liberrimam a causā supremā procedentem, quā fidem & penitentiam in nobis operetur.*

X. Quintam absque nervo proponitur, tūm quia non Evangelio reponimus, si dicamus, DEUM omnes simpliciter velle salvāri, sed hoc potius Evangelio opponitur, si oppositum dicamus, asserendo, maximam partem hominum esse reprobata[m] absolutē, ac enim hoc est lætum nuntium & annum ditum aliquod pronuntiatum respectu tantæ multitudinis hominum & tūm quia æternam DEI electiōnem non subruit utpote quæ æterna est & manet; utut respectum dicat ad CHRISTUM, hinc *Paulus* utrumque conjungit electiōnem nostram factam ante jacta Mundi fundamenta, adeoque æternam, & insimul factam in CHRISTO, in quo dicit, DEUM nos elegisse ante jacta Mundi fundamenta, tūm quia non dicimus, electiōnem esse fundatam in DEI *eudoxia*, sed illam *eudoxiam* ponimus *in ratione causæ principalis*, cui conjungimus respectum ad meritum & satisfactionem Christi, non itaque electiōnem fundamus in voluntate humana, quā positā incerta & mutabilis esset, quanquam id certā ratione posset affirmari, sed in DEI *eudoxia* seu beneplacito per verbum patefacto.

XI. Progreditur ad fontes solutionum, & a) excutit dictum 1. Sam. XIII. dicit, *ibi non proponi voluntatem antecedentem, cum DEVS dixit Saulis &c. sed tantum inveni peccatum & rebellionem Saulis esse causam brevi desituri regni*: At Primò semper hoc ingeminant Calviniani, DEUM non velle, quod nunquam futurum, cui opponi potest exemplum *Adami*, cui DEUS imaginem suam impressit, & voluit in justitiā & sanctitate perseverare, quod tamen scivit nunquam futurum, præscivit enim oppositum, defectionem & lapsum: Secundò, prædixerat quidem DEUS, sceptrum futurum esse in tribu Judæ, adeoque *Davidem* coronandum, interim tamen voluit *voluntate antecedente* præparare seu stabilire, ut alii vertunt regnum *Saulis* in perpetuum, verum *conditionatè*, si scil. ambulasset in viis Domini, si obsequium præstitisset DEO, ut constat ex ipso contextu, qui deliquit Saulis refert. Tertiò, Opponuntur non opponenda, dicit *Barrasinus*, *inveni tantum peccatum & rebellionem Saulis esse causam brevi desituri regni*.

*vi duraturi regni, & ad aliam transiuri, sed non tantum causa referatur, verum etiam Effectus, nec tantum hoc, sed eo ipso, quod dicitur, futurum non fuisset, si permanisset in officio juxta promissiones pietati factas, adeoque suspendit illam Voluntatem stabiliendi regnum in seculum à conditione obedientia. & consequenter admittere cogitur voluntatem conditionatam, quæ quibusdam dicitur voluntas antecedens.*

XII. Pervertit illustrem locum, & Achillem nostrum destruere laborat ex *Matth. XXIII.* atque dicit a) non dici DEVM voluisse disputare, quos voluerit congregare, sed tantum Christum & c. congregasse tamen quos voluerit: b) Distinguendum esse Jerusalem à filiis suis: c) Voluntatem de quâ hic agitur, non esse voluntatem decreti, sed præcepti, & Christum locutum fuisse ut Ministrum circumcissionis: At falsissimum est Primò, quod per Jerusalem intelligantur tantum Pharisei & Scribæ contradistinctè Filiis suis sive Laicis & populo, partim, quia *Calvini* in hunc usque diem non potuerunt probare illam *Antonomastrum*, quod scilicet Jerusalem in Scripturâ accipiatur tantum de primoribus populi, de Scribis & Phariseis, unde insolitam illam explicationem merited in ipsis redarguit ex sociis *Johannes Dallaus*: partim, quia quamvis *Spanhemius* in hoc sit operosus, non tamen probari potest ulibi in Scripturis per filios alicujus urbis intelligi tantum Laicos & populum, contrarium potius patet ex phrasi Scripturæ, nam *Eszech. XXIII, 23.* Filii Babylonis sunt Babylonii in universum: apud *Jeremiam*, filii Sionis sunt Sionæi sive cives Jerusalem: Filii orientis c. XI. sunt Orientales, E. filii Jerusalem erunt cives Hierosolymitani in universum: partim, quia aperte constat voce Jerusalem non notari Phariseos & Scribas, qui Jerusalem illa dicitur crucidatrix Prophetarum, lapidasse Legatos Dei, pœnæ loco subitram templi destructionem & Reipublicæ dicitur, Ecce relinquetur domus vestra vasta, & seq. At non tantum Pharisei & Scribæ occiderunt, Prophetas, sed ante ipsorum exortum, cæteri quoque Hierosolymitani & cum illis præsentis temporis cives, non tantum Scribæ & Pharisei lapidarunt Legatos: & qui quæso insurrexerunt contra Christum? An tantum Pharisei & Scribæ? annon clamavit populus quoque, Crucifige ipsam, & operam collocarunt Phariseis, An Jerusalem,

que



quæ deserta relicta est, quorum ædes destructæ sunt, fuerunt tantum ædes Scribarum & Phariseorum, & nonne si interitus Reipublicæ alicui prædicatur, illa prædictio omnes & singulos tangit? b) *Augustini* illud dictum quod adducit, nil contra nos, quia scilicet Augustinus agit in illo loco ex *Enchiridion* depromto de voluntate DEI absoluta & omnipotentia vel consequente ultimata, de qua tamen non est concepta sententia Christi: c) *Voluntas*, de qua hic agitur, non quidem est voluntas decreti, nam si hoc esset, non posset de externa congregatione accipi hic locus, quia voluntas decreti semper impletur, externa autem congregatio cum interno effectu conjuncta non impleta, sed non sequitur, non est voluntas decreti, E. nec antecedens, statuunt enim Orthodoxi voluntatem quidem antecedentem dari, sed illam non esse decreti: d) *Voluntatem precepti* hic intelligi frustra dicitur, nam Christus hic non exponit, quid mandet, quid haberi velit ab Hierosolymitanis, sed quo animo, quo affectu illos prosequatur, atque illustrat exemplo Gallinæ, quæ non præcipit pullis, ut sub alas se congregent, sed ut sub glocitatione sua *συγγυ* internam & affectum interiorem significet, hinc congregat, sub alas condit, & defendit, quantum potest ab omnibus externis injuriis.

Tertio dicit, voluntatem precepti esse illius, quia decreti sit unica & simplex, vocatio vero iteretur per verbi præconium: hinc dicitur *quod volui?* At frustra, tum quia aliud est voluntas DEI congregandi, aliud dispensatio per ministros & Prophetas missos ad congregandum; voluntas Christi congregandi est unica & simplex, adeoque uniformem affectum benevolam dicit, dispensatio autem illius voluntatis est multiplex, ratione Prophetarum, quos misit, ratione temporis, quoties misit, ratione Hierosolymitanorum, quos toties contempellavit & monuit, tum quia illud tunc quoties potius refertur Calvinianorum sententiam: nam Turretinus dicit, *Christum hic loqui non ut DEUM, sed ut hominem, ut ministrum circumferentia quæ in Colloquio Hagienfi, Piscatorum & Cameroni desumpsit*. At si dicitur quoties volui, locutus est ut DEUS, quia præteriti temporis verbum usus fuit, quia respexit etiam tempora ante sui incarnationem, dum scilicet dixit, non tantum hodie voce mea vos congrego, sed quoties volui per Prophetas, quos misi tempore V. T. tum quia quod aliquis

R

toties

totius vult, id serid vult, repetit enim actus, ut studium suum & conatum ardentem, atque voluntatem firmatam designet. Subdole addit ita *Christum hic loqui ut ministrum circumcisionis* adeoque probat illam *Calvinianorum* sententiam, qui dicunt, Christum locutum fuisse ut hominem, & proinde non posse probari, quod DEI voluntas fuerit, congregare Hierosolymitanos, in quorum maximè præsidium causæ suæ collocat, Nam a) Christum non locutum fuisse ut hominem, non ut ministrum circumcisionis, patet ex textu, ille enim locutus fuit hæc verba, qui locutus fuit antecedentia, *ψ. 34.* locutus itaque fuit, qui misit Prophetas, At missio Prophetarum est opus solius DEI; tum quia Prophetæ fuerunt *ἑρμῆες*, tum quia immediate missi à DEO, tum quia DEUS hoc ipsum sibi appropriat, *Isa. XLI. 27.* loquitur ille, qui est *Sapientia Hypostatica*, ut constat ex *Luc. XXI. 34. &c.* *Sapientia autem Hypostatica est Christus*, non secundum *humanam naturam*, sed secundum *divinam*, juxta *Proverb. VIII. 15. & seqq.* Loquitur ille, qui per *gradus & successivè* Prophetam unum post alterum misit, quique hæc de seipso enuntiat, *2. Par. XXXVI. 16.* b) Christus hic spectandus est secundum officium *Propheticum*, at officium *Propheticum* pertinet ad officium *mediatorium*, est enim *pare illius*, *1. Tim. II. 5.* officium *Propheticum* fuit totius personæ, adeoque *θεωριάζουσα* Theandricum, appropriatur ipsi DEO, *Job. I. 18.* c) Finge Christum locutum esse ut hominem, finge nonuisse Hierosolymitanos convertere secundum divinam voluntatem, annon ita Christus secundum humanam voluntatem habuit affectum contradictorium divinæ voluntati, & consequenter peccasse dicendus erit? quia sese non conformavit divinæ voluntati, nec elabitur *Piscator*, distinguens inter *voluntatem contrariam voluntati divinæ Ethicè, & contrariam Logicè*, priorem removens à voluntate humana Christi, posteriorem ei tribuens; nam cur *Logicè*? dicit contrariam fuisse voluntatem humanam divinæ, nisi idèd, quia voluntas humana ignoraverit divinam? At sic non tantum tribuit ignorantiam voluntatis divinæ Christo, sed etiam *Ethicè* contrariam esse affirmat, quod enim ex ignorantia est, id ex peccato est, quod enim ignorantia oritur sive scientiæ, & contrarium est voluntati divinæ, illud ipsum *difforme* est voluntati divinæ, id ipsum peccat-

peccaminosum est, quia & ignorantia & quod ex illa oboritur, sunt contraria voluntati divinæ; *πεῖραι ψαδός* est Nestorianismus occultus, quatenus dividit, quæ sunt conjunctissima contra Scripturam, quæ voluntatem Christi voluntatem divinam asserit, eiq; per omnia conformem. vid. *Job, VII, 17, VIII, 28. XIV, 24.*

XIII. Autor *spasium invitationis per CXX. annos ad penitentiam non vult indicium esse voluntatis antecedentis*, at qui progreditur ad media conversionis, mittit Noachum præconem justitiæ Evangelicæ, ille sanè eo ipso vult & desiderat conversionem illorum, ad quos missus fuit Noachus: b) Nos non dicimus, *voluntatem antecedentem consistere in decreto*, quasi scilicet decrevisset DEUS, illis parcere, quod supponit, quod *Wendelinus* nostris Theologis imputat, sed dicimus, voluntatem DEI fuisse, primo Mundo parcere, unde si quidam ex nostris Theologis voce decreti usi sunt, in latiori significatione vocabulum adhibuerunt; Tertio, *voluntatem præcipientem tantum* notare, absurdè dicitur, quia talis voluntas præcipientis non datur in DEO, neque probari potest, imò indicium est voluntatis beneplaciti, finge epim herum aliquem præcipientem famulo suo, ut ei afferat librum, annon hæc jussio, hæc voluntas præcipientis signum erit herum affectu ferri in librum, adeoque voluntatis beneplaciti?

XIV. Dicit, *Frustra inventam fuisse distinctionem voluntatis antecedentis & consequentis ad concilianda varia loca Scriptura*, at non frustra inventa est hæc distinctio, quæ à Patribus per tot secula fuit probata & adhibita ad conciliationem: Secundo, dicit, *longè certior conciliationis rationem esse promissionem introducendi populum, non repugnare voluntati puniendi, quia facta sit sub conditione, & impleta sit re ipsa respectu gentis in genere*, at nec nos dicimus, voluntatem puniendi repugnare promissioni introducendi, quia dicimus, esse voluntatis consequentis, quæ non repugnat voluntati antecedenti, sed illam præsupponit, præterea conciliat ita *Turretinus*, ut in nostram sententiam transeat, dicit enim, *DEVM voluisse introducere in terram Canaan Israelitas sub conditione*, Ergò voluit voluntate antecedente, hæc enim est conditionata, non quidem in sensu Amyraldino, sed orthodoxo, vult enim DEUS omnes homines salvos fieri, sed non seu fideles, sive infideles sint, verum sub conditione fidei ad-

R a

implem-

implendæ: Denique frustra dicitur, hanc promissionem intelligendam esse de gente in genere, promisit enim introductionem in terram Canaan non genti in genere, sed illis individuis, quæ prostrata sunt in deserto, ut constat *Exodi III, 16, 7.* collato cum *IV, 29, 30.* Tertio, *Voluntatem salvandi omnes homines dicit non evertere decretum reprobationis, multos prætereundi, quia non sit voluntas decernens,* per meram petitionem principit, ut hætenus per plura est demonstratum, & vocari ad nuptias per voluntatem præcepti, qui tamen exclusi per voluntatem beneplaciti, ne quidem in hominem candidum cadit: fingit enim aliquem vocare ad cœnam nuptialem decem viros, & nolle voluntate beneplaciti, ut adveniant, sed maxima illorum pars usque ad septem vel octo non accedat, quis non insignem diceret hypocritam, qui ita vocaret ad cœnam nuptialem?

Author a) distinctionem voluntatis in efficacem & inefficacem proponit, sed negat, referri posse saltem ad voluntatem decernentem, prout ab adversariis intelligatur, qui competere DEO velleitates perendant, & irrita desideria, at falsè nobis imputat velleitates in DEO, velleitates enim suspenditur à conditione impossibili, ideoque DEO non est tribuenda, neque struendum, velleitates dicere medium quoddam inter voluntatem efficacem & inefficacem, quo tamen posito Turretini caderet accusatio, quasi scilicet DEO tribueremus velleitates, & referremus illas ad voluntatem decernentem seu efficacem. b) Probat hoc, quia restatur Scriptura, immutabile esse DEI consilium, & voluntati ejus neminem posse resistere, at primum dictum non probat intentum, quia consilium DEI in loco allegato tale nobis proponitur, quod fundatur in illius scientia, qualem foundationem negat Turretinus. Alterum verò non est assertio Pauli, sed Iudei disputantis: Tertio dicit, voluntatem inefficacem non posse DEO tribui, quin arguatur ipse vel ignorantia, vel impotentia: at quomodo DEO tribuet Turretinus amorem possibilem, qui amor est actus voluntatis, num dicendum erit, DEUM non amare creaturas possibilem? præterea nullam ignorantiam in DEO arguit voluntas inefficax, tunc enim evanescit non successurum, quem tamen ex amplitudine misericordie suæ intendit, denique nec impotentia, quia non intendit absolute & secundum potentiam irresistibilem, sed ordinatè & per media à se ipso disposita, ad hocque secundum potentiam ordinatam.

*ordinatam, nec hoc fit ex impotentia, sed ex libertate divinâ amplif-  
simâ.*

XVI. Dicit, *Omniem voluntatem DEI esse efficacem, non tamen  
confestim esse efficiensem*, atque hoc vult, voluntatem etiam permit-  
tendi peccata esse efficacem, ut non dicatur efficiens esse peccato-  
rum, mox enim subjungit, *esse quoque efficaciam in malis*, verum ma-  
lè: Nam si voluntas DEI est efficax, quæ permittit peccata, *efficax*  
erit *per vim intrinsicam atque analogam actui primo*, adeoque efficaci-  
ter DEUS volet peccata, si ergò ut ita loquamur, voluntas ista effi-  
cax, progreditur ad actum secundum, erit efficiens: Præterea volunta-  
tem efficacem in peccatis nos meritò negamus, quia Scriptura asserit  
oppositum, dicitur enim in Pl. V. Non es DEUS volens iniquitates. Si  
ergò non est volens iniquitates, multò minus volens est efficaciter,  
quâ voluntate efficaci existit peccatum in rerum natura: Denique om-  
nia, quæ de voluntate efficaci dicuntur, ita sunt exponenda, ut  
non nisi ad bona referantur, non ad mala, quod vult *Turretinus*.

XVII. Author excutit loca, quæ desiderium vel votum DEO  
tribuunt, & dicit, *non argueve voluntatem aliquam in DEO inefficacem,  
sed humanitatis dicta esse ἡσυχαστικῶς intelligenda*: At primò, posito,  
quòd vota & desideria illa de DEO enuntientur per *ἀνθρώπων ἡσυχῶν*,  
adeoque figuratè, num propterea vis & virtus significandi illis detra-  
hetur, annon figuratæ locutiones etiam in Scripturâ significant id,  
quod per figuram designatur? Posito, quòd *ἡσυχαστικῶς* sint intelli-  
genda, num tamen oppositum illius, quod primâ facie produat,  
*ἡσυχαστικῶς* erit intelligendum? v. g. Utinam populus meus obtem-  
perasset mihi, significavit utique, utinam populus non obtemperas-  
set; Posito, *ἀνθρώπων ἡσυχῶν* esse intelligendam, quemadmodùm  
aures & oculi DEO tribuantur, at intellectus & promptitudo exau-  
diendi *ἡσυχαστικῶς* oppositum significabunt, ignorantiam DEO tri-  
buent, aversionem exauditionis &c. anne parabola in Scripturâ pro-  
positæ non fundant determinatam sensum, quem primâ fronte pro-  
mittunt, sed oppositum? Sanè dicuntur absurdissimè omnia: b)  
Quomodo dicta illa figuratè sint intelligenda, & per *ἀνθρώπων ἡσυχῶν*  
quæ citra figuram claris & perspicuis verbis habentur in Scripturâ?

v. g. Nolo mortem peccatoris, DEUS, vult omnes homines salvos fieri, non vult, ut ullus pereat, &c. an hæc non propriè dicantur? sed per figuram *ἀνθρώπων θάνατος*? Teriò, Si oppositus sensus vi divinitus intelligendi dictum, ac *ἵσμεν* accipiendi obtinet secundum *Calvinianos*, hoc dictum, DEUS vult omnes salvos fieri, & consimiliter ita potius essent enuntianda, DEUS non vult omnes salvos fieri, quia maximam partem hominum damnavit ad exitium, quemadmodum secundum *Calvinianos* dictum illud *affirmativè* enuntiatur, quia DEUS vult aliquos, eosque paucos salvos fieri; Falsum ergò, quòd si ad præteritum referantur, nil aliud notent, quam seriam improbationem peccatorum commissorum; si ad futurum, inquant tantum seriam mandatum promissionibus & comminationibus suis suffultum, annon enim DEUS propriè voluit, ut populus obtemperaret sibi, ut attenderet ad mandata sua? annon propriè voluit, ut talem habeant mentem, ut timeant ipsum, & custodiant mandata illius?

XVIII. Excussit dictum *Ex. XVIII.* atq; dicit, *nil facere pro voluntate inefficace vel velleitate DEI, quia verbum xpm quod ibi occurrit non tam desiderium quàm delectationem significet*: verum Primò tribuit nobis sententiam, quam nunquam probarunt Theologi nostri, quam non deduxerunt ex h. l. nempe Deo competere velleitatem quandam quam semper removerunt à DEO, voluntatem inefficacem ex parte ipsius DEI, & non potius ex parte eventus: b) Licet *Calviniani* quamplurima confixerint circa dictum hoc, ut videre est apud *Juvenium & Trimellium, Spanhemium, &c.* tamen illi subsistunt in voce *kaphes* atq; volunt illam significare, non *Voluntatem* aut *desiderium*, sed *delectationem*, ut sensus sit, *nolo mortem peccatoris, h. e. non delector morte peccatoris*, Ast a) distinguit, quæ non sunt distinguenda, posito enim, verbum *kaphes* notare delectationem, non excludet voluntatem, illis enim delectamur etiam, quæ volumus, imò *delectatio dicitur gradum intensum volitionis*, unde etiam *Perotus* in cornucopia scribit, quoniam quæ grata sunt jucunda nos attrahere & allicere solent. factum est ut delectari sit gratum esse, ac jucunditate afficere. Sanè quòd delectat, id gratum id jucundum, & consequenter bonum est, adeoque objectum voluntatis circa quod

v. g.

versatur: b) Ut in hominibus quandoque *Voluntas & delectatio* distinguantur: v. g. æger vult potionem amaram, non tamen delectatur eâ, in DEO tamen non possunt ita distingui, quia quocumque DEUS delectatur, id etiam vult, quemadmodum qui non delectatur, utpote peccato, id etiam non vult, *Pf. V, 5.* atque hic notare voluntatem propriè sic dictam, patet tùm ex usu Scripturæ, *Pf. V, 5. CXV, 3. CXLVII, 10.* tùm ex LXX. Interpretibus, qui vertunt per *ἡλεν*, per velle in plerisque locis, tùm ex hoc ipso loco in præsentibus, ubi *intensam & enixam voluntatem* designat, adhibitum fuit hoc vocabulum non semel, sed bis, uti etiam apud Græcos Interpretes, *μη θελήσῃ θελήσω τὸν θάνατον τῷ ἁγίῳ*, adeoque emphaticè usurpatum à Prophetâ: c) Calvinianos ex Calvinianis, Turretinum ex Sociis refutamus, nam Corceus in *Lexico* vertit vocem *καρθεζ* per *ἀγαπᾶν*, allegat dicta Scripturæ, quæ voluntatem propriè dictam notant, *Hof. XI, 6. Pf. CXXXV, 6.* charitatem vobis, non sacrificium, annon DEUS potest dici charitatem propriè velle? addimus locum *Psal. LI, 18. 22.* &c. et si *καρθεζ* notat *ἀγαπᾶν*, notat *intensam volitionis affectum*, ipso Spanhemio Interprete, qui ad dictum *Joh. III. DEUS dilexit mundum.*, ut eludat nostram argumentam, dicit, *ἀγαπᾶν* hic occurrere, quod distinguitur τῷ *φιλεῖν*, atque potest volitionem seriam, affectum intensum, oppositum τῷ *φιλεῖν*, quod languidiorem & remissionem significet; frustra itaque Turretinus dicit, DEUM velle *resipiscentiæ approbativè & præceptivè*, et si illam respectu omnium nolit *decretivè & effectivè*, siuge enim DEUM velle *resipiscentiæ* respectu omnium *approbativè & præceptivè*, quomodo potest oppositum illius velle quod approbat, quod præcipit? annon decreto opposito improbat potius *resipiscentiæ peccatorum*, hæc enim sunt opposita.

XIX. Antor proponit *distinctionem voluntatis in absolutam & conditionatam*, sed in tantum, in quantum refertur ad voluntatem præcepti, si verò intelligatur de voluntate decreti & beneplaciti meritis exempli dicit, quia DEO sit indigna: at a) *absoluta & conditionata voluntas* non tantum dicuntur ratione voluntatis præcepti, tùm quia hæc distinctio est distinctio voluntatis divinæ, non metonymicè accepta vo-

*luntate*, ut vult Turretinus. De præcepto vel mandato exteriores tùm quia si voluntate præcepti tantùm voluntas absoluta & conditionata dicuntur, voluntas conditionata planè non erit voluntas, quia in DEO datur opposita voluntas, v. g. DEUS vult secundùm Calvinianos voluntate præcepti, ut omnes salvi fiant, at hoc nunquam volet, nec volet in æternum, sed potius opposita voluntas in DEO datur, scilicet, ex mente Calvinianorum: tùm quia *Voluntas absoluta* ut DEO non competit *figuratè & metonymicè*, sed *proprie*, e. g. voluntas creandi mundum conservandi & gubernandi, ita quoque conditionata DEO non competit *metonymicè*, sed *proprie*, & citra figuram: b) si Promissiones & Comminationes proponuntur conditionatè si quam erit voluntatem divinam internam, cum connotato non quidem absolutè esse conditionata, nam si vir bonus & ingenuus aliquid promittit conditionatè, aliquid comminatur conditionatè ita ut voluntatem habeat seriam exequendi, si conditio ponatur, quantò magis promissiones & comminationes indicium erunt voluntatis conditionatæ, quæ positâ conditione adimpleatur? c) *Indignam esse à DEO & repugnantem tam independentiæ tùm sapientiæ voluntatem conditionatam*, si de voluntate beneplaciti exponatur, frustra dicit, quia tùm demùm indigna esset DEO, repugnaret sapientiæ, independentiæ & potentiæ, si statueremus voluntatem illam beneplaciti non esse *conditionatam*, sed *absolutam*, voluntas enim beneplaciti conditionata non nititur independentia DEI, quia DEUS sese ipse allegavit ad media, non sapientiæ, quia prævidet sub conditione; quæ aut impletur, aut non impletur, neutro autem modo sapientiæ divina fallitur, aut periclitatur: quia denique *potentia* nititur non *absolutè*, sed *limitatè & ordinatè*.

XX. Terribilè proponit argumentum, quo Spanbemiur gloriantur tanquam insolubili, & dicit, *conditionem sub quâ concipitur DEUS aliquid velle, vel certò esse futuram ex decreto DEI, vel non certò futuram, imò nec possibilem; si prius fore absolutum, si posterius factum DEUS serio aliquid invenire sub conditione nunquam futurâ imò & impossibilem*, sed larva est: Nō a) conditio sub quâ concipitur DEUM aliquid velle non semper certò futura est ex DEI decreto, sic v. g. DEUS vult omnes homines salvos fieri sub conditione fidei, nec tamen illa conditio



ditio in omnibus certò futura est ex decreto DEI : Secundò dicit, *vel certò non futura, imò nec possibilis*. At non quod certò non est futurum, propterea inter impossibilia est referendum, adeoque malè annectitur conditioni certò non futuræ, aliud enim est *statum possibilitatis*, aliud *statum futuritionis*, quæ afficitur certitudine, vel incertitudine. Tertio neutrum cornu sequitur, si scilicet DEUS aliquid velit sub conditione certò futurâ ex DEI decreto, non amplius fore conditionatum, sed absolutum, quia potest aliquid velle futurum ex *decreto conditionato*, neque propterea processus in infinitum ad ætendendus; Posterius cornu non ferit, quia DEUS feridè intendit omnium salutem sub conditione nunquam futurâ, nec tamen impossibili. b) Hoc argumentum speciosius proponit *Spanhemius*, & toties repetit *pag. 6. 7. 130. 132.* usque concludit, *vel absolute vult DEVS omnes salvos fieri, vel conditionate, si absolute, omnes salvi fient, si conditionate, vel conditionem illam ad salutem necessariam in omnibus vult efficere vel tantùm exigere, si hoc, talium salutem non vult, exigendo à più actum quem novit non magis odis præstare posse, quam Aethiopem nigrorem, Pardum ma-  
vulæ exuere, & Lazarum surgere ex sepulchro, sin verò in iis actum vult efficere, vel illum donadè efficere vult absolute; vel conditionate, si absolute efficietur in omnibus, & sic omnes actu salutem consequentur; si conditionate, Serra reciprocatur per eandem lineam, & questio redit de hujus conditionis conditione, qua tandem coincidet cum re per conditionem volitâ; Ast a) premit hoc argumentum, etiam ipsos Calvinianos ipsum *Spanhemium*, nam *Patres Dordraceni* consententur gratum esse DEO, ut omnes vocati ad se venirent, *Spanhemius* hoc ipsum probat & ratione adjunctâ confirmat, *quod enim bonum est*, inquit, *non potest non esse gratum DEO*, bonum verò est peccatorem resipiscere, & resipiscentem credere, nunc insto, & quæro, an absolute gratum sit, an sub conditione, si absolute, E. omnes vocati ad DEUM veniant, h. e. resipiscent ac credent; quod concedit *Spanhemius*, sin id sub conditione DEO gratum, illam conditionem ad salutem necessariam DEUS in omnibus vult vel efficere vel exigere, si hoc tantùm, tales venire ad se DEO gratum non est, à quibus scilicet ut veniant actum exigat, quem novit non magis præstare posse, quam Aethiopem nigrorem, Pardum ma-  
vulæ, Lazarum è sepulchro redire; sin verò*

S

DEO

DEO gratam est illum actum efficere, hoc ipsum denuò vel absolute vel conditionatè gratum est, si absolute actus ille in omnibus vocatis fiet, adeoque salvabuntur omnes vocati, si conditionatè Serax per eandem lineam recipiabitur, quicquid responderit, habeat sibi responsum: b) Judæos, qui Jeremiæ tempore vivebant, volebat DEUS salvari, unde studiosè à vititiis advocavit, ut illis beneficeret, & tandem salvaret, nihilominus disertè de ipsis dicit Propheta, si mutare potest Æthiops pellem suam, aut Pardus varietates suas & vos poteritis benefacere, &c. Jer. Xlii, 29. E/s. LXF, 12. dicit DEUS, quæ nolui elegistis, imò Christus Joh. V, 44. dicit, quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis, & gloriam, quæ à solo DEO est, non queritis, & tamen hos, quos ita morat affectos esse, voluit salvos, dicitur enim eodem cap. V. 34 hæc dico ut salvemini: c) *περὶ τῶν Ἰουδαίων* est in hoc dilemmate, quod impossibile esse existimet *Spanhemus*, DEUM eorum salutem velle; à quibus actum exigit, quem novit ex viribus naturæ non posse præstare, non magis quàm Æthiopem nigrorem, Pardum maculas exuere, & Lazarum redire: Textid, quid si dicamus DEUM velle conditionem fidei, & salutem sub ista conditione non absolute, quod quidem concedunt, sed conditionatè, nempe sub *conditio non resistencia, non repudiationis meliorum gratia*, atque sic conditionis dari conditionem, nec tamen Serax per eandem lineam recipiari, DEUM enim fidem vult conferre, mediis gratiæ non obstantibus, in quâ non resistencia tanquam ultimo est subsistendum: nec propterea processum in infinitum metnimus.

XXI. Dicit, ne aberramus voluntatem conditionatam vel à priori dici conditionatè vel à posteriori: At meris præstigiis terminorum loquitur, tum quia dicit, posteriori sensu deum voluntatem dici posse conditionalem, cum tamen de hoc non sit quæstio, tum quia hæc ratione salutem vult esse conditionatam, non autem voluntatem DEI, conferendi salutem, adeoque harmoniam illam turbat, quæ est inter decretum & illius executionem: tum quia ipse agnoscit, stante hac distinctione minùs accuratè posse dici voluntatem DEI conditionalem, quia semper supponit decretum absolutum conferendi salutem electis.

XXII. Di-

**XXII.** Dicit, *aliud esse conditionem si tenere à parte actûs interni, aliud à parte objecti externi, & posteriori modo vult concedere voluntatem conditionatam.* Verùm primò contra nostros Theologos, quibus absurdum intentat, cujus tamen rei non sunt, cum ipsimet distinguant *voluntatem DEI, prout in ipso potentiam dicit, vel actum vitalem ex parte DEI, vel ut dicit, volitionem cum connotato, & terminationem ad objectum,* non dicunt, voluntatem DEI esse conditionatam ex parte ipsius DEI, aut quatenus voluntas concipitur sub ratione potentie aut actûs vitalis, nisi vellent admittere DEUM quoq; conditionatum, ut quidam Calviniani ingerunt, sed dicunt, voluntatem DEI conditionatam dari, si illa spectetur cum connotato: *b)* Malè explicat conditionem à parte objecti, ita enim tantùm volita dicit conditionata esse, non ipsam voluntatem: *c)* Dicit, *non priori modo voluntatem esse conditionatam, scilicet à parte actûs interni,* quod tamen non simpliciter negandum, sed actus internus distinctus est in actum simpliciter internum, prout præcisè spectatur, & in incertum cum connotato.

**XXIII.** Propositionem illam evolvit Author, *quod DEVS dicitur velle hominibus salutem, si crediderint, aut enim significare DEVM, & c.* at malè ita distinguit, tum quia DEUS non tantùm hunc ordinem statuit, ut salus nobis obtingat sub conditione fidei, sed etiam hanc intentionem habet, omnibus fidem conferendi, ut salutem assequantur, tanquam medium ad hunc finem necessarium: Secundò malè confundit *voluntatem antecedentem & consequentem,* dum dicit, ex conditione fidei positâ vel prævisâ oriri voluntatem conferendi hominibus salutem, at hoc est *consequentis non antecedentis* indicium, sanè voluntas DEI antecedens omnibus hominibus intendit salutem præscindendo, dum credant vel non credant, vult enim etiam salutem reproborum illâ antecedente, tum quia si de voluntate consequente ipsi sermo est ut esse debet, non falsa est hoc sensu propositio ex ratione, quia nihil temporale possit esse causa illius quod æternum est, si Ies enim prævisâ nondum est fides temporalis seu in tempore existens, sed tanquam scibile quoddam objectum scientiæ diviniæ, adeoque ab æterno cognitum, quod autem addit, quod DEUS non velit servare homines, si credant, sed eos velit credere, ut serventur,

hæc ut dextrè dicuntur contra *Amraldum*, qui semper dicit, *DEUM* velle *servare homines*, si credant, *verum decretum conferendi fidem particulare facit*; ita nostros non ferit, qui non dicunt, *DEUM* velle homines salvare, si credant, sed & velle omnes salvari, seu illis velle salutem in ratione finis, & simul velle conferre medium, nempe fidem ad salutem necessarium.

## QUESTIO XVII.

Disputat, *An voluntatis DEI aliqua possit dari causa*, & notat ad statum conditionis, aliud esse *querere de ratione voluntatis DEI*, aliud de causa: *Non queri, an aliqua dari possit ratione voluntatis DEI, sed de causa propriè sic dicta.* At hic fovet doctrinam Calvinianam, quæ evertit omnem fidem. Nam a) posito, non posse dari causam, sed rationem tantum voluntatis divinæ, semetipsum ferit, idem enim negat causam dari voluntatis divinæ, quia scilicet aliquid extra *DEUM* moveret *DEUM*, quod aut creatum, aut increatum, ut disputat *Mendelinus*, at ex eadem ratione etiam rejicienda est ratio à priori, nam ita dabitur aliquid antecedens extra *DEUM* ad ipsum *DEUM*, quod ipse *Turretinus* & ceteri *Calviniani* nunquam concedent, si enim concesserint in nostram transibunt sententiam, & his tantum erit de terminis, utrum id quod *DEUM* movet, sit appellandum causa, an ratio à priori, imò ipse *Turretinus* in seq. *Questione* docet, dari aliquid antecedenter justum vel bonum ad voluntatem divinam, quod intrinsecum est, ergo admittit præsupponi voluntati divinæ aliquid antecedens illam. b) Allegat *Augustinum*, qui dicit: *Voluntatis DEI causam occultam esse posse, non injustam*, & dicit, *causam sumi pro ratione, sed male*, tum quia *Augustinus* aperte dicit, occultam causam esse posse, non rationem, tum quia alibi, cum videtur negare inquirendam causam voluntatis divinæ, tantum eâ ratione causam rejicit voluntatis divinæ, quâ *Pelagiani* statuebant, dari ex meritis præviis causam voluntatis divinæ: tum quia non simpliciter causam voluntatis divinæ rejicit, sed stilum ita temperat, ut reprehendat illos, non qui causam, sed qui causas, non qui quæruunt & inveniunt, sed qui sine fine quæruunt. c) Evertit hæc assertione totam ferè Theologiam, *Non dari, dicit, causam propriè dictam, quæ voluntatem DEI moveat ad hoc vel illud*

*sed volendam*, at dicat de pœnis quas DEUS immittit, an illas non dicat causam moventem DEUM ad pœnam & afflictiones immittendas? annon peccata Sodomitarum fuerunt causa propriè sic dicta incendii immitti, *Genes. XVIII. XIX.* & consequenter ipsius decreti de immittendis pœnis: annon dicimur electi in Christo tanquam causa meritoria, annon DEUS præmia distribuit piis ex causa propriè sic dictæ pietatis.

III. Secundò probat, *Non dari causam voluntatù divinæ, partim quia voluntas sit causa omnium rerum, partim quia DEO nihil sit prius, partim quia voluntas DEI sit æterna, ideoque nullam possit habere causam extra se non æternam.* Athæc malè concludunt: Priora enim in tantum admittitur, ut voluntatem DEI dicamus causam omnium rerum, scilicet in tempore existentium, neque hoc absolutè, quia aliàs omnia peccata essent refundenda in voluntatem DEI: Secundò DEO nihil prius est, scilicet realiter, & quantum ad existentiam entis cuiusdam prioris, at *objectivè* DEO aliquid esse prius non est absurdum, *objectivè* enim & *in signo rationis* prius est scibile scientia DEI: Tertiò, Voluntas DEI ut huc est æterna, nec tamen propterea sequitur, non posse habere causam extra se non æternam, aut enim hoc intelligitur de *causâ Physicâ Physico influxu agentis*, aut de *causâ materiali*, si de priori concedimus, si de posteriori absolutè negamus, nam v. gr. causa movens DEUM ad salutem conferendam in Vet. Testamento fuit passio & mors Christi satisfactoria, nec tamen tùm temporis existit, interim tamen movit DEUM, ut Patriarchis illius intuitu æternam salutem conferret.

IV. Rigidiùs agit, & dicit: *Aliud esse causam dari, ex parte actus volendi, aliud ex parte rei volite, priori sensu negat, posteriori autem concedit;* At verò maximè dari causam *ex parte actus volendi*, patet ex eo, quia DEUS dicitur nos elegisse in Christo, electio autem non est res volita, sed ipse actus volendi in DEO: Si itaque electi sumus non absolutè, sed *in Christo* tanquam *causâ meritoria*, dabitur causa voluntatis divinæ non tantum ex parte rei volitæ, sed & ex parte actus volendi: Secundò dicit, *Christum posse dici causam salutis decretæ, sed non decretæ salutis*, sed absurdissimè, ita enim Christum cum suo merito, & satisfactione tantum refert ad *mediam executivam*, cum tamen intuitu

meriti & satisfactionis Christi decretum salutis factum sit, falsum enim est ex solo DEI beneplacito fluxisse illud DEI decretum, si ergo hoc, & ita non necessaria fuit satisfactio Christi respectu electorum, quia absolute citra intuitum meriti & satisfactionis illi fuerunt dilecti & electi: Tertio Scholasticos adducit, dicentes: *DEUS velle hoc propter hoc, sed non propter hoc velle hoc, &c.* At hæc frustra adducuntur, tum quia *Thomas*, qui hæc phrasibus usus fuit, non simpliciter negavit *causam vel rationem voluntatis divinae*, tantum iusto fuit scrupulosior in terminis, ut patet ex *Interpretibus*; tum quia hoc merito procedit ex *sensione decreti absoluti*, quasi scilicet DEUS non velit nos propter Christum salvare decreto, cum tamen harmonia executionis & decreti hoc ipsum requirat, tum quia Christus tanquam causa meritoria, non tantum se tenet ex parte salutis, quam nobis acquisivit, sed etiam ex parte decreti divini, cum DEUS non tantum conferat, sed etiam decernat nobis salutem intuitu satisfactionis & meriti Christi.

V. Proprietates DEI distinguit in absolutas & respectivas, & dicit, *ita de actibus voluntatis, quæ juxta illas operantur, ratiocinandam esse, nam cum operetur ex proprietatibus absolutis nullam esse causam, &c.* cum vero agit ex respectivis, ut ex iustitia ad puniendum, vel ex misericordia ad salvandum, licet qualitas quadam semper in objecto supponatur, non posse habere locum causa proprie dicta: At Primò in hæc Thesitacitè supponit illam distinctionem Calvinianam in reprobationem & damnationem, sive in reprobationem negativam & positivam, negativam dicunt, quæ DEUS præterierit homines ex mera iudicia, positivam, quæ scilicet damnat homines propter peccata originalia, actualia & incredulitatem, at male; nam 1) reprobatio positiva potius est præponenda præteritioni, nam quod Primùm est in intentione, id ultimum est in executione, & vice versa; At damnatio æterna in reprobis est ultimum DEI reprobans effectum, Ergò Primùm, quod de reprobis constituit DEUS ab æterno; posita itaque hæc distinctione & admissa, reprobatio positiva, quæ facta intuitu peccati præponenda erit negativæ seu præteritioni; Secundò absurdissima est distinctio, nam si DEUS præterierit homines quosdam, reliquit eos sub ira, sub maledictione extra statum gratiæ, At qui ita relinquitur, ille damnatur

anatur, ille destinatur ad damnationem, ut enim Electio destinationem dicit ad salutem ita reprobatio negativa dicit destinationem ad damnationem. Tertio hæc ratione fingitur, DEUM quædam *visus* respicere, nam si non decrevit vitam dare tam multis, aut contrarium decrevit scil. damnationem, aut nihil de illis certo definitivisset, aut decrevisse putandus erit, unde hanc distinctionem non tantum exhibitant nostri, sed & ex Calvinianis *Zanchius, Wittakerus & Petrus Molinæ*: b) Ineptissime confert creationem & electionem unius præ alio, Creatio enim est *actus absolutissima potentia*, Electio autem unius præ alio non procedit ex absolutâ potentia, sed est actus limitatus, qui respicit ex *sententia sublapso- rum* ad minimum miseriam hominis, quæ est causa *in cap. 1. p. 1. d. 1.* movens DEUM ad succurrendum hominibus præ diabolis. c) Tangit *Calvismum suum*, dum asserit etiam in reprobatione positiva, licet qualitas quædam supponatur semper in objecto, non posse locum habere causæ propriè dictæ, E. peccatum originale & actuale, incredulitas fœnalis, erunt quidem qualitas quædam in homine damnando, sed non causa meritoria damnationis, quod oppidò absurdum, nec adj. Et ratio concludit, quia scilicet, sic omnes damnantur, quia sunt peccatores vel omnes salvarentur, quia sunt miseri. DEUS enim in electione non tantum respicit ad peccatum nec tantum ad miseriam, sed vel maxime ad Christum, vadem, sponsores & expromissores nostrum tanquam causam meritoriam, ut sese habet in tempore ad nostram salutem.

## QUESTIO XXII.

Disputat de Potentiâ DEI, & querit, *Qualis sit DEI omnipotentia, an se extendat ad ea, quæ implicant contradictionem, atq; negat, confestim autem in limine impingit, dum dicit, Potentiam DEI distinguendam esse à potestate seu iurisdictione, quæ ius & autoritatem aliquid faciendi notat.* At a) in DEO non potest distingui *divinitus & iurisdictione*, cum *iurisdictione* in DEO si ipsa *divinitus*. b) Ex hypothesis Calvinianâ ortâ est hæc distinctio, nam cum Christus dicit, *data est mihi omnis iurisdictione in celo & in terrâ*, atque nostri ex illo loco probant *iurisdictionem* divinam.

divinam esse communicatam naturæ humanæ, concedunt *Calviniani*, sed dicunt distinctam esse *ἐξουσίαν* à *δυνάμει*, quam *Christus sibi non tribuat*. 1) Confictam esse hanc distinctionem à *Calviniano* patet, tùm ex eo, quia promiscuè usurpantur *ἐξουσία* & *δύναμις* in Scripturâ atque invicem permutantur, ut patet ex *Luc. IV. 36. Eph. III, 20. 21. Hebr. 1, 3.* tùm ex eo, quia etiam agno, h. e. Christo, tribuitur *δύναμις* *καὶ ἰχθὺς*, *Apocal. V, 13.* tùm ex eo, quia Christo hîc tribuitur *πᾶσα ἐξουσία*, *ἐξουσία* extendens sese ad cælum & terram, quod in descriptione DEI tanquam character divinus ponitur, *Gen. XIV, 22. Matt. XII, 25. Actor. XVII, 24.* *ἐξουσία* talis, quæ fundat ministerium verbi, & usum Sacramentorum, *ἐξουσία* quoque talis, ex qua ipse *Martinus Calvinianus Bremensis* cum *Pareo* probat divinitatem Filii.

III. In hæc Thesi distinguit & dicit, *Non quasi de potentia actuali & ordinatâ, secundum quam DEVS actu & irresistibiliter facit, quæcumque vult facere, sed de absolutâ &c.* ast malè: Nam potentia, quæ irresistibiliter agit, est potentia omnia perfringens, omnia superans, cui nulla creatura potest resistere, at hæc est absoluta, non actualis & ordinata. 2) Potentia ordinata dicitur respectu ordinis, quem DEUS observat in dispositione mediorum, at quæ talis est, non potest dici irresistibilis, si enim mediis gratiæ homines possunt resistere, ut patet ex *Actor. VII*, potentia ordinata non erit irresistibilis, sed eo ipso, quo ordinata resistibilis. 3) Confundi potentiam ordinatam cum absolutâ ex probatione patet, quam adducit ex *Ps. CXXXV, 3.* ubi dicitur, *DEVS noster est &c.* et hoc dictum agit de Potentiâ DEI absolutâ, quam contradistinguit ordinatâ, & tamen adhibet ad probandam potentiam actualem & ordinatam.

V. Excusare nititur *Calvinum*, qui potentiam absolutam rejicit, tanquam commentum profanum & detestabile, & dicit, illud intelligendum esse, secundum quosdam, ratione abusus *Scholasticorum*; Verùm malè excusat, nam *Calvinus* non tantùm dicit, commentum illud absolutæ potentiæ esse profanum & detestabile, *l. 3. instit. c. 23.* sed etiam reperit in *Commentario super Esa. XXIII*, scribens: *Commentum illud de absolutâ potentiâ DEI, quod Scholastici inveniunt, exetrandâ est blasphemia*, proin statuendum est *Calvinum* negasse potentiam absolutam.

Secun-



Secundò dicit, *Calvinum non intellexisse absolute, sed ratione abusu Scholasticorum*; et ita rejicere debuisset non ipsam potentiam absolutam, non usum distinctionis in potentiam absolutam & ordinatam, non blasphemix accusare & profanitatis, sed tantum abusum accusare, qui non tollit usum. 3) Agnovit ipse *Zanchium Calvinianum*, quòd ex Sociis Religionis quidam justo longius progressi sint, idcoq; scribit, *Certe inficari non possumus absolutam DEI potentiam, ut nonnulli faciunt magni alioquin Viri, qui contendunt, non latius se extendere DEI potentiam, quam voluntatem*: Malè E. & Massonius dicit, tantum commentum Scholasticorum rejecisse Calvinum, cum tamen non sit commentum Scholasticorum illa distinctio, sed in Scripturnis fundata, & ab ipso Turretino in Th. III. probata, cum Scholastici hinc non errant, sed sana verba fuderint, & aliud sit distinctio, aliud distinctionis applicatio; Posito; quod quidam in applicatione errant, non tamen errant in distinctione.

VI. Dicit objectum potentia DEI nil aliud esse, quàm tò possibile, sicut omniscentia objectum sit scibile. Ast hinc distinctius esset progrediendum: Nam a) si possibile est objectum omnipotentix sicut scibile objectum est scientix, consequens erit, sicut scientia DEI non dependet à scibili, neque potentia à possibili, ita quoque nobis non posse imponi, quod ille in materia de voluntate DEI urget, nempe dari aliquid secundum nostram sententiam ad extra, à quo voluntas DEI dependeat, quæ tamen sit prima rerum causa; quicquid jam hinc dixerit, sibi dictum putet nempe non ab objecto antecedente concludi dependentiam illius quæ circa objectum occupatur. 2. Distinctius esse explicandum patet illud tò possibile, quia varix controversix & opiniones circa id locum habent, possibile n. dicitur vel ab omnipotentia DEI, vel à scientia DEI illam possibilitatem cognoscente, & à simili cognitione nostrâ, si primùm, committitur circulus vitiosissimus: Ensem enim dicitur possibile ab ipsa omnipotentia, quia per ipsam esse potest, declaratur utique potentia per objectum, & hoc nempe possibile per potentiam: si secunda sententia obtinet, quæ est Scoti, sequitur, quia DEUS cognoscit res ut sunt, adeoque etiam res tales, quia tales sunt, non posse hanc sententiam stare, quia prius est rem esse possibilem, quàm ut talem, nempe possibilem cognosci, si tertia opinio, quam Domini-

quis *Sonus* defendit, subsisteret, ut illud impossibile sit, quod statim ac propositum est, intellectus noster respuit, & consequenter, quod amplectitur, possibile est, res erit possibilis vel impossibilis, non antecedenter ad nostram cognitionem, quod absurdum, neq; mysteria transcendent nostram rationem & intelligentiam, atque ita non falsum erit, aliquid à DEO fieri non posse, quia à nobis concipi non potest, etsi nullam contradictionem implicet. 6) Paucis explicat, quid sit possibile, nempe quicquid fieri non repugnat, at sicut hæc concisè dicta sunt, ita longè explicatius dicendum, quod illud sit possibile, illud obiectum omnipotentiae divinæ, quod contradictionem non implicat.

XI. Agit de iudicio super contradictoria, & dicit, *repugnantiam aliam esse immediatam & explicitam, aliam mediatam & implicitam, &c. accidens non inhaerens*: Sed malè; Nam Primò non possunt dici termini repugnantes virtualiter contradictionem includentes: quando de subiecto negantur proprietates inseparabiles, partim quia Scriptura docet proprietates separari posse à subiecto. g. gravitatem à ferro, 2. Reg. VI, 6: ustionem ab igne, Dan. III, 22. 23. 24. partim, quia proprietates sunt accidentia, quæ non constituunt substantiam, sed *constitutam sequuntur*, ideoque separari possunt, salva substantiâ constituta in suo esse: partim, quia non hic cum *Calvinianis* disputamus ex puncto potentie ordinatæ sed absolutæ. Secundò quam nullum *ppius* apud DEUM impossibile, Luc. I, v. 37. Præterea quando dicitur hominem non risibilem, corpus non extensum, accidens non inhaerens posse DEUM non facere. limites figit nimium arctos potentie divinæ: Annon n. etiam potentiam risibilitatis DEUS potest separare ab homine? quo posito, homo nihilominus erit homo, i. e. animal rationale: annon extensio quantitativa à corpore, quæ se habet per modum alicujus circumstantiæ & accidentis? annon accidens quoddam potest constituere, quod non inhaereat, inhaerere enim non proprietatem dicit, sed actum; Posro E. inhaerentiam aptitudinalem esse de essentia accidentis, de qua tamen dubitat ipse *Vossius*, separaret a tamen DEUS poterit actum inhaerendi ab accidente.

In Th. XII. Auctor probat non cadere sub omnipotentiam illam repugnantiam, quia impossibilia non fieri possunt à DEO; quia potentia DEI *potest* &c. Verum a) quicquid hæc rationes inferant, non tamen

pro-

probant intentum *Turretini*, non enim impossibile est, hominem facere non risibilem, corpus non extensum, accidens non inhaerens, neque hæc suat non entia, nec hæc ratione idem simul esset, & non esset, aut nullum planè impossibile. b) Impossibilia utique non possunt fieri à DEO, quia sunt extra circum possibilem, quæ obiectum dicunt potentiaæ divinae, verum contradictoria esse impossibilia hoc ipsum est, quod negavit *Hülsemannus*, scripsit enim, *quæ in actu exercito sunt DEO possible intellectus humanus non capit, is enim sibi relicta mysteria materialiter & formaliter implicare contradictionem judicat*, atque hoc dicitur in ordine ad intellectum etiam irregentium, atque sic contradictoria non sunt impossibilia DEO, cum possit etiam illa quæ excedunt omnem intellectum, non tantum irregentium, *Eph. III, 20.* c) Quod dicit, potentiam DEI versari circa ens, id ipsum ita est accipiendum, quod scilicet versetur circa ens, ut indifferenter sese habet ad ens & non ens, prout conclusione prima *Tannærus* docet & ostendit, & quod reliqua concernit argumenta, illa intelligenda sunt de contradictoriis absolute talibus.

XX. Locum adducit ex *Mat. III, 9.* & præmissa generali responsione, transit ad speciales, & dicit, h. l. *posse vel figuratè intelligi de lapidibus non physicè, sed ethice &c.*

Sed, multa miscet: nam 1.) videtur esse contradictorium, DEUM ex lapidibus filios Abrahamæ suscitare, hoc quidem non est contradictorium DEUM posse ex lapidibus homines facere, qui enim ex nihilo potuit omnia producere, is quoque ex lapidibus potest homines facere, sed ex lapidibus filios Abrahamæ facere, id contradictorium esse videtur, nam filium Abrahamæ esse per dependentiam generativam, & tamen non dependere ab Abrahamo, id ipsum contradictionem involvere videtur: Verum rectè respondet *per filios Abrabæ non intelligi generatione tales sed imitatione*: 2. Malè explicat, dum dicit, *figuratè intelligi posse, de lapidibus non physicè, sed ethicè i. e. de gentibus aræneis, qui lapides colunt, & qui lapidibus in Scripturâ comparantur*: 1.) Cur ad figuram recurrit, cum tamen secundum literam possit intelligi. Sanè ipse *Turretinus* asserit ad literam posse intelligi hoc modo, *Si vos omnes malè peccatis, DEVS tamen nec erit vanus in promissa suâ, nec desit Abrahamæ posteritas*. 2.) Verba Christi sunt at-

enratissimè ponderanda , qui non dicit . potest DEUS ex lapidibus  
 suscitare filios Abrahæ , quemadmodum exemplar quoddam habet  
 ἐκ τῶν λίθων , quod admittit *Theophylactus* , quaque stante Interpreta-  
 tione illa figura forsan locum posset , sed ait ἐκ τῶν λίθων  
 τῶν , ex hisce lapidibus , qui erant præsentibus , qui jacebant in ripa  
 Jordanis quos digito quasi monstrat , DEUM posse filios Abrahæ su-  
 scitare , agit itaque de *lapidibus propriè & physicè* sic dictis , non *erbicè*  
*& impropriè* de lapidibus præsentibus , non futuris , quales erant gen-  
 tiles , qui demum post Apostolorum egressum in omnem orbem erant  
 convertendi . 3.) Lapis non potest dici neque in Scripturâ dicitur ,  
 qui lapides colit , statuas veneratur , aliàs sequitur hominem fidelem  
 & pium dicendum esse DEUM , qui DEUM colit , hinc non tantum  
*versiones Syra & Arabica , sed & Codices Græci plerique , & ferè omnes*  
*conspirant in vocem τῶν :* c) dicit , *proverbialiter & hypotheticè posse*  
*h. l. accipi , quomodo dicitur lapides clamaturi , Luc. XIX , 40 . ut innua-*  
*tur DEUM posse mediis extraordinariis & præternaturæ cursum populam*  
*sibi colligere , at proverbialem locutionem & hyperbolicam substituere :*  
 & fingere in locum Emphaticum est Scripturam pervertere , non  
 interpretari : Secundò ille non loquitur hyperbolicè , non proverbial-  
 liter , non ad media extraordinaria respicit , qui digito monstrat la-  
 pides , qui de illis annuntiat , quod possit ex illis producere filios  
 Abrahæ . 3.) Ita DEI potentia non commendatur , sed extennatur ,  
 quid enim magni , si Christus dixerit , DEUM posse mediis extraor-  
 dinariis præternaturæ cursum populam sibi colligere ? annon enim  
 potuit hoc ex hominibus , nec necessum fuit , ut ad lapides reflecteret ,  
 qui erant in ripa Jordanis ? Unde etiâ ipse Spanhemius *Dubio 33-*  
*propriè hæc verba accipit , & scribit : Duplex in DEO concipitur po-*  
*tentia activa , absoluta una , actualis altera ; sic duplicem Scholastici fin-*  
*gunt potentiam passivam in rebus , unam naturalem , alteram obedientia-*  
*lem , quarum illa ab agente naturali in actum deduci possit , ista ab agente*  
*santum vel supernaturali vel artificiali , & potentiam obedientialem me-*  
*lius dici potentiam negativam vel Logicam , quàm obedientialem propter*  
*conversionem hominis ex motu Pelagianum assertit , rectè hæc dicuntur*  
 quantum ad ipsam rem , sed non possunt probari 7) quod potentiam  
 obedientialem etiâ locum habere in ordine ad agens arti-  
 ficia-

ficiale, quanquam enim *Armandus à Bellovisu*, quem forsan hic sequitur, dicat, *potentiam obedientialem locum habere etiam in respectu ad agens artificiale*, hoc tamen admitti nequit, illa enim potentia, quæ fit cum respectu ad formam, non autem ad agens quoddam supernaturale non potest dici comprehendi sub potentia obedientiali, sed ad naturalem est referenda, quæcunque enim potentia per vires naturales in actum deducitur aut deduci potest, illa dicitur merito naturalis, at potentia v. g. in ligno ad Mercurium inde sculpendum per vires naturales in actum deduci potest, citra concursum DEI extraordinarium & specialem. ergò non sub potentia obedientiali, sed naturali comprehenditur. 2) Illam potentiam longè melius vocari Logicam, quàm obedientialem Criticè dicitur, adeoq; in terminis luditur, potentia enim obedientialis Philosophis non dicitur potentia quædam positiva, sed Potentia negativa, adeoque non dicit aptitudinem, sed non resistantiam, ideoque potest dici, obedientialis etiam in conversione hominis citra vitium *Pelagianumi*, & parum interest, seu dicatur Logica, seu obedientialis. 3) Ex eo rejicit *Spanhemius* hunc terminum, quia *obedientia fit actus rationalis & intellectualis, ejusmodi vero potentia non cadat in naturam brutam, in quâ tamen ejusmodi potentia obedientialis etiam concipiatur à Scholasticis*, at obedientialis dicitur non in sensu vulgari, quâ ratione famulus dicitur obedire hero suo, sed in sensu *Metaphysico, transumptivè*, quemadmodum enç est terminus transumptivus, quatenus se omnis creatura nata est subjeci agenti supremo, ut ex illâ, quicquid velit, possit facere, adeoque tantum ordinem dicit ad agens quoddam supernaturale. Et quia in hanc materiam incidimus, quæ aliàs insignem utilitatem habet, in controversiis Theologicis, ideoque non possumus absque censurâ dimittere etiam ex nostris quendam aliâ meritisimum Philosophum & Theologum *Johann. Scharfsium*, qui l. 2. c. 4. Exemplari *Metaphisicæ* habet, *potentia obedientialis est, quæ præter suam naturam alterius efficacia subjeci potest, ut exinde fiat actus, dicitur ita per analogiam, quod agenti externo quasi obediat, h. e. non resistat sufficienter, quæ potentia non tam est in subjecio passibili, quàm in agente, nempe quando virtus agentis tam valida est, ut etiam ex illo, quod de se non est habile, aliquid possit producere: sic dicitur ex lapidibus fieri posse filios Abrahæ, ubi*

tamen illa potentia ad filios Abrahæ non est in lapidibus, hi enim nullam inclinationem habent ad filios Abrahæ, sed unice querenda est illa potentia in agente, nempe in DEO, qui tam potens est, ut etiam ex ineptissima materia actum aliquem possit producere, sic juxta potentiam obedientialem ex aqua fit vinum, ex lapidibus producitur aqua, quæ potentia obedientialis dicitur respectu DEI. Malleus hæc Philoſopho non excidisse, interim probare non possumus, quod circa exemplum nostrum disputat. Nam a) potentiam obedientialem externam esse judicat, subijcibilem DEO, & tamen dicit illam esse in DEO, quomodo autem in DEO potest esse potentia quædam externa subijcibilis, & quæ præter suam naturam alicui Efficienti subditur aut subdi potest: Secundò, potentiam obedientialem ad passivam refert, At in DEO non est potentia quædam passiva, cum imperfectionem dicat: Tertiò confundit potentiam obedientialem cum illa potentia, quæ potentiam obedientialem in actum deducere potest, v. g. si in proposito subsistamus, potentia obedientialis erat in lapidibus ad Jordanis ripam jacentibus, ut filii Abrahæ fierent, At potentia quæ DEUS illam potentiam obedientialem deduxisset vel deducere posset in actum, illa erat in DEO, nec consequens est, lapides illi non habuerunt inclinationem ad filios Abrahæ, E. non habebant potentiam obedientialem fieri filios Abrahæ; *Inclinatio enim dicit qualitatem physicam, aptitudinem & pondus quoddam, vergens in Te fieri*, Christo autem non sermo erat de inclinatione, aut potentia physica, sed de potentia *Metaphysica & obedientiali*; unde etiam ipsi Calviniani potentiam obedientialem dicunt talem esse, quæ sit in ordine ad superiorem & potentiorum, quæ sit subiectiva & perfectibilis, quæ sit subdita potentie Creatoris, &c.

XXII. Dicit Autor, *potentiam hanc infinitam DEVM exercere vel mediata interventu causarum secundarum, quibus tanquam instrumentis utatur ad operandum, vel immediate* At male dicit, DEUM potentiam suam exercere mediata per creaturas tanquam instrumenta, quam Phrasin etiam reprobarunt nostri Theologi, aliud enim est *causa secunda*, & aliud instrumentum causa secunda in genere cause secundæ potest esse & est causa principalis, & dicitur secunda non ex infirmitate instrumentali, sed ex ordine ad primam, instrumentalis autem

antem causa est, quæ mota ab agente principali movet, unde patet, hinc occultari doctrinam de concursu DEI, quo Calviniani statuerunt, quod *causa secunda non agat nisi mota à prima, adeoque DEVS omnium actuum, etiam peccaminosorum Author constituitur, creatura vero instrumentalis in huc actionibus.* b) Dicit, DEVM non posse communicare virtutem suam creatura nisi in gradu finito, cuius capax sit creatura, & quæ sic oppositionem ponit ad verlam communicationi idiomatum, & quia finitum non est capax infiniti, ideoque negat, communicationem fuisse virtutem divinam carni Christi, aut si communicata, gradu finito esse communicatam. Tertio dicit, *posteriori sensu DEVM exiit virtutem suam modo infinito, quia solum operetur, at cum virtutem suam exiit in conversione hominis:* At sic Calvinismum prodit, dum dicit, infinito modo potentiam divinam exeri in conversione hominis, dum quoad modum operandi confert virtutem illam, cum virtute resuscitandi mortuos, quod & nos concedimus, si ipsam virtutem respiciamus, sed non si modum operandi: Dicit, DEVM solum operari, adeoque excludit media gratiæ Verbum & Sacramenta, quomodo itaque dicimur conversi seu regeniti per incorruptibile semen verbi, 1 *Petr. I.* quomodo dicimur converti vel regenerari ex aqua & Spiritu, *Iob. III.* si solus DEUS conversionem & generationem operatur? Dicit, DEVM immediatè operari, cum virtutem suam exiit in conversione hominis, at non immediatè operatur conversionem hominis, nec virtutem suam exiit immediatè in conversione, sed per media gratiæ: *Πρωτων ψευδ.* autem hic est doctrina de conversione irresistibili Ele&is propria.

XXIV. Suppresso nomine refutat socinum Religionis *Wolxogemium Cartesianum*, & *Wittichium Profess. Leydensem*, qui dicit, *Cum ratione quidem pugnare, ut fiat infinitum perfectione, non autem repugnare, vel solum ostendi non posse, repugnare actum infinitum extensione vel numero:* & refutat ex eo, quia si darentur plura actu & reverà infinita, imò quadam tam magnæ extensionis vel tanti numeri, cui DEVS adjicere non posset vel unitatem vel unum cubitum, imò dari infinitum actu &c. Num autem hæc ratio *Wittichij* premat, meritò dubitamus, tum quia *Wittichij* facillè concedit, dari posse plura actu & reverà infinita scil. extensione & numero, neque hoc vergere in præjudicium DEI, qui solus infinitus non numero & extensione, sed perfectione,

tum:

tum quia dicit, non repugnare, verum solum ostendi non posse repugnare, adeoq; non tam non repugnantiam, quam ostensionem possibilis repugnantiae in hac materia disputat: tum quia DEUM adjicere non posse numerum aut cubitum, non absurdum erit *Wittichio* ex suppositione infiniti extensione, quod enim infinitum est extensione, illi nullus cubitus adjici potest, eo ipso, quo infinitum est extensione, quod infinitum est numero, illi nullus numerus adjici potest, nulla unitas, eo ipso quo est infinitum. Neque repugnat secundum *Wittichium*, dari infinitum actu, seu extensione, seu numero, hoc enim ipse statuit, & tantum negat infinitum dari posse perfectione praeter DEUM, quapropter ex alio principio refutandum est *Wittichium*, nempe Primò ex falsa hypothesis, quam supponit *Wittichius*, scilicet. Mundum esse indefinitum, seu potius infinitum mole & extensione, ex qua nata est haec ipsi assertio. Secundò, *Voluntatem DEI esse indifferentem ad quavis*, adeoque asserit causam esse omnis possibilitatis; aded, ut si DEUS voluisset aut vellet actu infinitum existere extensione aut numero, illud eo ipso possibile futurum fuisset. Tertiò, cum sollicit colligere contra *Wittichium*, quia scilicet ex voluntate DEI omnia suspendit, si DEUS voluisset, non tantum extensione aut numero infinitum illud non repugnasset, ergò si DEUS quoque infinitum praeter se voluisset perfectione, non repugnaret illud, adeoque esse posset infinitum perfectione praeter DEUM, h. e. DEUS collateralis, quod oppidò absurdum. Ipsam autem Quaestionem, quod attinet, an sc. DEUS possit producere infinitum extensione vel numero, vel an non repugnaret DEO, nos in medio relinquimus, qui limites potentiae divinae non fiximus, nec videmus implicare contradictionem.

XXV. In hac Thesi examinata) propositionem istam, *DEVM posse fallere si velit, licet nec velit, nec velle possit*, & rejicit illam tanquam nimis crudam & periculofam, imò & veritati de DEO in) Scripturam traditae aperte repugnantem: Verum, qui sunt illi, qui istam propositionem defendunt? annon *Calviniani*, *Petrus Allinga*, *Lambertus Velbusius*, *Ludovicus Wolzogenius*, *Pastor & Professor Publicus*, tegit autem nomina, ne transpalescat, quod qui iam *Calviniani* fovent: Sanè stante hac sententia, via compianata erit ad *Atheismum*, & tamen istiusmodi hominibus committuntur



tuntur Cathedræ Professorix, ambones Ecclesiastici, neque propter cruda ista dogmata remouentur aut suspenduntur. b) Argumentis impugnat istam sententiam, & dicit, Si DEVS potest fallere, potest etiam mentiri, & peccare si velit, quod perfectissima ejus sanctitati & veritati adversatur, ac qui peccat vel peccare potest, non est DEVS, atque haec via ostensa est ad ipsissimum Atheismum, cuius rei aguntur defensores istius sententia Cartesii, qui eoque progressus fuit, ac etiam scripserit, nos se reprehendere illos, qui concedunt, DEVM per Prophetas verbale aliquod mendacium proferre potuisse. c) Principale hoc argumentum esse existimamus, cætera quæ subjiciuntur, non examinabimus; Quamquam autem *Volzogenius* nitatur rationibus, *Cartesius* similibus, & *Volzogenius* l. de Interpr. Scripturae tb. 24. Coll. *Cartesii* obs. p. 114. iterum Phrasibus Scripturæ, uttàm erudam thesin stabiliant, nil tamen proficiunt. Nam ille a) ita concludit: Cùm omnis, qui alteram fallere aggreditur, eo censetur istà in re quodammodo superior esse, & vel acumine quodam ingenij, vel potentia, aliàve quâcunq; facultate præstare, si que DEI, tàm sapientia, tàm potentia, cæteraque omnia attributa infinita, qui non videt, creaturas etiam perfectissimas, quia sunt semper finita, eopse quod creatura, ab infinito Creatore posse in errorem induci, id tamen velle negamus. c) Utuntur Cartesiani simili quodam etiam pro mendacio verbali militante, dicant, Si enim Medici agrotos decipere possunt ac ipsos curent, & consequenter mendacium proferre, in quo desit omnis malitia deceptionis, quin imò, quod majus est, ab ipso naturali instinctu, qui nobis à DEO tributus est interdum nos realiter falli videmus, ac cùm *Hydropicus* sitis, tunc cùm impellitur positivè ad potum à natura, qua ipsi ad conjunctionem corporis à DEO data est, cùm tamen hac natura eum fallat, quia potus est ipsi nocivum, DEVS etiam proferre poterit mendacium quoddam verbale citra natura præjudiciùm. d) Si ipsa Scriptura ita loquitur, consequens est non male loqui illos, qui hanc Thesin defendunt, ac Scriptura ita loquitur, dicit enim, Dominum indidisse mendacium Spiritui in os omnium Prophetarum .i. Reg. XII, 22. dicit *Jeremias*, O Domine, tu me decepisti, & sui deceptus; dicit *Ezechiel*, Si Propheta fueris seductus, & locutus aliquid fueris, ego Dominus Prophetam illam seduxero, XIV, 19. At quis unquam inter attributa DEI ætulit potestatem fallendi, quæ tamen necessariò stante hac sententiâ

illis annumeranda venit, cum Diabolo & illius instrumentis sit propria? Secundò, quamvis qui potest aliquem decipere & fallere superior sit acumine vel potentia, aliave quâdam facultate, scilicet inter homines, quomodo probabitur ad superioritatem DEI facere potentiam fallendi, *qui est prima veritas, Hebr. VI, versic. 18.* Tertiò, etiam inter ipsos homines non est indicium acuminis fallere posse socium, sed potius vaserrimæ calliditatis, quam reprehendit Siracides. Secundum non stringit, tum quia si DEUS veritale aliquod mendacium proferre posset, ut medici, qui, ut curent, decipiunt, tota Scriptura in discrimen veniret, & annon Medici, dum verbis decipiunt, adulantur ægrotis? num ergò in DEUM cadet adulatio? nam promissiones Evangelicæ, quæ hominibus in Scriptura proponuntur, sunt mendacia & adulationes, quibus DEUS obstinere vult illis, quos alloquitur? tum quia hydrops substernitur in locum instinctus naturalis, & egregio hoc nomine coloratur, aded ut dicatur esse à DEO, at hydrops morbus est, varia habet symptomata, DEUS autem nec mortem, nec morbum fecit, *Sap. 1, 13.* & si sitit hydropicus, non sitit ex instinctu naturali, sed ex vitio morbi: tum quia stante hæc ratione Medicus curando hydropicum ageret contra instinctum naturalem, & tolleret id, quod à DEO homini est inditum.

Tertium nil contrarios, partim quia hæc ratione patet, quantum Sanctitati divinæ contrarientur *Calviniani*, qui potuissent non tantum hæc loca afferre cum *Wolzenio*, sed & illa loca, *Esa. XXIII, 17* *Jer. IV, 10. 2. Theff. II, 11.* ut magis stabilirent *Φοβὸν* illud *ἀνομοία* esse causam peccati. Secundò, si *Wolzenio* universum eodidem examinat, nullibi reperiet hanc Phrasin, DEUS potest fallere & decipere, si scilicet velit, & quanquam producat loca, quæ videntur excusare hanc Phrasin, tamen longè alia est ratio Spiritus S., qui peculiare suum loquendi genus habet, alia hominum protervorum, qui abutuntur verbis, ad stabiliendam falsam sententiam. 3.) Loca illa non faciunt pro *Wolzenio*. non primus, qui Diabolus ipse fuit propensissimus ad nocendum *Achabo*, ideoque non opus fuit, ut DEUS positivè concurreret ad spiritum mendacii, aut *aktivè* sese haberet, sed *sola permissio* utramque potuit complere paginam: *Figuræ enim canem rabidum loris astrictum, si permittas, ipsum vincula*

la dis-

la disjicere, jam sufficet furori ipsius expediendo: quid, quod cum DEUS dixit, *Egredere, & praevaleris*; hæc verba non tam *imperative* sunt intelligenda, quam *prædictive*, ut non mandetur actus, sed significetur quid futurum, ut consimilis locutio occurrit. *Prov. IV. 4.*

6) Locutio idem non facit ad intentum, tum quia Prophetæ verba secundum quosdam Interpretes profecta dicuntur ex affectu humano, quemadmodum in Jeremia, utpote homine, sæpè prævaluit: tum quia potest dici, disputare & loqui ipsum κατ' ἀνθρώπων, atque hoc velle, si est seductionis aliquid in verbis meis, ut vos Judæi calumniamini, profectò tu Domine me seduxisti, non enim ego spontè concurreo, sed tu vocasti me, etiam invitum, juxta *Jerem. I.* tum quia totum negotium dissolvit verbum hebræum *Hattah*, quod non notat seducere, quod semper in malam partem adhibetur, sed allicere, persuadere, ut scilicet quis subeat functionem & officium, quod ipsi committitur; quod etiam intellexit B. noster *Lutherus*, atque ita reddidit, ut nil accedat *Voluptati*. Tertius deniq; locus non facit pro *Voluptati*, non enim DEUS dicitur seducere Prophetas, scilicet *errores immitiendo*, adeoque *active concurrendo*, contrarium enim habetur, *Esai. LI. 16.* & *Jerem. XXIII. 16.* sed DEUS ad seductionem illam concurret partim *permittendo*, ut scilicet permittat seductores illos seduci à semetipsis; partim *voluntate consequente*, per modum potestatis, dum scilicet id agit, ut eventus non respondeat ipsorum prædictionibus, potius itaque concludendum fuisset in oppositum: Si DEUS est omnipotens, Ergò non potest fallere, adeoque nec dici posse fallere, si velit, tum quia Ego non possum dicere, DEUS potest peccare, mori, &c. si velit, quia dicit deficientiam à primâ veritate, consequenter imperfectionem: tum quia omnipotentia non tendit in privativum, sed pro objecto habet positivum possibile quoddam: tum quia infinitudo, sanctitas & justitia DEI afficiunt tum potentiam, tum voluntatem, ita ut DEUS nil turpitudinis possit, nil quoque turpitudinis velit, quia perfectio horum attributorum obstat.

XXVII. In hac Thesi dicit Author, *Aliud esse DEVM decernere posse, ut fiat error à creatura, aliud verò &c. Primum posse justè fieri, & de facto fieri, sed non posterum, quod involvat rationem peccati.* Verum

*Turretinus* refutando *Wolzenium*, in errorem consimilem incidit; nam a) si DEUS potest decernere, ut fiat error à creatura, error ille erit sub decreto divino, sub voluntate divina, adeoque DEUS decernit & vult, ut error fiat à nobis qui sumus creaturæ, quo ipso erroris causa, & consequenter peccati statuitur, ut ex hypothese *Wolzeniana* sequitur. b) Dicit, *Primum posse justè fieri, & de facto fieri à DEO*, quomodo autem justè potest fieri, quod justitiæ & sanctitati divinæ repugnat? annon enim, si DEUS decernit decreto immutabili, voluntate irresistibili, ut fiat error à creatura sanctitas & justitia divina læditur. c) Dicit, *DEUS seipso non fallere posse immediate, quod rationem peccati involvat*; At seu dicatur, DEUM immediate seu mediate fallere posse, ratio peccati declinari nequit, v. gr. si DEUS mediate etiam per serpentem Evam fessit, decernens illam aggressionem fraudulentam & dolosam, à peccato non liberabitur: Si heras decernat, ut famulus ipsius aliquem occidat, adeoque mediate agit, causa homicidii atque peccati jure meritoque dicitur.

## QUÆSTIO XXII.

Agit de Dominio & potestate DEI; quaerit, *Quid & quotuplex sit DEI dominium, & an detur jus DEI absolutum & ordinatum, atque in Thesi I. afferit, Potentiam DEI esse comparatam, ut semper conjungi debeat ejus potestas, ex qua jus & auctoritas sibi competat, profandi ea qua facit*, atque sic agnoscere tenetur, potentiam & potestatem DEI semper esse conjunctissima, & viceversa ubi est potestas, ex qua jus & auctoritas illi competit, etiam potentiam DEI esse, adeoque falsum, quod Christo tantum competierit *Ægria* seu potestas secundum naturam humanam, sed etiam potentiam, imò si potestas esse ex dominio, & data Christo fuit omnis potestas, omne dominium in cælo & in terrâ, non separanda erit potentia & potestas in CHRISTO:

II. In hac Thesi disputat Author de fundamento domini sui juris in creaturam rationalem, atque id fundat, *partim in eminentiâ naturæ, partim in beneficiorum amplitudine, atque illustrare satagit ex analogiâ domini humani*, maxima autem hic est controversia inter *Arminianos & Calvinianos*, *Arminius enim & Remonstrantes constituant*:

tunt fundamentum juris divini, partim beneficium in creatione, partim maleficium creaturæ in peccato, partim scelus seu contractum inter DEUM & creaturam, his autem sese opponit *Moses Amyraldus*, qui fundamentum juris divini statuit *ὐπεροχῆν* seu eminentiam naturæ muneris & virtutis in DEO; Authornoster ab *Amyraldo*, & fundamentum juris divini collocat non tantum in *ὐπεροχῆν*, sed & in beneficiorum amplitudine, collateraliter, quâ in parte ad *Arminianorum* sententiam deflebit; nam quamvis *Amyraldus* etiam beneficia referat ad fundamentum juris divini, tamen subordinat illa *ὐπεροχῆν*, atque causas esse dicit partim beneficia, partim muneris qualitatem, partim excellentiam naturæ. b) Authornoster ex analogiâ progreditur, & dicit, *Deo fundamenta esse legitimi domini inter homines, nimirum eminentiam virtutis, & beneficiorum amplitudinem*, eminentiam virtutis præponit, quæ alii solum ponunt, atque eminentia virtutis supra ceteros non est fundamentum juris, tum inter homines; tum in ipso DEO: quod patet, tum ex eo, quia qui superior est, sapientia, potentia, eminentia, &c. ille non confestim imperat illi, cui superior est: tum exemplo Angelorum, qui eminentioribus hominibus, nec tamen dici possunt ipsis imperare, sed sunt potius conservi, *Apocalypsi* XIX. Præstat equus mure, nec tamen muri imperat: tum ex eo, quia ipsi *Calviniani* recedunt ab hac sententia, & quidam ratione non contemnenda, ita enim *Maresius* in *Disputatione de jure DEI*, I, inquit, *DEI in creaturas omnes, summum est, & planè ἀρχέτυπον, non simpliciter propter suam in illas ὐπεροχῆν, cum hac per se non sit fundamentum juris, sed potestas, multi enim in mundo præcellunt aliis robore, sapientiâ, auctoritate, qui tamen in illis nihil juris habent, sua Imperatori Romano tribui solet ὐπεροχῆν, inter Reges & Principes Europa, in quos tamen nil sibi arrogat juris auctoritatis;* quod autem affertur ex *Aristotelo*, nempe, *id ferre se cum naturam, ut præstantiores & superiores inferioribus & ignobilioribus dominantur;* unde si quis reperiretur, qui omnibus virtutibus ceteris Mortalibus longè antecelleret, ceterorum omnium regem esse constituendum, id ipsam falsum esse, patet tum ex *Sebulveda*, qui contra *Azoffam* disputat, jus afferendo *Hispanis* in *Americanos*, quia

scil. *Hispani* fuerint præstantiores, prudentia & cæteris virtutibus  
*Americanis*, quod pridem explosum, cum stante hac ratione non  
 tantum *Hispani*, sed & cæteri populi Europæi jus habuissent inva-  
 dendi *Americanos*, utpote superiores illis prudentiâ & virtutibus: tum  
 ex eo, quia Excellentia naturæ est qualitas quædam Physica, & con-  
 sequenter proximum fundamentum juris in aliquos esse nequit: tum  
 ex eo, quia planè constat, Imperatores & Reges esse quandoque  
 barbaros stupidos, vitiosissimos, si spectemus secundum *Nerocem*,  
*Cajum Caligulam*, &c. qui consequenter imperant non vi præstau-  
 toris ingenii, sed vi imperii à DEO commissi, unde ipse Salomon  
*Eccl. X. Vidi servos in equis, & Principes pedites sicut servos, Ps. 7:*  
*c)* beneficentiam addit, per quam jus homini in alium acquiritur,  
*idè enim Dominum aliquem esse, quia sit beneficus; At beneficia quæ talia*  
*non pariunt jus in aliquem, partim, quia etiam par pari potest be-*  
*neficium exhibere, nec tamen sequitur, par in parem esse impe-*  
*rium: partim, quia si beneficia conciliarent*  $\text{ἰσοψη}$ , quæ jus pari-  
 riat, beneficia tamen magis potestatem & jus pariunt quam  $\text{ἰσοψη}$ ,  
*proptèr quod enim unumquodque est tale, &c. partim, quia falsissimum*  
*est, idè aliquem esse Dominum, quia sit beneficus, cum Dominus*  
*à benefico & duro abstractat, nec quia beneficus, Dominus est, seu*  
*Fautor, unde Petrus jubet subesse etiam Dominis duris, 1. Petr. II, 18.*  
 concludit itaque, cum DEUS in summâ  $\text{ἰσοψη}$  sit constitutus, &  
 beneficiis innumeris Creaturas suas mactat, & quotidie mactet  
 tanquam opus suum, justissimè Dominus omnium dicitur, ut opi-  
 fex operis sui est Dominus; At *a)* supponit falsum, nempe  $\text{ἰσοψη}$   
 divini. constituere fundamentum juris in Creaturas rationales, hanc  
 enim proximum esse fundamentum, seu ut alii loquuntur, rationem  
 fundandi, meritò negamus: Secundò, beneficiis innumeris addit  
 non tantum creationem, quæ mactavit olim, sed & quæ quotidie ad-  
 huc mactat, quo ipso concedere tenetur, jus DEO connasci non  
 tantum ex beneficio creationis, sed & conservationis & providen-  
 tiæ, non tantum ex hisce jus quoddam oriri in DEO, sed etiam ex  
 beneficio Redemptionis, neque tantum ex hoc, sed & ex benefi-  
 cio adoptionis in familiam, receptionis in Ecclesiam, unde rectè  
 B. Hüf.

*B. Hülsemannus obligationis vincula Creatura rationalis erga DEVM ponit creationem uniuersi, providentiam DEI, lapsum & peccatum hominū, &c.*

Tertio, an opifex operis sui possit dici Dominus, absolutè scilicet loquendo, meritiò disputatur, contrarium defendunt *Hornejus* & *Hemnyges*, qui circa hoc punctum videri possunt, quod si itaque fundamentum juris divini assignandum à nobis, si disputata respicimus, quæ *Leonhardus Hutterus*, & *B. Sigwartus* contra *Pareum* susceperunt, dicimus, non tam analogiam inter homines, quàm inter parentes & liberos esse attendendum, & ita deprehendemus, 1) ut jus habent parentes in liberos ex generatione & educatione, quæ multa beneficia complectitur, ita DEUM in nos homines tanquam creaturas rationales jus suum habere ex creatione ad imaginem suam, & ex conseruatione, jugique influxu, adeoque licet in hypothesi peccent *Arminiani*, in thesi tamen prævalere illorum sententiam atque probari possit tum ex Scripturâ, quæ scilicet creationem fundamentum juri diuino subternit, *Astor. XVII. 26. 7. 8.* quæ maleficium seu delictum hominis fundamentum ponit juris in DEO puniendi creaturam rationalem, *Gen. III. Rom. V.* quæ denique fundamentum ponit pactum seu fœdus DEI cum hominibus, fœdus, *Exod. IV. 2.* novum, *Jer. XXXI. 33. 4.* tum ex hâc ipsâ analogiâ; attendatur quomodo generatio respondeat creationi, quomodo conseruatio liberationi alicujus serui è vinculis *λύτρω* dato, quomodo adoptio in familiam DEI, insertio in Ecclesiam respondeat adoptioni alicujus extranei, qui per peccatum sese à DEO seunxit, in familiam alicujus; tum ex *Caluiniano Calvinismo* (ut ita loquar) hoc ipsum demonstrari potest, nempe *Wilhelmo Trisso*, qui in Examine triplicis juris ab *Arminio* assignati, statuit jus DEI in natura ipsum fundari, eò quod sit Creator omnium, & consequenter libere agendi quodlibet potestatem habeat, atque jus sibi in creaturas vindicet, quo ipso, dum contra *Arminium* disputat, propria vinceta cædit: si enim ex eo; quod Creator est omnium, jus habet in omnes, illud habet ex beneficio creationis, & ex eo, quod ipse *Arminius* posuit, adeoque hunc impugnando, eidem consentit.

III. Autor distinguit dominium in naturale & Oeconomicum, b) Oeconomicum Christo competere, quod probat *Phil. II. 9.* & c) multisariam à natu-

*In naturali & essentiali differre docet in seqq.* Verum a) distinctio in dominium essentiali & Oeconomicum est merum commentum Calvinisticum, partim, quia inter finitum & infinitum dominium nullum datur medium, & consequenter nullam dominium Oeconomicum, partim, quia dominium Oeconomicum competit Christo, adeoque est dominium officii Prophetici, Sacerdotalis & Regii, At hoc est dominium essentiali, & tale quod Christo competit, secundum humanam naturam per unionis gratiam ut essentiali ipsi competit per naturam, adeoque infinitæ virtutis, nam Christus, dum Prophetam egit, non tantum docuit exterius, sed interius & efficaciter, *ὡς ἱερωσύνην ἔχων, Matth. VII.* si spectetur Christus ut Sacerdos officium illius sacerdotale non tantum complectebatur passionem & mortem, sed & *λύτρον* infinitam Patri exhibitum pro expiandis peccatis totius generis humani, adeoque divinam, infinitam DEI iram placans, *1. Petr. I, 18.* Officium Regium non tantum dicit gubernationem Ecclesiæ, sed & resurrectionem mortuorum & piorum ad beatitudinem æternam, quod est opus infinitæ virtutis, *Johan. 9, 27. 28.* partim, quia gloria mediatoris, quæ Christus gaudet, non est gloria finita, sed æterna & infinita, quam habuit apud æternam DEUM Patrem antequam mundus conderetur, *Johan. XVII, 4. 5.* b) Quod probationem concernit, frustra illam tentat Turretinus ex loco *Pbil. II.* exculpere; nam *ψ, 9.* dicitur, *propter quod exaltavit ipsum DEVS, & dedit illi nomen supra omne nomen, ut scilicet, in nomine illius flexatur omne genu;* hic jam Calviniani supponunt, DEUM exaltasse Christum Mediatorem, adeoque secundum utramque naturam, quos sequitur Turretinus, & quia data hæc *ὑπερύψωσις*, ideoque inferiori esse meræ divinæ, & patet factam in tempore, at verò hoc est falsissimum, nam Primò dicit Apostolus *ὑπερύψωσις*, superexaltavit DEUS Christum, Deitas a. non potest exaltari, sed humana natura adeoque Mediator noster fuit exaltatus secundum humanam naturam, quemadmodum, quamquam *ἐν μορφῇ Θεοῦ* existens, servit formam assumpsit in statu exinanitionis. Secundò dicit *ἐξαερίων*, ex gratia dedit illi nomen supra omne nomen, At hoc nomen dedit Mediatori nostro non secundum naturam divinam, quæ dationis ex gratia



gratiâ est incapax, sed secundum humanam, quæ quicquid habet, ex gratiâ unionis habet, per nomen enim supra omne nomen quancquam variant Interpretes) intelligitur nomen Jehovah, h. e. Ecclesia divi-  
na, quod nomen ipsi confestim in incarnatione est datum, ut Lu-  
ras dicat, vel potius Angelus apud ipsum, *διὸ ἡνώμενον ἐξ Ἐ-  
ῦδος Θεῶν κληθήσεται, Luc. 1, 35. 3.*) Tale nomen ex gratiâ est da-  
tum Christo exaltato, quod adorabile, ita, ut omne genu illi flecti  
debeat, at nomen adorabile, quod in tempore collatum Christo, non  
competit ei tantum ut DEO, sed etiam ut homini, eo ipso, quo in  
tempore collatum, adorabilitas autem fundatur in essentia & maje-  
state divina, unde hic locus egregiè illustrari potest ex parallelo, *Eph.*  
*1, 20, seqq.* Subiectum itaque hic, quod est utique Mediator, sed nom-  
inferior DEO, *1. Timoth. 11, 5, 6.* Subiectum autem, quò humana  
natura iisdem axiomatibus ditata, quibus gaudet divina per natu-  
ram; adeoque non probatur dominium œconomicum hoc scil. loco,  
sed potius naturale & essentiale. c) Distinguit naturale & œcono-  
micum dominium ratione principii & originis, & dicit, *illud à nullo  
dari, hoc verò à Patre vi loci, Matth. XXVIII, 19.* at etiam, quod da-  
tum est, naturale & essentiale est, ut ut ratione modi ad data refe-  
ratur, & ob hæc malè adducit locum, *Matth. XXVIII.* qui de infinita  
potestate agit, ut jam docuimus, ratione fundamenti æquè funda-  
tur, in decreto providentiæ, ratione objectorum regnum gratiæ non  
tantum terminatur ad Ecclesiam in Christo, sed & naturæ est & tini-  
versale, quod creaturas omnes ambitu suo complectitur; ratione ef-  
fectorum etiam extendit sese ad omnes creaturas, ratione admini-  
strationis malè dicitur hoc dominium œconomicum à Christo ut Me-  
diatore & *ἡγεμονίᾳ* administrari, quia ad personam Filii perti-  
neat, & illius œconomix destinatur, non enim si peculiari modo in-  
fluit, regit & gubernat Ecclesiam Christus, propterea personale &  
œconomicum fingendum est dominium, aut ex hoc negandum essen-  
tiale, quod toti essentiæ divinæ commune est, nam illud mediato-  
rium regnum & personale præsupponit essentiale; ratione durationis  
malè denique distinguit, *Quod essentiale æternum & immutabile, hoc  
verò finem habiturum, saltem quoad modum, quia Christum traditurus.*  
*1. Corinth. XV, 24.* At primò etiam Christi Regnum est æternum,

ut disertè dicit *Angelus Gabriel, Luc. I, 33. fore scil. illum secundum humanam naturam Regem super domum Jacob sempiternum, & regni eius non futurum finem*; Secundò, posito, quòd locus, 1. Cor. XV. asserat Christi regnum quoad modum finem habiturum, tamen ratione essentiae & naturae suae æternum manet & immutabile, adeoque modus administrationis tantum desinet, qui est per verbum & Sacramenta. 3.) Quid si regnum illud acciperemus non de modo tradendi, sed materialiter de ipsa Ecclesia, sanè hæc Interpretatio non est contempnenda, tum quia ipse Christus sese comparat nobili regnum acquirenti & reddenti, *Luc. XIX, 12*, tum quia Ecclesia est regnum gratiae, quam Christus acquisivit suo sanguine, *Act. XX, 7. 28.* tum quia ita loquitur *Johannes*, ut dicat, *Electos canere novum carmen, & predicare agnum, qui fecerit ipsos Reges & Sacerdotes Regni sui, Apoc. V, 9. 10.* atque hanc interpretationem amplexus est *Augustinus l. 1. de Civit. Dei c. 8* scribens, *traditurus est Christus Electos suos Patri, ut, qui hic in fide ambulant, tradantur ad visionem DEI.*

IV. In hac Th. dicit, *præcipuam Domini DEI proprietatem esse, quod sit absolutum & illimitatum*, probat, quia ut *DEVS* est *ens verè independens, & ἀνεξάρτητος*, ita quoque esse plandè *ἀνυπεύθυνος*, *Dan. IV. Job. XXXIII, 13. Rom. IX, 20. 21. Matt. 15.* At malè dicit proprietatem Domini DEI esse absolutum & illimitatum in sensu *Calvini* potius omne jus DEI temperatum est æquitate, ut loquitur *Brockmannus*, quia datur beneficio in creaturam collato, omne jus DEI dirigitur à bonitate, sanctitate DEI, adeoque ut quidam loquantur universali, E. nullum jus in DEO si agendum est, ita absolutum ut DEUS facere possit pro arbitrio quod libet, ut jus etiam exercere possit, quod non convenit cum bonitate, sanctitate, justitiâ DEI universali, sed illis repugnat. b) DEUS utique est ens independens & ἀνεξάρτητος, sed independens ex eo, quia non subordinatur creaturæ, ita ἀνεξάρτητος atq; liberrimè agens, ut tamen in actionibus suis ad extra erga creaturas rationales non recedat à naturali & essentiali sanctitate: Tertio Loca Scripturæ quæ producit, pro stabiliendo jure absoluto non concludunt: non Primus quem *Amyraldus* quoque urget ex *Job. IX, 12*, nam dicitur, *si DEVS rapier, quis resistet? aut quomòdò dicat illi,*

*ibi, quid facis?* At hæc non stabiliunt jus absolutam, tùm quia loquitur de justo DEI judicio, si scilicet, DEUS rapiat justo judicio hominem per mortem aut bona illius, ubi autem sermo est de justo judicio, de potestate jurisdictionis, quæ supponit cultum in homine, ibi non sermo est de absoluto dominio; tùm quia agit non de æterno exitio, sed de morte temporali, ablatione bonorum, quo in casu pronuntiandum ex *Job, 1, 20. 21. Dominus dedit, &c.* Possit autem DEUM aliquem morte temporali abripere, & bonis privare, quæ dedit, non est exercitium summi juris, sed ablatio beneficii, quod per creationem, generationem, conservationem & alios titulos dedit: tùm quia etiam de rege dicitur, *Ecclesiast. VIII. 4. quod nemo possit ei dicere, quid facis?* nec tamen sequitur, regem habere absolutam potestatem, imperium in quemvis subditum, ita ut subditus non conquirit in corde suo pergemitus, vel inire audeat, si Tyrannus adversus ipsam Tyrannidem exerceat, quemadmodum *Amyraldus* dicit, *Creaturam rationalem non posse conquiriti, si DEUS hoc vel illo modo cum illa procedat:* Pariter intelligendus est locus *Dan. IV. non v. 25. sed 32. atque hoc tantum vult, creaturam esse nimis infirmam, ut resistat DEO, ut percutientem & castigantem repercutiat, At hoc nondum fundat summum jus, sed tantum infirmitatem hominum à DEO collatam representat.*

Locus *Matth. XX, 19.* non concludit, tùm quia non agitur de jure summo DEI, sed de actu liberalitatis, qui est in potestate agentis, quod scilicet, DEUS de suo possit esse liberalis, & dari huic plus quam alteri ex liberalitate: tùm quia si parabola attenditur, potius evertitur jus absolutum quam stabilitur, pactum enim DEUS servavit, unicuique denarium suum assignavit, & tantum sibi assignavit potestatem plus tribuendi huic præ illo; at ubi DEUS pactum servat, ubi unicuique tribuit, quod pactus est cum ipso, ibi non agit ex jure absoluto, quia si ageret ex jure absoluto posset nulli reddere mercedem, posset facere quod vult, pro libero arbitrio: tùm quia aliud est *gratia absoluta*, aliud *gratia mera*, ex mera gratia quandoque plus DEUS uni tribuit præ altero, sed non ex gratia absoluta, quanquam gratia absoluta & jus absolutum distincti sint tituli, ex quibus aliquid alicui accrescit.

Locus Jobi XXIII, 13. non probat intentum, tùm quia Eilba tantùm afferit Jobum non posse litigare cum DEO, Jobus autem non passus est æternum exitium, quod ex jure absoluto fingunt Calviniani, DEUM inferre posse, cui lubet, sed tantùm calamitates temporales, at DEUM posse inmittendis calamitatibus temporalibus agere pro lubitu, posse etiam mortem temporalem inferre, nos nunquam negamus, repetit enim beneficium vitæ vel divitiarum, quas dedit ipse: tùm quia Eilba ex eo Jobum infirmitatis reum agit, quod litiget cum DEO, cum non deceat creaturam obloqui Creatori, atq; ex eo capite agit contra Jobum: tùm quia ex eo infert adversus Jobum, quod injustè accuset, quod omne consilium, quod omnes rationes cum etiam quandoq; affligat pios & exerceat, ipsi Jobo non manifestârunt aut manifestet, cum planè ad hoc non teneatur DEUS, sed in liberâ ejus potestate positum sit, quid velit in hisce manifestare, proinde reverentiam erga Deum & modestiam comendat Jobo ex parte conquerentis.

Ultimus locus ab *Amyraldo* adductus, quem maximè urget, est ex Rom. IX, 20. At primò hoc peccatum pertinet ad *αὐτοῦ*, non ad *ἀνθρώπου*, loquitur de Judæo contumaci & obloquente DEO, qui eo ipso est peccator: At jus DEI absolutum & illimitatum secundum Calvinianos extendit sese etiam ad creaturam innocentem, qualis non est Judæus ille, quem Paulus introducit, disputantem. Secundò, Paulus non exponit, quid jus DEI summum & absolutum, nam nec figulus habet potestatem absolutam, sed reprimat tantùm hoc effato proterviam & contumaciam in Judæo disputante, à quo majorem modestiam desiderat, atque vult, non ita decere contrariari & obloqui DEO, sed cogitare sese esse lutum in manu figuli: Tertio, *ἀνθρώπου* longè aliam reddit, quàm quæ jus & potestatem absolutam stabiliat, partim, quia ex ipsâ re & comparatione constat, disparem esse habitudinem luti ad figulum, & hominis ad DEUM; prius enim lutum scilicet non est capax juris & injuriæ in DEUM, idè citra injuriam figulus format vas indecens & dedecus; At homo habet animam rationalem, est juris & injuriæ capax, & si DEUS ipsam innocentem condemnet, conqueri potest de illatâ sibi injuriâ: partim, quia ipse Paulus dicit, DEUM non fecisse, non coagmentasse vasa ignominie, sive homines: ex jure quodam absoluto, quem-

admo

admodum figulus potestatem suam exercet in lutum, sed dicit, tolerasse, atqui toleramus ea, quæ nobis displicent, neque sunt à nobis, nec DEUS illa producit, cum produceret aliquid sibi adversum: partim, quia dicit, hæc vasa ignominie DEUM tolerasse in *πονομήσεια*, in longanimitate quæ ad poenitentiam invitât, Ro. II, 4. tolerasse *καταπομείνα*, præscindendo ab eo, qui coagmentavit, ut intelligamus aptata esse hæc vasa ad interitum, non à DEO, sed à diabolo, vel à semetipsis, proinde malè *Beza* dicit, *etiam nos Ele-cti passivè dicit, nihilominus à DEO*: nam non est quæstio, an quandoque vox passiva sit cum relatione ad DEUM interpretanda; sed si non repngnet sanctitati & benignitati divinæ, quod de vasis ignominie dicendum esset, si à DEO rejicerentur adaptata ad interitum.

V. In hac Th. Autor dicit, *divinam distinctionem juris in absolutum & ordinatum esse, cujus duplex fundamentum sit*: At a) qualis sit hæc distinctio in jus DEI absolutum & ordinatum, prout *Calviniani* explicant, patet ex præmisso fundamento Th. IV. quod nullum, & consequenter, quod superstruitur, quodque fallit: b) Dicit, *Jus DEI absolutum dominium seu potestatem quam DEVS obtinet in omnes suas creaturas, statuendi de illis pro arbitrio sine injuria*; At hæc nimis laxa est de finitio juris absoluti potius explicandum est jus DEI in creaturas racionales per analogiam Patris & Filii, Regis & subditi, heri & servi, & ita describendum, quod sit *facultas quadam moralis in DEO, quæ vetem beneficio vel maleficio creatura de illâ statuere possit, quicquid bonitati, sanctitati, & Justitia in illo non repngnat*. c) Duplex fundamentum ponit, *ὑπεροχὴν* naturæ, & dependentiam omnium creaturarum; Ponimus autem *ὑπεροχὴν* naturæ esse fundamentum juris DEI, non tamen erit fundamentum proximum, de quo disquirimus, sed remotum, non erit absolute summum, quo respectu dicimus, summum jus esse summam injuriam, sed *modificatè, temperatum aequitate & sanctitate*, non erit fundamentum ratione exercitij, quæ de beneficio vel maleficio, *sed antecedenter ad illud quasi in habitu*; Eo ipso autem, quo agnoscit Author, alterum fundamentum esse dependentiam omnium creaturarum ab ipso, tum in essendo, tum in operando, agnoscere tenetur beneficium creatio-

nis & providentiæ, quæ complectitur conservacionem cum concursu esse fundamentum juris divini, quid enim est dependere in esse à DEO, nisi creatum esse à DEO, quid est dependere in operando à DEO, nisi esse sub providentiâ divinâ directricè? Refert autem fœdus cum creatura irritum ad jus DEI ordinatum, quod *Arminius* refert ad absolutum, qui tamen cum *Remonstrantibus* in notione fœderis cœspitat, ut videre est apud *Hülsem. Diss. II. de Aux. Gr.*

VII. Prodit denud Calvinismum suum, & quasi conclusionem inferret ex disputatis, dicens, *argumentum utriusque occurrere in prædestinatione; nam in Electione ad jus absolutum pertinere, quod DEVS homines peccatores & reos destinet ad salutem, & quod, licet omnes sint pæres, hunc tamen pro illo eligat, probatque ex Rom. IX. At a) Electio non pertinet ad jus DEI absolutum, nam electi sumus in Christo, Eph. 1. adeoque non ex merâ & absolutâ *sudoxia*, ex merito & absoluto jure & arbitrio, sed cum intuitu fidei, quæ semper in universâ Scripturâ *sudoxia* non opponitur, præsertim in hoc negotio, sed subordinatur: a) Electionem seu absolutè, sive comparativè consideret, transcribit juri divini absoluto, at hic habet contradicentes ipsos Calvinianos, qui electionem comparativè consideratam, cur scilicet hic præ alio sit electus, non transcribunt juri divino, ut videre est apud Johannem Crocium in *Conversacione Præterita & Anti-Besano: c) Locus Rom. IX.* nil facit pro ipso, quia ille non refertur ad jus absolutum, sed ad libertatem misericordiæ divinæ, per exclusionem intuitus operum, tum ex gratiâ factorum, & ipsa verba in terminis habent, dicitur enim, *cum nihil facissent boni vel mali, dicitur non ex operibus; dicitur miseretur cujus vult, & indignari quem vult*, ubi velle DEI, seu voluntas miserendi opponitur nostro cursui, adeoque operi, nostræ volitioni; dicit enim, *non est currentis neque volentis, sed DEI misericordis*; adeoque si scopus Epistolæ ad Romanos, Disputatio Pauli, & hoc ipsum caput consideretur, deprehenditur, nil nisi opera excludi, tum à justificatione, tum à prædestinatione. b) Dicit ad ordinatum spectare, tum quod non absque Christi satisfactione peccatoribus gratiam faciat, tum quod fides & opera remuneretur, adeoque eo ipso negat, Christi satisfactionem esse id, ad quod DEUS respexerit ad æterno; At Electio est actus dilectionis, quæ quis eligit & diligit*

hunc

hunc præ altero, aut itaque DEUS eligit reconciliatum, aut non reconciliatum, si prius, eligit illam, ut virtute meriti Christi & satisfactionis reconciliatum, 2. Cor. V, 19. seq. si non reconciliatum, E. exorsum, E. sub ira existentem, E. etiam in tempore non opus habentem satisfactione & reconciliatione Christi: quod *Phoenicianum*. c) In reprobatione dicit, *confici jus absolutum, quod licet homines omnes sint pares, hunc tamen præ illo præteriri, ex sola videri agens non ut Judex, sed ut ἀντιεργάτωρ & Dominus: qui potestatem habeat vasa faciendi ad decem & ad dedecus, & probat ex Rom. IX. & Matth. XI. Verum si in reprobatione jus absolutum locum habet, & DEUS agit non ut Judex, sed ut ἀντιεργάτωρ, non stabit benevolus affectus, & voluntas DEI salvandi omnes, & perducendi ad agnitionem veritatis, 1. Tim. II, si jus DEI absolutum locum habet in reprobatione DEUS non tantum reprobos poterit à facie sua abjicere æterna, sed etiam Electos; jus enim absolutum est jus ἀντιεργάτωρ, si jus absolutum cernitur in reprobatione, si DEUS voluisset jure absoluto uti, potuisset saltem *Adamum & Evam* ad imaginem creatos reprobare, & infernalibus suppliciis addicere, quod horrendum videtur etiam *Cornelio Jansenio Ep. Iprensi*. d) Duplex decretum reprobationis facit, negativum & positivum præteritionis & damnationis, comparativum & absolutum, atque dicit, *licet omnes sint pares, hunc tamen præ illo præteriri*: At a) decretum præteritionis & positivæ damnationis, commentum est, tunc quia repugnat universali voluntati divinæ & extraditioni Filii, si enim dilexit Deus mundum, & verbo ἀγαπᾷ notatur intensus affectus secundum *Spauß*. non poterit unà consistere decretum præteritionis, qui aliquem diligit, & quidem intense, ille ipsum non præterit: si ita dilexit, ut Filium suum dederit, Christus pro mundo erit mortuus, adeoq; pro omnibus & singulis, quod cum præteritione consistere nequit: si deniq; dedit, ut omnis in ipsum credens, salvus fiat, omnis credere tenetur in Christum, quod sc. pro ipso Filius sit traditus, aut falsum credere tenetur, & si propter incredulitatem seu rejectionem passionis & mortis sufficientissimæ satisfactionis damnatur incredulus, propositum ei erit beneficium satisfactionis ex intentione divinæ, ob cujus neglectum & contemptum damnatur, quæ enim est ratio, cur diaboli non propter incredulitatem sint damnati, nisi quod ipse Mediator non est*

est datus, datus autem est hominibus : tùm quia vocabulis tantùm fallit & iis ludit , decretam enim præteritionis coincidit cum decreto damnationis, sicut enim duo tantùm sunt extrema, salus & damnatio, ita duo tantùm sunt status , nempe gratiæ & iræ , qui itaque à DEO est præteritus, ille non est in statu gratiæ, sed iræ , & consequenter non salvandus , sed damnandus ; tùm quia Christus aperte hoc dicit *Job. III, 26.* qui credit in Filium, habet vitam æternam , qui verò non credit in Filium, non videbit vitam, sed ira DEI manet super ipsum. Reprobatio itaque prætorioria & damnatoria non sunt diversa, si enim qui non credit, non videt vitam, videbit infernum : si ira DEI manet super ipsum, eo ipso quo incredulus erit, erit sub ira DEI, & positivè damnatus, quod argumentum eò fortius stringit, quod exacta harmonia sit inter executionem, in qua non datur medium, inter salvandum & damnandum & inter decretum.

b) Ad comparatam reprobationem respicit, dicens, quod DEVS hunc præ illo, comparativè, scil. reprobet, ex sola esse reprobatione iudicium ; Verùm reprobatio absoluta & comparata a) coincidunt, si enim quæram, cur Judas sit damnatus, & respondeo, ipsum damnatum esse propter *amissam* finalem, si quæram, cur Judas præ Paulo resipiscente sit damnatus, iterum respondeo, propter *amissam* finalem, quia scil. Paulus resipuit, Judas autem in infidelitate finali substitit, E, pariter se res habet in decreto reprobationis, si enim Judas fuit reprobatus propter incredulitatem & reprobatur præ Paulo propter incredulitatem, commentum erit reprobatio positiva & negativa. b) Pugnât reprobatio positiva & comparativa cum voluntate DEI antecedente, quæ æqualiter se habet ad omnes & singulos, tùm absolutè, tùm comparativè spectatos : Tertio refert Autor ad summam iudicium reprobationem comparativam, At hanc summam esse causam reprobationis tùm absolutè tùm comparativè spectatæ falsissimum est, DEUS enim neminem præterit, neminem deserit, nisi prius deseratur ab ipso.

Tandem quod probationem concernit, nihil illa facit ad rem : Dicit enim DEVM in præteritione agere non ut iudicem, sed ut Dominum, At pro objecto habet in præteritione hominem in Adamo condi-

tum



tam ad imaginem suam quam decoxit, E. minor, in præteritione non agit, ut Dominus, sed ut *justus Judex* vindicans contemptum conceditæ imaginis & lapsum voluntarium: 2) Potestatem tribuit Domino DEO nostro faciendi vas ad decus & ad dedecus: verum ut non dicamus, præteritioni male subordinari facturam, quæ positiva, hæc ipsa phrasis Photiniana ostendit, DEUM agere in decreto præteritionis seu reprobatione ut justum Judicem, vas enim iræ est iræ dignum, iræ autem dignum est peccaminosum, si autem peccaminosum vas objicitur DEO, justo judicio illi irasiter, non agit cum eo ut Dominus, qui præcindit ab omni peccato atque justitiâ: ne dicamus hæc iterum falsum supponi, nempe Paulum dicere, DEUM facere, aut habere potestatem faciendi vas ad decus & dedecus: 3) Matth. XI. quod habetur, non facit pro Turretino, agit enim de voluntate consequente, quod scilicet ex illâ respiciente contemptum Phariseorum non revelaverit voluntatem suam Pater cælestis, parvulis verò seu simplicibus, Apostolis, & cæteris Idiotis, qui sese assimilantur infanti, Matth. XVIII, 3. illam manifestarit; quam dispositionem nos ipsimet defendimus.

VIII. In hac Th. a) dicit, *Jus DEI absolutum non esse contrarium Legi, regulam adæquatam justitiæ esse partim DEI naturam, partim ejus voluntatem, & tandem aliud esse ex superiori ordine, & aliud ex regulâ justitiæ. &c.* At a) quanquam *jus absolutum DEI*, quod æquitate temperatur, ex nostrâ sententiâ non sit contrarium Legi, tamen *jus absolutum* & quidem *summè absolutum*, quod fingunt Calviniani, contrarium est legi, eo ipso, quia contrarium est bonitati, sanctitati & justitiæ divinæ, cujus typus est lex moralis, v. gr. si DEUS summo & absoluto Jure damnet creaturam rationalem, ad cruciatus perennes, hoc erit utique adversum bonitati, sanctitati & justitiæ divinæ, quod tamen Calviniani defendunt: b) Justitiæ, regulam adæquatam non esse summam Legem concedimus, sed eo ipso, quod Turretinus justitiæ regulam ponit partim naturam DEI scilicet in moralibus, partim voluntatem DEI in positivis, sibi et ipsi repugnat, atque tacite concedit, justè non reprobari præteritos, cum qui justè non reprobetur, injustè reprobat, adeoque in reprobatione aliquid adversum divinæ justitiæ & sanctitati committi: c) Distig-

Et illa & simile subiectum, quod valdè placet *Molinae*, *Correio* & *Turretino*, qui forsan ex illo defumfit, planè est diffimile, nam 1. si Princeps condonat peccatum uni reo, altero capitis supplicio damnato, ut homo agit, quem penes variari potest iustitia & clementia; agit in re quâdam temporali, agit denique iniuste quandoque, si enim homicidæ condonet, agit contra Legem latam, *Genes. IX*, at penes DEUM iustitia & clementia non variant, cum sit immutabilis, si aliquem reprobat vel negativè vel positivè, vel absolutè vel comparatè, non versatur in bono quodam temporali, sed in æterno, nec potest agere contra Legem à se latam. b) *Crotus* dicit, *cur Princeps dicit condonet, alterum puniat aequè reos, causam esse, quia ex parte illius qui condonaret, aliquid intercesserit, nempe evdokia DEI, at illa evdokia DEI fundatur in Christo, Vade & sponsore in quo Pater evdokia; Matthæ. III.* Tertio ad *Photinianismum* se refert hoc simile, si enim nemo justificatur nisi satisfactione interpositâ, in quâ evdokia radicata, similiter nullus eligitur nisi satisfactione Christi interpositâ, & consequenter nemo reprobabitur, nisi ob neglectum & contemptum satisfactionis Christi; aut *Photinianismus* locum habebit apud *Calvinianos*, non in articulo justificationis, interim tamen in articulo electionis & reprobationis.

IX. Dicit Author, *quomodoque jure DEI absolutum extendatur, curiosus non esse scrutandum, ideoque jabere Calvinianos; exesse curiosa & inutili Scholasticorum quæstiones.* At a) quos tangit hæc thesi? quos pungit nisi *Calvinianos*, qui de jure DEI absoluto tantum disputant; quos verò absolvit ab hæc curiositate, nisi nostros Theologos, qui temerariis *Calvinianorum* assertionibus sese opponunt: Secundo, anne exesse jabere potest, quod publicè prostat in officiis Bibliopolarum, vid. *Szydlovius*, qui ex hoc jure DEI absoluto hæc quæstionem deducit: *An deat antecedenter bonum ad voluntatem DEI, quod negat: an DEVS possit precipere contrarium omnibus præceptis Decalogi maxime primo, secundo, & tertio, quod affirmat; an denique DEVS peccatum unius possit alteri imputare, & ipsum propterea punire; quod iterum affirmativè resolvit.* c) *Moses Amyvaldis Theologus Primarius in Gallia*, qui ex hoc jure DEI absoluto deducit, quem certatim hæc in parte secuti sunt *ceteri Theologi*, nempe *an DEVS contrarium*  
*innocenti-*

inveniret in posse ut omnibus cruciatibus addicere, quod affirmans, non esset  
 un-rationalis potuisset conqueri contra DEUM; si ita ex absoluto jure tra-  
 hatur, homo, quod respectu vermiculi DEO longe minor, ut loquitur Tur-  
 retius, & negat, an tandem beatus aliqui possit de jure beatus beatitudi-  
 nis, atque aeterni summus subijci, quod affirmavit.

## QUÆSTIO XXVII.

Disputat Author, an personæ divinae distinguantur ab essentia, &  
 inter se, & quomodo, atque utat diffusum inter Theologos. Secundò  
 dicit, distinguat distinctione modalis, & tandem modos illos personarum,  
 nec substantialium nec accidentales, dicit. At a) confundit distinctas  
 quæstiones; alia enim est quæstio, quomodo personæ distinguantur  
 ab essentia in divinis, & alia est quæstio, quomodo personæ inter se  
 distinguendæ invicem: quod ipse Turretius in progressu tacitè agno-  
 scere cogitur, dum quidem distinctionem modi asserit utrobique, in-  
 terim tamen Thesi VIII. distinctionem personarum inter se dicit ma-  
 jorem videri esse, quam ab essentia, & Thesi XIII. scribit: *Quæ sunt  
 à se invicem incommunicabilia personæ dici differre realiter, id est, non solum  
 ratione, sed non statim differre debere essentialiter & specificè, personæ  
 priori modo inter se differre, non autem secundo.* b) Malè differit in di-  
 stinctione personarum ab essentia, statuendo differre illas modaliter,  
 nam si de modali distinctione ipsi sit sermo, ut contradistinguit rea-  
 li, contradicit suo Massonio, qui l. 2. Anatomiac. VII. contra Wellerum  
 disputat, & concludit his verbis: *Heißt das Wörtlein realiter so viel  
 als essentialiter, oder heißt realiter unterschieden seyn ut res & res, so  
 sagen wir Nelin Heißt aber das Wörtlein realiter so viel als modaliter,  
 so sagen wir auß Damasceno und vielen Lutheranern, daß die Personen  
 modaliter, oder modali distinctione vom Wesen unterschieden werden,  
 teste Scharfo in Metaph. Disp. 2. Iacobo Martini l. 3. de 3. Elohim.* Atque  
 sic Massonius admittit realem differentiam personarum ab ipsa essen-  
 tia, quod blasphemum. 2. Explicat, quomodo hæc velit intellectu,  
 dicendo: *Persona differre dicitur ab essentia non realiter, i. e. essential-  
 iter, ut res & res, sed modaliter ut modus à re, atque sic planè conspi-  
 rat cum Keckermanno, Massonio, &c. qui hanc distinctionem propo-  
 nunt, adeoque hoc tantum vult, personas & essentiam divinam*

non distingui essentialiter, non distingui ut rem & rem, interior quin præter essentialem distinctionem præter distinctionem rei & rei datur distinctio realis, qua præscindit ab essentiali, & rei & rei, quam ille modalem appellat, adeoque colorare vult absurdam suam assertionem, ideoque premittit iisdem absurdis, quæ in entantur *Maffonio à Wellero*. 3. *Wellero* rectè conclusit, *Calvinianos secundum suas hypotheseis admittere distinctionem realem inter personas & inter essentialiam, quia passim docent, personam & λόγος esse incarnatam, non autem naturam: Personam & λόγος esse communicatam humana natura, sed non divinam, adeoque eo ipso distinctissimam esse in hypotheseibus Calvinianorum personas atque naturas: Ut autem pateat, quam nihil solidi habeat discursus *Turretini*, quàm absurdè provocarit *Maffonium ad Scharpsam & Iacobum Martini*, dicimus a) non illum, qui dicit modum reale quid esse, confessim admittere distinctionem realem personarum ab essentiali, prius autem tantùm dicunt *Scharpsam & Martini*, nempe *modos reales*, quòd autem nulla sit consequentia à realitate modi ad distinctionem realem, patet tùm exemplo Angelorum, immaterialis enim essentia realiter dicitur de Angelo, & habet sese ut reale, Angelus enim realiter est spiritus, seu essentia immaterialis; nec tamen essentia immaterialis realiter ab Angelo distinguitur: In homine realiter sunt substantia, vivum corpus, anima, nec tamen realiter distinguuntur, sic actio & passio sunt unus motus, adeoq; in actione & passione motus est realiter, sed non distinguuntur realiter vel ab actione, vel à passione; Secundò dicimus, longè aliud esse *modos vulgares*, & aliud *modos eminentes*. In divinis non obtinent modi vulgares neq; ex natura illorum sunt æstimandi, sed modi eminentes qui sunt *ἐπιπέδου τῆς οὐσίας κατὰ λόγον* (1. 3.) In modis ita res est comparata, ut sc. distinctio modorum tantùm locum habeat in illis, in quibus superadditur modus naturæ per realem compositionem, aded ut modus sit extra essentiam rei, sit re posterior: num itaq; personæ divinæ sunt extra essentiam divinam? num cum illâ componuntur? Non itaq; dicendum, personas differre ab essentia modaliter, ita ut terminus hic etiam ad modalem distinctionem extendatur, sed differre ab essentia virtute & eminenter, quod scil. non consistant in mera distinctione rationis ratiocinantis, sed ratiocinata.*

X. Hæc

**H.** Hæc in Th. dicit Autor *Medium tenere orthodoxos inter Sabellium & Trinitatem, æque modalem rationem flammæ distinctionum, quæ personarum proprietatibus personalibus tanquam modis subsistendi in communibus cœlis constituantur, & per eosdem distinguere bene dicuntur.* In Thesi XI. diffensionem notat, & tandem conciliat, quia qui dicunt differre realiter volunt ea propter distinctionem notare, quæ sit realis major, sed rationem quæ sit realis minor: Verùm primò absolute asserit, distinctionem personarum inter se, esse tantum distinctionem modalem, Itaque enim Pater, Filius & Spiritus Sanctus dicendi erunt differre tantum modaliter, adeoque Trinitatis mysterium laborabit, cum existentia sit modus entis, & realiter ab eate differat, quo modo si d. fferat Pater, Filius & Spiritus Sanctus, ætiam erit de mysterio Trinitatis. Secundo, Gravior est diffensus inter Theologos Calvinianos, quam ut eorum sententia Tertium conciliari queant; Solus enim Trinitatis, Pater, Polanus, Sadacl, & alij quamplurimi stant pro reali distinctione personarum. Tertio, Malagma illud distinctionis planè non conducit, nam hæc ratione fingi posset, quodcumque volumus, in hoc mysterio, posset dici, attributa inter se, justitiam & misericordiam differre realiter, & deinde dilabi ad distinctionem realem minorem, quia ex sententia Calvinianorum sunt diversi modi, justitiæ & misericordię, ideoque si modaliter differunt, etiam realiter differunt, præcipue si consideratur, quod existentia sit modus entis; attributa autem divina sese consimiliter habeant ad essentiam: Nos ergo statuiamus, personas in Trinitate differre reales, tum quia differunt Pater, Filius & Spiritus Sanctus ut alius atque alius, aperte enim Christus, rogabo Patrem, & alium dabit Paraclitum, ubi alius est rogans, alius Pater rogatus, alius Paraclitus, Iohan. XIV, 16, tum quia differunt, ut tres testes in cœlo seu cœlestes, qui autem differunt ut tres testes, illi sanè differunt realiter, 1. Ioh. V, 7, tum quia distinguuntur relative oppositè, & ita ut unus non sit alter, ubi autem relativa oppositio obtinet, ibi locum habet discrimen quoddam reale; Pater autem relative opponitur Filio, tanquam gignens, Psalm. II, 7. Filius Patri opponitur, ut genitus ex essentia, Iohan. I, 14, 18. Spiritus Sanctus procedit ab utroque, & consequenter opponitur utrique, Iohan. XV, vers. 26.

**XIII.** In hac Th. *Secundæ* nostri argumentum resolvere nititur; *Bodicit*, quæ sunt *αδιήλας* incommunicabilia possunt dici differre realiter; *ε* non solvatione, sed non debent dici mox differre essentialiter & specificè: At *α*) in argumento *Eckardi* hæret, ut se extricare nequeat nisi dicendo, quæ sunt incommunicabilia differre realiter; quæ enim ita sunt incommunicabilia, ut una de altera dici nequeat, illa per illam ipsam incommunicabilitatem differunt realiter; β) Imponit *Eckardo*, quod nunquam somniavit, nempe personas differre essentialiter & specificè; notum enim est, quod à discrimine reali non valeat consequentia ad essentialè, neq; specifica obtineat, nisi ex suppositione generis, quod à DEO removent nostri *Theologi*, quidam autem *Calviniani* admittunt. γ) Dicit, personas priori modo inter se differre, non *secundo*; At non est consequens personæ non differunt tantùm ratione; E. differunt realiter ita, ut possint dici differre modaliter, extendit hoc termino etiam ad id, quod realiter differre dicitur: nam datur medium inter differre realiter, & differre ratione, & cum personæ ex nostra sententia dicuntur differre realiter, differentia realis non ita latè accipitur, sed strictè, idque propter oppositionem relativam; *Commenta*, quæ aliàs *Calviniani*, pro sua sententia, in primis *Mafsonius* contra *Eckardum* urgent, sunt sequentia: 1. *Personæ sunt modi: E. differunt inter se modaliter.* 2. *Realis distinctio est inter res & res, sive inter res diversas, persona autem in Trinitate non habent se ut res & res, E. non differunt realiter.* 3. *Quæ realiter differunt à se invicem possunt separari, persona autem in Trinitate non possunt à se invicem separari, E. non distinguuntur realiter.*

Verum nil concludunt: Non primum, quia non ab objectis ut sic, sed ab eorum respectu desumitur differentia specifica, ubi itaque objecta involvunt oppositionem, adeoque habitudinem adversam, ibi realis distinctio locum habet, partim, quia personæ non sunt puri modi, sed substantiæ certo characterè insignitæ: partim, quia modi non naturales: hic sunt attendendi, sed quia sunt singularissimi, illorum eminentia transcendit omnes modos vulgares.

Non Secundum, quia non tantùm illa realiter differunt, quæ differunt ut res & res, sed etiam quæ differunt ut modi oppositi.

Non Tertium, partim, quia *Philippus Melancthon* hanc regulam confecit, quam proinde acceptare possumus vel neglegere, unde etiam *Massius* probat in sua *Disputatione contra Eckardum ad Philippum*: partim, quia notum est *Philippum* defecisse ad *Calvianum*, & proinde ejus regula non plus valet, quam si adduxisset auctoritatem *Zwinglij* vel *Calvini*: partim, quia falsissimum est, *Melancthonem* asserere, separari posse, quæ realiter differunt, sed hoc dicit, quod quæ realiter differunt, etiam separari possint, & quia separari possunt, realiter differunt, non autem consequens est, quæ separari possunt, realiter differunt, nisi subsumere velit. personas separari posse, & consequenter realiter differre, unde rectissime *Eckardus* dixit, falsum esse hunc Canonem haberi apud *Philippum*.

XIV. In hac Th. dicitur *ῥῶν ὑποθέσεων reales bene dici, non tamen vel substantiales vel accidentales dici posse, cum divisio in substantiam & accidens sit divisio tantum entis finiti, & rerum quidem, non modorum*: Ast a) sibi contradicit in hac Thesi, asserit enim *ῥῶν ὑποθέσεων*, seu modos istos subsistendi, quibus personæ inter se distinguuntur reales bene dici, & tñ. negat substantiales bene dici, quomodo autem possunt *ῥῶν ὑποθέσεων* esse modi subsistendi, si non possunt dici modi substantiales? annon eo ipso quo dicuntur modi subsistendi, quibus personæ subsistunt, modi substantiales dici possunt, imò dici debent nec tantum reales dicuntur per exclusionem operationis, sed etiam quia *positivè constituent personam, unam ab alterâ distinguunt, faciunt ipso Autore*. c) Omnis modus est vel substantialis, vel accidentalis, si non univocè, tamen analogicè: analogicè itaque erant *ῥῶν ὑποθέσεων* substantiales: c) Divisio entis in substantiam & accidens non est divisio entis tantum finiti, sed prout abstrahit à finito & infinito, adeoque expressior modus entis: si enim tantum ens finitum distingueretur in substantiam & accidens, D E U S non esset substantia, quia tantum ens finitum est substantia vel accidens, neque consequens est, si distinctio est rerum, & non modorum, modum non posse dici substantialem; aliud verò est, modum esse substantiam vel accidens, quod negatur, & aliud est, modum esse vel substantialem vel accidentalem, quia substantiale tantum quasi adjectivè dicitur, & proinde *ῥῶν ὑποθέσεων* seu subsistentiæ optimè aptari potest.

potest, ut itaque constet. quæ nostra sit sententia, circa hanc Thesin, dicimus, non posse dici tres personas quidem esse tres substantias in divinis, si substantia accipiat pro essentia, Catholicis enim contra Arianos defendebant, Filium esse Patri consubstantialem, at si consubstantialis est Filius, substantialem modum dicit, adeoque habemus in terminis, quod disputat Author, & Athanasium in Symbolo non confundentes personas, neque separantes substantiam, dicit: Ubi planum est, per substantiam intelligi essentiam, contradistinguit enim hæc substantiam personis, quæ non confundi debent, adeoque hoc vult, substantiam seu *ὄν* esse unam, sed non personas, verum esse distinguendas, ut alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus Sanctus. b) Si substantia accipiat in illo sensu, quo aliàs dicitur substantiare accidentibus, negamus iterum dicendum esse tres personas esse tres substantias, seu substantiales, neque enim essentia divina substare accidentibus, quo sensu Augustinus dixit, l. VII. de Trinit. c. V. DEVM abusive dici substantiam, eo quod caveat accidentibus. Denique si substantia & substantiale id dicitur, quod per se subsistit, quod opponitur accidentibus, si illi quod per se subsistit superaddatur *τὸ incommunicabile* alteri personæ, dicimus *ἕκαστος ἰσῶς* esse dicendos substantiales, imò, quod magis est, personales, non tamen ita, ut transeamus in sententiam Scholasticorum, qui non tantum tres substantias, sed etiam existentias personales ab absolutâ essentiâ distinguunt cum Molinâ, Suarezio, Tannero: qui tribus subsistentiis personalibus unam subsistentiam absolutam per modum semisuppositi adjiunt cum Cajetano, Bellarmino. Denique personas Deitatis proprietatibus absolutis constitui & distingui docent cum Scotistis, Licetia Alterungo atq; Alphonso Salmerone, quo sensu Hilarius l. de Synodi affirmat interfuisse se huic Synodo, ubi expresse admissum fuerit in divinis esse tres substantias. Atque concludimus cum Augustino c. l. VII. de Trinit. c. 3. Unus DEVS Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. itaque loquendi causa de ineffabilibus, ut fieri aliquo modo posimus, quod, effici nullo modo possumus, dicitur est à nostris Græci, una essentia, tres substantiæ: à Latinis autem una essentia, tres personæ, quæ, ut iam diximus, non aliter in sermone nostro, s. e. Latino essentia, quàm substantia intelligi solet: Negat itaque Augustinus tres personas divinitatis dici posse tres substantias



Essentias, in usu sc. sermonis Latini, ubi substantia idem est quod essentia, ita verò tres admittendi essent Dii, sed non negat in alio sensu, non negat in sensu Græcorum, unam Essentiam & tres substantias mysterium Trinitatis repræsentare: quod autem addit, si substantiales quandoque dicantur, hoc si ri *improprie respectu subjecti modificati*, sit ita fas loqui, non verò ratione formæ, vel quidditatis ipsorum modorum, non ita accuratè loquitur: nam substantiales dici *improprie* non concedimus, sunt a. *proprie modi subsistendi*, & quidem *ultimati*, E. *proprie dicendi* sunt substantiales: b) Quod dicit, *ratione subjecti modificati* posse substantiales dici, id *improprie* dicitur, non enim Deitas est subjectum, & modi se ad illam habent ut adjunctum, unde etiam ipse dicit, si fas est ita loqui, neque hoc subjectum concipiendum est ut distinctum à modis substantialibus c) Ratione formæ vel quidditatis ipsorum modorum, qui modi sunt vocandi substantiales, quia etiam in præcisione considerati vocantur ab ipso Authore *ἁπλοῦς ὑπόστασις*, dicuntur modi substantiales.

XV. In hac Thesi Author a) dissimulat dissensum Sociorum religionis, nam non tantum disputat contra *Scotistas, Marsilium, Nicolaum de Orbello, Franciscum de Pitigliano*, qui docent, *suppositum seu personam formaliter dicere negationem*: De *Lycheto* non disputamus, qui ipse agnoscit infirmitatem rationum Scotisticarum, sed modo contra *Cartesianos, Wittichium, Prof. Lugdunensem*, qui *negativam formalitatem* maximè propugnare studet: 2. rectè dicit, *terminus illum negativum dicere positive omnimodi ultimam complementum, per quod res ita completa est in se, ut cum alia ulterius uniri vel communicari nequeat*: 3. Impugnat sententiam *Scoti & Cartesianorum* ex mysterio Trinitatis, & rectè dicit, *si conceptum personalitatis esset pure negativum, tres persona Trinitatis in suo esse personali constituerentur, & à se invicem distinguerentur, per summam negationem, adeoque obscuraretur grande illud mysterium*; sed non addit, quod maximè premit istis modi homines, quod non tantum stante hac sententiâ obscuraretur *mysterium Trinitatis*, sed & *mysterium incarnationis*, tam ex parte *λόγος*, tum ex parte *humana natura assumpta*: ex parte *λόγος* quidem, quia esset humanæ naturæ in infinitam *λόγος* subsistentiam assumptio, non personalitatis, non subsistentiæ, non idiomatum divinarum

Z

pos.

positivorum communicatio, sed tantum alicujus negationis communicatio, quod toti orthodoxæ reclamat: *ex parte vero humanitatis*, quia cum Patribus & Conciliis dicimus, λόγον assumisse humanam naturam, non hominem, ne dicatur personam assumpsisse. At stante hac sententiâ de mera negatione, locutio hæc vana esset, si substantia per negationem constitueretur, & non potius reale quid esset, quod personam completeret, nisi impediretur per unionem personalem. Vid. Dorschæus in *Dissert. quâdam contra Calvinianum, qui sese Aug. Marcium appellat*; idè autem substitit in mysterio Trinitatis ne denudaret mentem Calvinianorum heterodoxam, quam habent in articulo de personâ Christi & unione personali.

XVII. In hac Th. dicit 1. *distinctionem personarum in duobus observari potissimum, intus in ipsis personis, foris in earum operationibus, &c.* b) Explicat, *quomodo illa παροχή se habeat, nempe non ratione essentia, sed modi.* 3. Dicit, *Patrem à seipso esse, non possivè, sed negativè, quo sensu dicatur παρ᾽ ἑαυτοῦ, sans Deitatis.* At a) maledtribuit Patri παροχὴν quandam præcæteris personis, scil. ut salvet suum Calvinum, qui l. 1. Instit. c. 13. §. 23. Christum minorem dicit esse Patre, Zanchinum, qui in Epist. ad W. lib. Stuckium paria de Filio pronuntiat, & denique Sohnium, qui subordinationem quandam admittit in Trinitate atque in Exegeti Aug. Consi. scribit, respectu missionis & officij bis ardo est inter personas, ut Pater sit persona mittens, Filium persona missa, atque adeo ut Filius quasi Patri subordinetur, & ut veluti medium inter DEVM & homines gradum obtineat, ut Pater det Filium, Filius tanquam persona missa accipiat à Patre mandatum & ἐξουσίαν, i. e. potestatem officij. 2. Falsissimum est Patri competere παροχὴν quandam præ Filio & Spiritu Sancto, tum quia si Patri competit ἐξουχία quædam præ Filio, quia scil. Pater est à se, quia scil. dignior est Filio, etiam Filio competet ἐξουχία, respectu Spiritus Sancti, adeoque inæqualitas Majestatis & honoris respectu personarum in hoc mysterio introducenda, tum quia Patri non potest tribui ἐξουχία quædam in ordine ad Filium & consequenter ad Spiritum S., quia Pater & Filius sunt unum, Job. X. ubi autem unitas essentia numerica, ibi non ἐξουχία obtinet unius præ altero; qui videt Filium, videt Patrem, Job. 14. Exultat

ἕξοχῃ, propter intimam ἐξουσίαν, omnia, quæ Pater habet, habet  
 Filius, Job. XVI. at si hoc, majorem ἕξοχῃ Patris habet: tum quia si per-  
 sonæ sunt ὁμοῦστοι, ut tota antiquitas defendit, quam certatim sequun-  
 tur omnes Theologi, non potest ἕξοχῃ unius personæ præ altera lo-  
 cum habere: Et quid dicit ἕξοχῃ? nonne *Excellentiam, quæ alter alte-  
 ri præstat?* nonne *perfectiorem?* At non datur perfectio in modis subsi-  
 stendi, cum affectio essentiz sit, non verò modorum: Unde Theolo-  
 gi reprehendunt *Doctores Pontificios* in primis *Franciscum Suarezium*,  
 quod præter perfectionem absolutam in Trinitate statuerit tres perfe-  
 ctiones relativas. 3.) *Jacobus Altingius in Loc. Comm.* non veritus est  
 ita scribere, *Patri nomen Deitatis competit καὶ ἕξοχῃν, Job. I. I. Matth.*  
*XVI, 16.* & passim in utroque Testamento, unde Patres orthodoxi  
 ipsum vocant originem ac fontem totius Deitatis, principiumque Fi-  
 lii & Spiritus Sancti: hinc videmus lupos conspirantes, & videmus,  
 non tantum ἕξοχῃν Patri tribui, sed etiam intendi, corroborari dictis,  
 & dici passim in utroque Testamento, hinc videmus, quomodo Pater sit  
 πηγή seu fons Deitatis: Ast hoc reprehensum est in *Arminianis* contra  
 quos disputant Calviniani, in *Episcopo*, qui l. IV. *Instit. c. 32. Patrem*  
*dixit dignitate esse Superiorem, quia Principium & causa, ut sine Filio*  
*& Spiritu Sancto*: Dignius autem id, quod à nullo, quam quod  
 esse habet ab alio, dignius generare, quam generari, spirare quam  
 spirari, non tantum autem Pater superior est dignitate, sed & po-  
 testate, i. e. jure sive dominio, quia Patri est jus mittendi seu dan-  
 di Filium, effundendi Spiritum Sanctum, neutri verò jus neque Fi-  
 lio, neque Spiritui Sancto in Patrem, hinc Pater nunquam missus  
 aut datus, sed semper mittens seu dans legitur. Neque tantum re-  
 prehensum fuit ab *Orthodoxis* in *Arminianis*, sed etiam ab ipsis *Calvi-  
 nianis* speciatim *Maresio*, in *Vindicta contra Curcellanum*, qui p. 66. *con-  
 tra subordinationem agit*, th. 25. & c. tum ex eo, quia nullibi in Scri-  
 ptura hoc reperitur, tum ex eo, quia Filii & Spiritus S. propo-  
 nantur nobis in Scripturis ceu ordine & origine à Patre dependentes,  
 (falsa est hæc Phrasid & malè sonans, neque enim persona ab alia de-  
 pendet) non verò ut illi subordinati potestate vel majestate, duratio-  
 ne vel naturâ: tum ex eo, quia quamvis Pater dicatur *verus solus Deus*

*Ed. XVII, 3.* solus Pater tamen non sit habendus pro vero DEO, eo ipso, quo Petrus est homo, sit illud animal, quod solum rationale est, non tamen soli Petro conveniat esse animal rationale, & conceptis verbis ipse Christus *verus quoque DEVS & vita aeterna* appelletur, *1. Ioh. V, 21.* & *p. 143.* scribit: *Ex hi autem liquet, quod supposita distinctione duarum in Christo naturarum nullas habemus nedum evidentes pro- tuleris adversarius Curcellae demonstrationes ὑπεροχῆς Paterna in Deitate, cujus incursu meritis dixerit Christus, Pater est major me, Ioh. XVI, 7, 28:* aperte itaque *Maresius* disputat contra *ὑπεροχῆν* Patris à *Curcellae* assertam: nunc itaque patienter feret, si *Turretinus* quoque defendat illam *ὑπεροχῆν*: quanquam subdolè agat *Maresius* in hoc puncto, ut patet ex sequentibus. Nam scribit ille: *ὑπεροχῆν Patris præ Filio libenter admittimus respectu humanitatis à Christo assumpta, & officij mediatorij & ultionae exinanitionis, cui se subicit pro redemptione nostrâ, imò & generationis aeternae, quantum interest inter modum habendi divinitatem ἀσυλήτως, qui Patris est, & γυνήτως, qui est Filij, nevisquam verd in Deitate, quae eadem est Patris & Filij.* - At a) non disputat *Curcellae* de *ὑπεροχῆ* Patris, ratione humanæ naturæ in se considerata, quia hoc plane est extra statum controversiæ. Secundò, si Christum respectu officij mediatorij dicit inferiorem Patre, *ὑπεροχῆν* quandam tribuit Patri præ Filio, Christum ut Mediatorem non agnoscet causam primam nostræ salutis, sed in ordinem causæ secundæ rediget, adeoque ab axioma Deitatis rejiciet. Tertio, si *ὑπεροχῆν* concedit *Curcellae* ratione generationis æternæ, Filium inferiorem facit Patre ratione ipsius generationis æternæ, & consequenter in ipsa essentia divina inæqualitatem aliquam statuit, *Curcellae* quoque victas dat manus. b) Explicationem quod concernit, non dextrè sese habet, nam dicit, *ὑπεροχῆν* Patri tribui ratione modè, tum in subsistendo, tum in operando, at hoc admitti nequit, tum quia si in subsistendo Pater habet *ὑπεροχῆν* respectu Filij, persona Patris habebit *ἕξοχῆν* quandam præ personâ Filij, at ubi summa, profundissima & eminentissimæ æqualitas, ibi nulla *ὑπεροχῆ* locum habet, tum in essendo, tum in subsistendo, summa autem æqualitas obtinet inter Patrem & Filium ex *Job. V, 18. seqq.* tum quia *ἕξοχῆν* tribuit Patri *quod ad ordinem*

*Ordinem & quoad originem*, quâ ratione quidem prioritas Patri competit, sed non ἐξ ἄρχῃ in cæteras personas. Prioritas quidem, quia ubi est ordo, ibi prius & posterius, quanquam *Franciscus Suarez & Gabriel Vasquez*, nolint admittere *prioritatem simpliciter sic dictam*, quia hæc Phrasis possit errorem ingenerare simplicibus, sed tantum *prioritatem cum addito originis*, ex prioritate autem nulla ἐξ ἄρχῃ resultat in Patre præ Filio, nam & aurora prior est die, nec tamen ἐξ ἄρχῃ habet præ die; tum quia DEUS Pater est à se ipso, non *positivè* quidem, ut *Cartesiani* volunt, sed *negativè*, interim essentiam habet Filius & Spiritus Sanctus eandem quam Pater habet, adeoque independentem, & essentiam illam, quæ est à seipso. c) Patrum sententiam proponit, qui dixerunt, *Patrem esse πηγήν seu fontem Deitatis*, & explicat, *quod non absolute, sed respectivè hoc dicatur*, nam Patres à) & concilia etiam vocarunt Patrem πηγήν τῆς Θεότητος: *Dionysius* c. 1. de *coelesti Hierarchiâ* scripsit: *Pater divinitatis fons atque principium*, quanquam libri illi, qui hodiè circumferuntur, & *Dionysio Areopagita* tribuuntur, non sint *Areopagita*, ut pluribus docuit *Iohannes Dalesius*, *Augustinus* lib. IV. de *Trinitate* c. 20. *Pater Trinitatis fons & principium Pater est*, nec non *concilium Tolet. VI. c. 1. Credimus Patrem ingentum, increatum, fontem & originem totius divinitatis*, ut & alterum *concilium Tolosanum*: *Fons ergo est ipse & origo totius divinitatis*. Secundò, Patrem esse fontem totius divinitatis, utut antiquiores dixerunt, reprobavit hanc locutionem tamen *Socius Religionis Andreas Essemus* in suo *Systemate*, qui *Disp. XVII. thes. 15.* scribit, *Modum hunc loquendi in orthodoxis quibusdam Authoribus facile excusandum, ac benigne interpretandum ex aliis ipsorum locis, atq; integrâ confessione, imitari tamen volumus, cum sit ἀκύρῳ λόγῳ non accuratum. Deitas enim essentia divina, cujus absolute nullum est principium, nullus fons, si ergo totius divinitatis principium foret Pater, quod intelligendum positivè, siæ quoque essentia positivè principium foret, quod absurdissimum. Tertio, emollit hanc Phrasin, & dicit: *Respectivè posse illam accipi quoad illius communicationem*; Nos dicimus, Patrem dici principium & fontem Deitatis improprie, quia Deitas non procedit à Patre, ergo nec se habet ut principium ad Patrem, vel id quod est à principio,*

interim tamen, quia Pater est principium Filii & Spiritus Sancti, in quibus singulis est tota Deitas, in hoc sensu potest dici principium Deitatis, prout etiam Lombardus hoc intellexit: subveniat nobis *Dom Iosaph Cachetanus, Turonensis Barnabita*, qui in *Theologia sua assertoria* hanc Phrasin explicat, & dicit, *Pater est principium Deitatis, non quidem ipsam producendo, bene tamen ipsam communicando, ubicunque est ab alio communicata*; Item, *Pater est principium totius Trinitatis, non quidem quatenus principium omnium trium personarum, bene tamen quatenus inter divinas personas ipse non principium aliarum, quamvis non sit principium sui ipsius, quemadmodum qui dicitur Rector totius civitatis, quis inter cives est Rector, non quia Rector sui ipsius, sicuti quoque Adamus dicitur Pater totius generis humani, quia est Pater omnium aliarum hominum. licet non sui ipsius.*

XVII. Dicit, *Patrem habere ὑπεροχὴν ratione proprietatum personalium*: Secundò, *Patri tribui ἀγαπησίαν, Filio γένεσιν, Spiritui Sancto ἐκπέφυσιν*: Tertio, *Filium, dicit, esse à Patre per generationem non ratione essentia & absolute, quæ DEVS est, sed ratione persona & reduplicative, quæ Filius, Spiritum Sanctum autem esse à Patre & Filio per spirationem, quia generatio & spiratio sit communicativa essentia ad terminum personalitatis. Verùm a) si Pater habet ὑπεροχὴν ratione proprietatum personalium. 1. Aut illa ὑπεροχὴ consistet in essentia, aut in proprietate personali: non in essentia, quod ipse Author concedit; si posterius autem, nulla ὑπεροχὴ Patri competit præ Filio & Spiritu Sancto, quia ut Pater habet suum proprium subsistendi modum per ἀγαπησίαν, ita Filius quoque habet proprium suum Characterem modumque subsistendi per γένεσιν, & sic consequenter. Secundò, Pater ut persona non potest dici dignior Filio, sed Filius æquè dignus est Patre, nisi velimus statuere Filium quæ Filium esse inferiorem Patre, adeoque ei inæqualem: Tertio, ὑπεροχὴ dicit excellentiam, perfectionem & præminentiam unius præ altero, at ὑπεροχὴ & perfectio non competit modis, sed est affectio Essentia, quæ omnibus personis est communis; In ordine itaque ad creaturas omnibus personis tribuenda est ὑπεροχὴ. b) Patri quidem tribuitur ἀγαπησία, sed ita, ut *Ariani* maximè ab usent hoc termino, ad elidendam*

tendam divinitatem Filii, utpote qui non *αγεννητος*, sed genitus  
 à Patre: interim tamen existimamus retineri posse hunc terminum  
 in sensu orthodoxo, quatenus dicit *negationem non tantum dependen-*  
*tia, sed etiam ordinis & originis*, quo in casu Spiritus S. non potest tri-  
 bui, interim si quis refugiat usum hujus termini, substituere in illius  
 locum poterit terminum positivum Paternitatis; In tertio Author  
 maxime errat, & Calvinia oam teris orbitam contra *Wigandam*, nant  
 dicit, *Filium à Patre esse per generationem non essentia & absolute, sed*  
*ratione personæ & reduplicativè*: At si Filius in divinis est Filius pro-  
 priè sic dictus, erit Filius ex eo, quia essentiam accepit à Patre quem  
 admodum hominis filius est filius hominis, quia essentiam ab eo ac-  
 cepit, generatio enim est productio viventis à vivente in similitudi-  
 ne naturæ adeoque essentia, & demonstravit B. noster *Craverus*  
*contra Phorinianos generationem in divinis formaliter dicere communi-*  
*cationem essentia, E. & essentiam habebit à Patre Filius communi-*  
*catum*. 2. Falsum supponit cum *Trelcatio & ceteris Calvinianis*, essentia  
 divinam non generare & generari, quo in puncto *Jesuitæ*  
 preluxerunt *Calvinianis*: At nostri constanter hætenus docuerunt,  
 quod *essentia characterisata generat essentiam characterisatam, chara-*  
*cterisata Patris characterisatam Filij*; Infidiosè loquitur, dum dicit, *Fil-*  
*ium dici à Patre esse per generationem, non ratione essentia & absolute*,  
 quasi scilicet ullus unquam statuerit, Filium habere à Patre per genera-  
 tionem essentiam absolute, semper enim B. *Lutherus* distinxit *intere-*  
*essentiam absolute talem & characterisatam*: dicit habere per genera-  
 tionem ratione personæ & reduplicativè, At Filius quæ Filius non  
 tantum dicit modum subsistendi in Trinitate, sed etiam reduplicati-  
 vè, quæ talis involvit unam essentiam, & duo dicit, essentiam & cha-  
 racterem personalem, quæ limitat essentiam.

## QUESTIO XXIX.

### De Æternâ Filii Generatione.

Author movet quæstionem, *an Filius DEI ab æterno sit genitus*  
*à Patre & affirmat*, in Th. autem VI. VII. *minus dextere procedit*, nam  
*a) dicit, personam bene dici generare personam, quia actiones sunt sup-*  
*positivæ, sed non essentia essentiam, quia quod gignit & gignatur,*  
neces-

*negotiarid multiplicetur, & sic via sternatur ad Atheismum. b) Disputatur, an dici possit, Patrem Filium generare & genuisse, & dicitur, utrumq; sensu sensu dici posse, primum respectu generationis in se spectata, quia opera Trinitatis ab intra, quale est gignere & gigni sunt aeterna & indefinita, aliam si actus personarum haberent finem, haberent etiam principium nec omnium posset in DEO negari mutatio: Posteriori tamen melius dici respectu nostri, cui imperfectum fit, quod fit in fieri, perfectum quod fit in factu esse: unde Scripturam, cum qua nobis loquendum uti potius verbo praesentis, quam praesentis Psal. 18. & Prov. VIII. c) Concludit terminatam dici generationem terminatione perfectionis, non terminatione durationis, & cum Filius semper gigni dicatur, non negari perfectionem terminari, sed finem tantum communicationis.*

Verum a) bene dici personam generare personam, aut hoc intelligitur ad exclusionem essentiae, aut in coadmissione essentiae: si primum, falsum est, personam bene dici generare personam, quia generatio est actus naturalis, est communicatio essentiae tum in rebus creatis, tum in increatis, proprie tribuitur DEO, non quidem vulgariter, sed eminenter: ut contra *Woltherum Theologi* nostri demonstrarunt, qui voluit in divinis generationem *Metaphoricam* obtinere, quia ratione etiam Filius coessentialis DEO fuisse Filius improprie & *metaphorice* talis. b) Probatio *Authoris*, quod scilicet actiones sint suppositorum, non stringit: Sunt enim *Interpres Aristotelis*, qui dicunt indefinitum hoc fuisse enuntiatum, & consequenter tam ad *universalem*, quam *particularem assertionem* posse referri, & posteriori modo explicant, idque idem, quia anima in statu separationis non est suppositum, non persona, imò ne quidem semisuppositum, ut finxit *Cajetanus*, & habet tamen suas operationes, intelligere, velle, videre DEUM &c. calor in aqua calefacit, nec tamen calefactio est actio suppositi, sed accidentis aquae inexistentis. c) Posito esse universaliter accipiendum illud Axioma, pro qua universalitate stat *Fonseca*, nil tamen à *Turretino* obstat, tum quia actio generandi non negatur à nobis, esse personae, sed tantum esse personae ut sic, dicimus enim essentiam characterisatam Patris generare essentiam characterisatam Filij, atque o ipso dicimus essentiam cum characterem acceptam, adeoq; cum personaliitate generare essentiam: tum quia quod gignitur, necessa-

riè



riò multiplicatur, at si multiplicatio non conceditur in divinis, negatur Trinitas, tres enim sunt numero distincti testes, 1. *Johann. V.* tùm quia non ita sternitur via ad Tritheismum, nisi etiam *Turretinus* viam velit sternere ad Tritheismum, dicit enim essentiam generando communicari, at essentia communicans, & communicata per generationem, differunt, & duas personas nobis repræsentant, essentia denique spirando communicata tertiam personam sistit, adeoque ex hypothese *Turretiniana* etiam via sternitur ad Tritheismum.

VII. Dicit, *Sano sensu dici posse, Patrem Filium generare & genuisse &c.* Verùm ὑπὸ λόγῳ ἡ hic fovet, nam ita vult excusare & defendere *Calvinum*, qui *l. 1. instit. c. 13.* maximè exagitat hanc phrasin, si dicatur, *Patrem Filium generare & genuisse*, neque dici posse existimat, *Patrem non generare Filium*, ut itaque tegat hoc pudendum *Calvini*, dicit, utrumque dici posse sano sensu, & tamen melius dici, *Patrem genuisse Filium*, idque testimonio *Scripturæ* confirmare satagit, unde magis ingenuè stat pro *Calvino Marefio*, & pugnat tanquam pro aris & focus. b) *Patrem Filium non tam genuisse, sed etiam generare in præsentia, imò in futurum generaturum esse probatur.* Primò *ex Scripturâ*, dicitur enim *Psal. 11, 1. Hodie genuiste*, ubi genuisti notat præteritum, hodie præsens, & quidem præsens in æternitate, ut ex collatione patet cum *Hebr. 1, 5.* qui locus docet generationem hyper Angelicam, & *Hebr. 7, 5.* probatur de Spiritu Sancto, qui dicitur procedere à Patre in præsentia, & de quo enuntiatur in præsentia, quæ audiet, loquetur, quia de meo accipiet in futuro, *Iob. XV, 26. & XVI, 13. 14.* Secundò probatur *ex analogiâ fidei*, ratione fœdatissima, quia scilicet fœcunditas divina, ut est infinita non solum ex parte principii producentis & ratione productivâ atque objecto formali, quæ ita est æterna, ut sicut dari nequit initium istius generationis, ita quoque nec finis seu terminus. Tertio, *ex antiquitate*: *Ecclesiæ* hoc ipsum credidit & statuit, unde *Origenes* *tom. II. Homiliarum*, inquit, *Splendor non semel nascitur & desinit, sed quoties ortum fuerit lumen, ex quo splendor oritur, toties magis oritur splendor clariorum. Sic ergo Salvator semper nascitur: Hilarius dicit: Vivens DEVS, & natura viventis potestas, at si cum totum &c. lib. VII. de Trinitate, imò Ecclesiæ canit,*

*ejus generatio non habet finem*, addatur *Augustinus serm. 22. de tempo-*  
*re*, dicens, *Filium nasci sine fine*; atque eodem modo loquitur *Cyrillus*  
*l. 1. de Trinitate cap. VI.* nec non *B. noster Lutherus*, atque ad argumen-  
 tum *Arianorum & Phosinianorum*, quod qui natus est, non possit nasci,  
 respondent Patres exemplo opposito de sole & splendore, de igne  
 & calore, quia si sol esset ab æterno, splendor quoque solis esset ab æ-  
 terno, qui dum fit, existit, & dum existit, fit, adeoque unum ab al-  
 tero gignitur, nec tamen nisi, quæ gignitur, perfecta generatio seu  
 productio cessat: splendor enim perfectus à sole procedit, nec tamen  
 splendorem illum sol definit aliquando producere: Et quid quæso est  
 conservatio Mundi, quàm continuata quædam Mundi creatio? Lu-  
 minis creatio, luminis conservatio non est aliud, quàm continuata  
 illuminatio. Tertiò, *Maresius pro Calvino pugnans*, & sequentia pro-  
 ducit Argumenta. 1.) Qui dicit, deus gigni Filium, gignendum-  
 que & processurum in æternum, videtur generationem illam dicere,  
*Semper esse in fieri, & nunquam in factis esse*, 2.) Qui in æternâ genera-  
 tione continuitatem etiam in futurum imaginatur, æternitati succes-  
 sionem & temporum differentias ascribit, quod est oppositum statue-  
 re in appposito. 3.) Cùm ne quidem generatio Physica plerisq; Phi-  
 losophis sit successiva, & sanè prout sonat acquisitionem Formæ,  
 momento fit, multò minus talis erit hyperphysica & incomprehensi-  
 bilis. 4.) Si coexistit æternitas tota omnibus temporum differentiis  
 quando semel existit, quia indivisibilis est, ut tamen si loquamur cum  
 Scripturâ, de his quæ ab æterno facta dicuntur, ea præstat dicere jam  
 facta fuisse ab æterno, quàm semper & quotidie fieri; Quis enim sa-  
 nus statuat nos semper ac quotidie eligi ad salutem, & porro eligen-  
 dos in futurum? Quia DEUS nos elegit ab æterno, quantum minus  
 commodè dicitur, Filium semper gigni & porro gignendum, quia sit  
 ab æterno genitus. Addit Exceptiones ad dicta, & quidem ad  
*Psal. 11.* verbum *Et esse temporis præteriti*, & tò hodiè si non deno-  
 tet tempus illud certum & præsens, quo placuit DEO manifestare ve-  
 nigeniti sui majestatem & gloriam, significare ipsam æternitatem,  
 quod autem ab æterno est, semper & continuè est: respondet, hinc  
 tantum sequi, semper & continuè id esse verum, quod Pater genuerit  
 Filium, non autem semper & continuè Filium gigni, & porro gi-  
 gnens

gnendum. b) Ad id, quod quidam producant ex *Iob. I. 2. In principio erat verbum apud DEUM*, non dicit; *fuit*, sed *erat*, quia adhuc est vitæque in æternum, dicit, suum esse pondus in præterito imperfecto erat, ut constet λόγος non expisse esse in principio, sed jam tum extitisse, prout & manebit in æternum, nec debet dici ita fuisse, ut esse desierit, prout ille apud Virgilium: *Fuimus Trojes*, at nullis fidiculis effici, ut dicatur λόγος semper & continuo gigni, ac parò gignendus, ed quod jam erat in principio apud DEUM, qui semper gignitur, nunquam genitus est, ut qui semper parturit nunquam peperisse dicatur: Ad 3. respondet ex *Job. XV. dici quidem in præterito, Spiritum S. procedere à Patre*, sed ex eo, quod sit illi *consubstantialis* teste *Tolero & Ambrosio* ad illum locum: item quod à Patre mittatur, & communicetur fidelibus, non 2. quod continuat à successione processionis usq; ad usq; spirari, nunquam spiratus intelligatur: ad argumentum ex fecunditate infinita dicit hæc ratione perpetuū & omni momento verum esse, quod Filius ab æterno genitus sit. Opponit tandem *Aug. serm. 131. de tempore*, qui scribit: *Quia n. semper fuit Pater, semper habuit Filium, cui Pater est.*

Resp. 1. Verum hæc argumenta malè sonant, quæ procul dubio etiam moverunt Turretianum nostrum ὁμόψυχος: tum quia ita argumentantur *Photiniani*, ita *Crescens* contra nostram sententiam insurgit, tum quia in *æternitate* propriè non locum habet fieri & factum esse, imò in rebus *creatis* dantur quædam, ubi fieri & factum esse coincidunt, momenta temporum, generatio splendoris à Sole, & quod illa similitudo vel maximè hic locum habeat, ex *Hebr. I. patet*, ubi Filius ἀπὸ γενέσεως splendor τῆς δόξης seu gloriæ esse dicitur, tum quia secundum quosdam Interpp. in *Ps. 11. & fieri & factum esse combinantur*, ut scil. intelligatur perfectissimam esse generationem Filii, ita ut per gigni notetur perfectio quasi in via, per genitum esse perfectio in termino, in generatione enim divina esse, quicquid est perfectionis divinæ & in termino generationis remota imperfectio in via, quæ exprimitur per vocem nascitur, invenitur perfectio ipsius actus nascendi, & imperfectio carentiæ ipsius termini in termino, qui exprimitur per vocem natus est, invenitur perfectio ipsius rei productæ, sed deest perfectio actus nascendi.

2. Pariter infirmam est, nam alia est continuitas Physisæ factæ

*cessione in motu*, & aliud est *continuitas durationis interminabilis*. Prior *continuitas* repugnat *æternitati*, posterior *verò* dicit ipsam *æternitatem*, quæ analogicè accipienda in respectu ad *continuitatem physicam*. b) *Patres*, qui dicunt *Filium natum esse & semper generari*, non *refugiunt continuationem generationis*, qui enim *semper generatur*, ille *continud generatur*, quanquam *vox semper non sit accipienda propriè*, ut patebit ex seqq. c) Si *generatio consideretur in Filio*, ut se habet à parte rei, dicimus talem esse *generationem*, ut quia *iniquita est*, coëxistat cuivis tempori *præterito*, *præsenti & futuro*, ideoque *præterito tempore verissimud fuisse*, & *præsenti verissimud esse*, & *futuro verissimud fore de verbo*, quod à *Patre generetur*: idque patet, quia de *DEO dicitur*, qui est, erat & *futurus est*, Apoc. 1, non ad designandum, aliquam *differentiam temporis in DEO existere*, sed *coëxistentiam durationis æternæ ad omnes temporum differentias* asserendum, ut probè notavit *Gregor. de Valentia*.

3. Hoc non stringit, quia est pro nobis, si enim etiam *generatio physica* sit in momento *generatio hyperphysica* multè magis in momento fieri dicenda est: Præterea momentum duplex est, *temporariæ & æternitatis*, ut audiemus ex *Ristfeldio*, qui contra *Crellium disputat*. Denique argumentum illud à *generatione physica ad hyperphysicam* planè non concludit; Physicè enim dicit *mutationem* quandam, sit in *tempore*, & *successiva* est, si cum alterationibus *præviis*, accipiatur, quod esse *removendum à generatione hyperphysica*, ut consequenter potius se habet *oppositè* quàm *analogicè*.

Quartum infirmum est, partim, quia *generatio Filii est generatio æterna*, consequenter *excludens principium*, *medium & finem*, partim, quia *generatio æterna & Electio* non habent sese uniformiter: *generatio enim est actus immanens & substantialis*, terminatus ad *Filium*, *Electio* autem utut sit *actus immanens*, non terminatur *ad intra*, non terminatur ad *Filium consubstantialem*, unde *DEUS dicitur nos elegisse ab æterno*, quos modò non amplius eligit, sed *electos vocat & illuminat*: partim, quia ipse *Turretinus* hanc rationem refutat, scribit enim *Loc. IV. de Decr. DEI, quest. 1. th. actus divini trifariam distinguendi sunt, actus immanentes, & intrinsicè tales sunt actus personales, generatio, spiratio, quorum est absoluta necessitas: alij sunt extrinseci & transitorij,*

torij, ut creare & gubernare: Tertio sunt actus immanentes & intrinseci in DEO, sed connotantes respectum & originem ad extra, qualia sunt decreta, & consequenter decretum Electionis, actus primi generis sunt necessarii, actus ultimi sunt liberi, actus primi sunt merè ad intra, actus generis ultimi dicunt respectum ad extra, adeoq; non potest institutio comparationis fieri inter generationem Filij & electionem nostri, eo ipso, quo sunt actus diversissimi, & Scriptura prout, actus electionis in praterito representando, actus autem generationis tam sub praterito, tum sub presenti nobis sistendo.

Ad exceptionem contra locum *Psal. II.* respondetur nullius momenti esse istam exceptionem, tum quia omne id, quod in *Psalmo* isto dicitur, in sequentibus semper est verum, quod scilicet gentes in hereditatem acceperit, quod osculari debeamus Filium, quod Bonus sit, qui in illo confidit, at hic peculiare quid denuntiatur, peculiari phrasi permanentiam actus designante, dicitur enim, *Ego hodie genui te*, quod prateritum in genui, hodie in presenti denotat: tum quia illud hodie dicit diem, & quidem diem lucidissimum, adeoq; Christum habitare lucem inaccessibilem *1. Tim. VI, 16.* atq; *Job* servante *Thomá lo Lante* denotat presentem generationem, indivisibilis & immobilis, complectiturq; omne tempus prateritum, præsens & futurum qualis est æternitas, unde Pater æternus non ait, ego hodie gigno, quasi jam incipiat gignere, sed genui te, quasi jam perfecta sit generatio, & perfectus filius, utpote jam ante ab omni æternitate gignitur, unde sequitur generationem hanc non transire & finire aut praterire, sequitur in divinis idem esse gignere & genuisse, spirari & spiratum esse, sequitur actiones immanentes scilicet generationem atq; inspirationem earumque terminos, Filium scilicet & Spiritum Sanctum esse DEO Patri coæternos: tum quia dicendo, hodie genui te, ostendit generationem illam nec finem habituram esse, nec habuisse initium, quemadmodum si semper duraret visio imaginis, imago diceretur semper videri, non quod imperfectè videretur, sed quia eadem semper tota & perfecta manet, ut docet *Augustinus*, & ante ipsum *Origenes* & *Athanasius*.

Ad secundum resp. rectissime hoc urgeri, nam si fuit λόγος jam in principio, Ergò in principio fuit genitus, si erat in principio, & quidem apud DEUM, adeoque nunquam egreditur Deitatem

tatem λόγου seu Filius, semper gignitur: si denique qui gignitur nunquam est genitus, consequens erit falsum esse, quod de Sole & splendore, igne & calore dicunt Patres, quibus simile exemplum *Bern. 28.* affert *Augustinus*, de verbis Domini, de virgulto super aquis nato & ejus imagine, semper parturit, nunquam peperisse dicendus est, scil. loquitur de partu humano.

Ad tertium resp. a) non tantum *consubstantialitatem* indicare processionem, sed etiam *originem*, origo autem consistit in actu *procedendi*, E. insufficiens est iste Commentarius, qui tantum de *Consubstantialitate* accipit. b) Falsum est indicari missionem & communicationem fidelibus factam, *missio* enim fit in tempore, *processio* autem est aeterna, & quamvis mittatur, qui procedit, & missio indicium sit processionis, ipsi tamen actus sunt distinctissimi. c) Non designari quod continuata successione processionis usque ad usque spiraretur, falsè dicitur, quæro enim num Spiritus Sanctus quondam tantum à Patre processerit, nunc autem non procedat, nec in futurum processurus, sanè non potest prius afferri, non tantum quia in tem pore illo Christus in præsentia dixit, Spiritus à Patre procedit, E. adhuc dum licebit dicere, Spiritus nunc procedit à Patre, adeoque usque & usque spiratur.

Ad illud, quod dicit, *infinitam fecunditatem tantum fundare veritatem enunciationis illius, quod scil. perpetuè & omni momento verum sit. Filium ab aeterno genitum esse*, iterum insufficiens est, quia infinita fecunditas non tantum *veritatem enuntiati huius* fundat, sed modum, eo ipso, quo illa fecunditas infinita est, *infinitudinem generationis* ex qua dici potest Patrem generasse, generare & generaturum esse Filium, & infinitudinem processionis in Spiritu Sancto, ex qua dici potest, Spiritum processisse, procedere, & processurum. Veritas autem alicujus *enuntiati Scripturarum* pendet ex *inspirations divina* & *veri Scriptura* est communis, adeoque affectio signi, res ipsa vero, quæ designatur enuntiato aliquo Scripturario adeoque ipsum significatum *varia secundum varietatem versiculorum in Scriptura contentorum*, ut autem conflet, quam malè hic disputent *Turret. & Marafas* producant *locos religionis in contrarium disputantes*, sanè *Keckermannus* ita  
contra

contra Socinianos disputat, cum ei objiceretur, aut Filius semper gignitur, aut aliquando gigni desinit, &c. respondendo, Filium nec semper gigni, nec aliquando desinere gigni, itaque imperfectam esse enumerationem antecedentis in argumentatione adversariorum, & confirmat porro responsionem suam, & dicit, quod illa responsio vera sit, sic probat, quia semper gigni & aliquando desinere habet aliquam significationem temporis, quod apparet ex adverbio semper & aliquando, generatio autem Filij aeterna est, in aeternitate autem nulla debet cogitari temporis distinctio, vel minutissima, & DEVS proprie dicendus est, non semper esse, sed tantum aeternum esse; ab aeterno igitur in aeterno gignitur Filius, & tamen non dicitur proprie semper gigni, sed semel in aeternitate, gigni. Antonius Valae etiam speciatim perstringit Calvinum in hoc puncto, scribens, Quarta hujus generationis proprietas est, quod sit aeterna & permanens, atq; aeternae perpetuae & effectus perfecta, ut Sol lucem, mens rationem gignit, et si verò hoc Calvinus negat, contrarium tamen à plerūq; Theologis rectè affirmatur, quia aliud in DEO daretur mutatio, & vnicuique daretur in DEO, quod desinit, gignere, ac proinde, & quod coepit, gignere, nam quod habet finem, etiam habet initium. Denique Job. Henricum Bisterfeldium opponimus, qui argumenta nostrorum producit, scribens: Nos firmissime credimus, Filium DEI & ab aeterno fuisse genitum, & ab eo generari, & in aeternum genitum iri, id enim divina perfectio, quam non solum ex scripturarum literarum, sed ipsiusmet recta rationis dictamine addiscimus, omnino postulat; quicquid enim in DEO, id necessarium est indivisibile ac infinitum, adeoq; prorsus indivisibile ac simul tota est aeternitas, quae ejus indivisibilitatem Philosophi exprimere conantur cum eam puncti esse inferat docent.

Quod locum concernit, quem adducit ex Prov. VIII, 24. Nil facit ad rem, tum quia quidem praeterita ibidem occurrunt, sed ita occurrunt, ut non excludant praesens & futurum, nam in instanti aeternitatis respondent successive omnia nostra tempora, adeoque Filius in divinis singularis momentis esse sui accipit & emanat à Patre sicut & splendor à Sole, Sap. VII, 25; concludimus itaque non rectè dici & accuratè Filium DEI semper generari, sed dicendum esse aeternum generari, tum quia res semper dicit ambitum omnis temporis praesentis;

tis, præteriti & futuri : tùm quia illa , quæ semper sunt aut fuerant, non es propter dici possunt esse ab æterno vel in æterno. Elementa & cælum secundum totum non sunt ab æterno , neque in æterno erunt, quippe initium habentia , & finem aliquando , ideoque improprie & metaphoricè DEO tribuitur *sempiternitas*, ut rectè observavit Kœckermannus in *Resol. Objectionis Photin.*

## L O C U S IV.

### QUÆSTIO L.

Quærit : *An dentur Decreta, & quomodo sint in DEO ?* atque ad Primum respondet Affirm. ad Secundum dicit, *non esse in DEO ad modum accidentium, sed ut actus voluntatis immanentes, qui habeat rationem cause Efficientis & exemplaris, & Idea bene dicantur* : Probat assertionem suam primam, nempe decreta in DEO dari, quia *Scriptura* passim testetur hoc ipsum, quæ DEO *πρόγινωσι* adscribat ; At an ex *πρόγινωσι* deduci possit decretum in DEO dari, maximè controversum, & à Theologis nostris hætenus negatum, quod scil. *πρόγινωσι* formaliter dicat *actum voluntatis* seu decretum in DEO, sed insitit vestigiis Majorum sutorum *Turretin.* Nam Primò *Scharpius* in Cursu Theologiæ *πρόγινωσι* dicit esse ipsum decretum DEI in loco de prædestinatione : 2. *Georgius Pafor* in Lexico N. Test. dicit *πρόγινωσι* decretum, & significare apud Græcos antedecretum, unde verbum *πρόγινώσκω* vult notare propriè *prædecerno*, seu *antedecerno*. 3. *Calviniani* locum *Rom. VIII, 29.* vertunt, prædecrevit, aded ut sensus sit, quos DEUS prævidit, h. e. prædecrevit, eos etiam prædestinavit, atque Interpretes *Belgæ, Genevenses*, ita hæc verba accipiunt, maximè *Parans*, qui in Comment. ad illum locum, non dicit *ὅς πρόγινωσι*, quos prævidit, ut vulgò redditur, sed *ὅς πρόγινω*, quos præcognovit, ut *Beza* rectè versionem priorem posteriori correxerit, nam versio prior, quæ vetus est, peperit Disputationem de *præscientia meritorum*, quam Pelagiani *electionis causam* fecerunt : Imò *Piscator* in Scholiis vertit *πρόγινω*, i. e. sibi proposuit salvos facere, etenim ex *schærentiâ* sententiarum secundum ipsum planum evadit, idem hîc signi-



significari verbo *προγνώσει*, quod modo significatum fuit nomine *προβήσεως*; sic infra c. XI. v. 2. similiter *πρόγνωσις* notat æternum Dei decretum, *Act. 11, 23.* ubi Christus deditus fuisse dicitur Judæis definito consilio, & *προγνώσει* DEI, item *1. Pet. 1, 2.* ubi Christus dicitur *προγνωσθέν* ante jacta fundamenta mundi, i. e. decretum ut mitteretur in mundum, ut liquet ex Antithesi, quæ dicitur patet factus esse ultimis temporibus.

At a) malè *Scharpius* cum *Turretino* *πρόγνωσιν* cum decreto confundit, tum quia aliud est *προορισμός* aliud *πρόγνωσις*; Prius quidem involvit decretum, sed non posterius, tum quia si adhibeas hanc significationem loco *Rom. VIII.* vitium *πυτυλογίας* non effugies, ita enim Apostolus non dicit, *quos præscivit, eos prædestinavit, sed quos prædestinavit, prædestinavit*: ita ut utramque vocabulum dicat actum dilectionis & electionis: tum quia aperte patet ex loco illo *πρόγνωσιν*, ut *antecedens* differre à *προορισμῶ*, ut *consequens*: nam ut in sequentibus vocatio distinguitur à Justificatione, ut *antecedens* justificationem, Justificatio glorificationem, ut *antecedens* glorificationem, ita & *πρόγνωσις*, quæ in eadem structurâ occurrit, differt à *προορισμῶ* tanquam *antecedens* à *consequente*: b) Pastor verbum *προγνωστικῶ* malè vertit per antedecerno, partim, quia ita nativam significationem hujus vocabuli in alium sensum transfert, ut cogatur illi notare actum voluntatis & decretum tantum; ut *Calvinianam* obtineat sententiam, ut dicta Scripturæ, quæ *πρόγνωσιν* stabiliunt, possit eludere: partim, quia si Lexicographos consulisset, nullum sibi invenisset ὁμόψηφον: partim, quia sicut Pastor libro suo præfixit, edidit Lexicon N. Test. At VII. dantur loca in N. Test. in quibus vox *προγνώσεως* occurrit, quorum tamen nullus decretum notat, atque si universam Scripturam percurras, nullibi *προγνωστικῶ* erit idem, quod prædecerno. c) Quod concernit *Belgæ, Genevenses & Theodatus*, non mirum est, ita vertere ut scil. Belgæ possint versione suâ, quæ in Laicorum manibus versatur, decipere, Genevenses versione suâ Gallos, *Theodatus* Italos, sed mittimus has versiones, atque ad *Patrem & Piscatorem* progredimur, qui rationes habent; & loca

Scripturæ adducunt, quibus suam stabiliant sententiam; nec tamen concludunt; Non prima *Paras*, quia *προειδὲ* non rectè vertitur per præciviv, sed si *formaliter* sit exprimenda, notat prævidit, tum quia prævidit & præcognovit ambo dicunt *actum mentis*, actum *intellectus*, ut patet ex *Actor. XXVI, s.* tum quia posito, quod præcognitio *Electiōnem subinferat*, vel potius *dilectiōnem*, non tñ. infert *formaliter*, sed tantum *connotative* quatenus quod diligitur & eligitur præcognoscitur ut DEO placens, neq; enim corca est dilectio & Electio in Deo exoculata, sed *supponens scientiam perspicacissimam & fidem determinatam*. 2. Quam *Piscator* adducit, pariter non concludit, tum quia *consilium & præscientia* conuectuntur ita, ut distinguantur atq; dicatur non tantum *consilio*, & *præscientia DEI* Christum promissum fuisse *Judæis*, itaque præscientia non notat *præordinationem*, quæ in consilio includitur, sed notat *actum intellectus divini cum consilio conjunctum*: tum quia si passio Christi consideretur, duo ibi occurrunt spectanda, scilicet id quod Christus præstitit, & quod Judæi crucifigendo Christum fecerunt; cum itaque passionem istam *subordinet consilio & præscientia divina*, consilio subordinat, quatenus Christus passionem istam sustinuit, quæ ab æterno fuerant prædefinitæ, in quantum verò manus violentæ Judæorum crucifixionem procurarunt & executæ sunt, eateus illa executio peccaminosa *subordinatur προγνώσει* sive *simplici præcognitioni DEI*, ita ut non concurrerit prædeterminando aut quocunque modo *volendo* illam *crucifixionem activam*, sed tantum metas & terminum illis ponendo: tum quia de tali præscientia loquitur, quæ scil. manifestata fuit in Scripturâ *V. T. 1. Pet. I, 10. Matth. XXVI. 7. 24.* At non tantum manifestantur per Scripturas ea quæ volita, sed & ea, quæ *DEUS* prævidit, unde Prophetæ dicti videntes sive *Septer / 1. Sam. IX, 11.* Tertia, denique non stringit, ex *1. Pet. I.* tum quia Christus dicitur præcognitus, & quidem vi nativæ significationis, quatenus est ab æterno præcognitus ut agnus pro nobis immolandus: tum quia cum illa *προγνώσει* *conjuncta* fuit *dilectio*, ita tamen ut *προγνώσει* non illem inferat: tum quia in illa extraditione Christi à Patre facta obsequium Christi Patri præstitum maximè spectatur, & consequenter actus *concurrentis* cum prævisione ad obsequium Christi esse referendus, ita ut salva maneat vis vocabuli, etiam hoc in lo-

eo : Malè itaque Turresinus *αὐτονομία* vult esse synonymon decreti divini ; aliud autem est querere , an *αὐτονομία* probet decretum formaliter , an verò probet , in quantum actus intellectus etiam quandoque post se requirit actum voluntatis , de quo tamen Turresino non est queritio.

VII. VIII. 1) Dicit , *Duplici causa notionem induere decretum , efficiens & exemplaris* : Verùm hic occurrunt plura , quæ *αὐτονομία* merentur : Primò enim dicit , *Decretum DEI induere notionem efficiens quia quacunque &c.* at hoc falsum est , tum quia etiam peccata sunt sub futuritione , & erunt usque ad consummationem seculi , nec tamen peccata sunt sub *decreto divino* , & consequenter *voluntate* ; non enim DEUS est volens iniquitatem. *Psal. V.* tum quia futura contingentia sub conditione sunt futura , si conditio ponatur , nec tamen dici possunt , decreta esse ab æterno , cum conditio etiam possit non poni , tum quia futura in statu presentialis actus exeunt non semper ex *decreto divino* , sed ex serie & confluxu causarum secundarum , ut frustra *Twissus* contrarium obtinere voluerit. b) Dicit , *Subire notionem causa exemplaris , quia &c.* At & hoc falsum est , tum quia adhuc controversum est , An in DEO detur Idea , neque *Franciscum Suarez* aliter probare potuit , nisi per autoritates Philosophorum , *Platonis* , *Socratis* , *Ciceronis* , & *Seneca* , Theologorum quoque & Patrum , quod tamen nimis est invalidum , quo urgere vult hanc sententiam , partim , quia *Plato* , *Socrates* , &c. de Ideis malè senserunt , & erroneam introdukerunt opinionem , in qua convellendâ totus est *Aristoteles* : tum quia Patres plerumque *Platonica Philosophia* fuerunt addicti & innutriti , præsertim Græci , & ut multa alia invexerunt ex Gentilismo in Ecclesiam , ita ipsa quoque doctrina de Ideis ipsis adhæsit : Partim , quia Scholastici , qui secuti sunt Patres , erroribus suis fundamentum quoddam quaesiverunt in illâ idearum regione , stantes pro speculo Sanctæ Trinitatis , ut ipsi *Calviniani* agnoscunt : tum quia , si ponamus , ideas in DEO esse , non tamen decretum DEI idea esse potest omnium rerum extra se ; Idea enim non est actus volendi , neque ad decretum pertinet , sed est actus intellectus , & quidem secundum *Danzandum* & *Twissum* , Conceptus objectivus in DEO , secundum *Franciscum*

*Suarazium* verò *Conceptus formalis*, tùm quia *archetypum*, ad quod referuntur *ætypa*, non dicit *Decretum in DEO*, imò si *Theologia Archetypa* negatur à quibusdam *Calvinianis*, quæ tamen est rerum *supernaturalium ad salutem ordinaratum*, quantum minùs dabitur decretum quoddam *Archetypum* respectu omnium & singulorum, quæ sunt ad extra? Tertio, errare videtur *Turretinus* etiam philosophicè, dum dicit, *Sustinere notionem efficientis & exemplaris decretum illud*; nam ita primò *Causam exemplarem* non ad *efficientem* refert, sed ipsi contradistinct; at communior est sententia Philosophorum, *Causam Exemplarem ad genus Efficientis* referendam esse. Secundò videtur *Turretinum* accedere illi sententiæ, quæ fuit quondam *Cajetani, Thomæ de Arg.* *Quod scilicet causa exemplaris sit referenda ad formalem, atque causalitatem exercere formaliter extrinsecam.* Tertio, In primis si conferatur cum hæc *Thesi* *Thesis præcedens XI.*, videtur *Anthorem* sequi *Durandum*, ejus sententiam pertinaciter, licet absque fundamento, defendit *Trissin*, contra *Suarazium*, & cæteros Philosophos, *Quod scilicet exemplar concurrat ut objectum tantum cognitum, ad cuius imitationem agens aliquid operetur, & idcirco non possit habere efficientiam.*

VIII. Dicit in *Thesi octava*, *Omne agens liberè &c.* At primò supponit omne agens liberè & ex consilio agere ad *Ideam*, quomodo autem probabitur hæc assertio? *Architectus, Scriptor, Pictor*, sunt agentia libera, anne itaque *Architectus &c.* semper agant ad *ideam*, annon *Architectus* domum ædificare potest, ut non continuo ad *ideam* reflectat? annon pariter *pictor* pingere potest citra recursum ad *Ideam*? annon scribere quis potest, ut sibi non præformet *litteras* in mente sua, sed habitu instructus, facilitate quâdam eas exaret? Ergò probatio est caduca. Secundò, *Non malè dici omnium rerum ideam esse in DEO, adeoque deduci ex hoc antecedente, malè dici putatumus*; sicut enim tyrogonum est, non artificum, non *Architectorum, Pictorum* aut *Scriptorum* ædificando, pingendo, & scribendo respicere ad *ideas*; ita negamus in *DEO esse ideam omnium rerum*, negamus, *DEVM ad illas operando respicere.* Tùm quia *Scriptura* nullibi illam *Idearum* mentionem facit, ad quas respiciens *DEUS* operetur: tùm quia si *ideæ* dantur in mente *architecti, pictoris & Scriptoris*, ad quas respiciendo operantur, *imperfectionis* hoc est, & dicitur,

cit, quasi *dependentiam* architecti, pictoris, & Scriptoris *ab Idea*, omnis autem imperfectio à DEO est removenda, imò non tantùm Architectorum, Pictorum, sed & tyronum hoc ipsam est, qui adhuc imperfecti, & constituto exemplari sunt juvandi: tam quia idearum loco Scripturâ *Sapientiam DEI* commendat, quæ omnia opera ad extra producit, disponit, ordinat, destruit, ædificat, ut consequenter non opus sit Theologo, statuere in DEO ideas dari, sed pro Scripturâ stare ad commendandum infinitam perspicaciam divinæ sapientiz. b) Dicit, *Non esse speciem aliquam intelligibilem, &c.* Verùm, cum species intelligibilis sit duplex, *impressa & expressa verbum mentis*, si tantùm *impressam* à DEO removet, & *deformali ratione* ideæ, dubiam relinquit, dum non in DEO admittere velit *expressam*, ad quam respiciendo operetur *ad extra*. Tandem quartò dicit, *Prout inquit notionem seu causam exemplarem, in tantum dari in DEO, & nil aliud esse quàm ipsam essentiam divinam: At si Idea illa nil aliud est quàm ipsa essentia, prout ab ipso DEO intelligitur, dicit ætium immanentem, non transcendentem ad extra*: Præterea si sit res possibilis, non dabitur illius idea, nam quod est *more possibile*, id non producitur, *in quantum est more possibile*, sed tantùm produci potest, at Idea seu exemplar dicit *cognitionem practicam*, denique ut imitanda idea, si sit futura, resque producenda & *scientiam liberam* respicit, malè de Deo enuntiatur, quia non tantùm res futuræ in quantum dicuntur *bonitatem*, sed & res futuræ, quatenus habent *malitiam, pravitatem & peccaminosam deformitatem*, eâ ratione erunt inter imitanda *exemplari divino*, ex *idea* quâdam præexistente in DEO peccaminosa, ex *decreto quodam absolute*.

### QUÆSTIO III.

Author disputat, *An dentur decreta conditionata*, atque negat contra Socinianos, Remonstrantes & Jesuitas, dicitque Thesi I. *Scopum Socinianorum, & eorum, qui hæc in parte sequuntur illos, esse scientiam M. figmentum confirmare, electionem ex fide pravis à astruere, & humani arbitrii vires extollere.*

At, cur tantùm reprehendit Socinianos, Remonstrantes & Jesuitas, cum, ut dixit, suos noverit, etiam Lutherani propugnent decreta conditionata? b) Dicit, *Scopum Socinianorum esse, scientiam media fig-*

Et 3

men-

mentum confirmare, at nullus Socinianorum agnovit scientiam medicam, sed simpliciter eam negant, & dicunt, *Futurorum contingentium, imprimis conditionatorum nullam dari scientiam in DEO, ut enim non nisi possibile sit objectum omnipotentia divina, non autem impossibile, ita objectum scientia divina tantum esse scibile, non autem nescibile, inter nescibilia autem referenda esse futura contingentia conditionata, quorum non sit determinata veritas.* Tertio, quàm subdole agat Turretinus in hac Quaestione, patet, quia dissimulat in negatione, quòd Lutherani decreta conditionata admittant, & tamen refutat illos, qui electionem ex fide prævisâ astruunt, at electionem ex prævisâ fide omnes Lutherani docent, quos conjungit cum *Isaïis*, humani liberî arbitrii vires extollentibus: Utque constet dari decreta conditionata, eaque à priori & antecedenter à parte ipsius decreti, probamus: Primo, ex Scriptura Veteris & Novi Testamenti, dicit DEUS Gen. IV, *Si pius fueris, acceptus eris, &c.* Es. I, 19, 20, *Si parueritis mihi, fructumini bonâ terra, sîminus &c.* imprimis Jerem. XVIII, 7, 8, 9, 10, *Si se converterit &c.* In Novo Testamento Christus apertè Johan. XV, Rom. VIII, 12, seqq. *Si secundum carnem &c.* & 1, Timoth. II, 22. *Si quis se purgaverit:* Ex omnibus autem dictis his patet, suspendi aeternum seu decretum divinum, tum *beneficium*, tum *penale* à conditione quâdam in homine, quæ particulâ si infirmatur, & propositiones hypotheticas nobis delineat. b) Fraus Calvinianorum patet, qui consequenter nullum decretum in DEO nisi *absolutum* admittunt, prout conspirat cum *Wendelino* in hoc puncto Turretinus, nam quando admittunt *voluntatem DEI conditionatam*, tunc illam tantum intelligunt de *voluntate signi*, non autem *beneficentiæ*, de verbo *comminationibus & promissionibus* constante, quod Turretinus satis exprimit Thef. X. scribens: *Promissiones & comminationes conditionales non inferunt dari decreta conditionata,* Tertio, sanior hæc est cæteris Calvinianis nostro Turretino & *Wendelino Ludovico Crocius*, qui in Diodecade scribit: *Tertio, voluntas est vel absoluta, vel conditionata, hæc distinctio Orthodoxis Theologis quibusdam non minus quàm Pontificiis usurpata piè ac prudenter explicanda est, ut Polander, Primarius Leydensium Theologus, Syntagm. Disput. X. Thef. XLIV. rectè posuit, & Polanus Syntagm. lib. II. cap. XIX. eam tradidit, & non inopè definitis atque explicat.*

placavit; nos itidem iam retinemus voluntatem DEI nequicquam attemperantes voluntati humana, neque hoc unum operam dantes, ut liberemus arbitrium unde quacunq; muniamur, & in tuto collocemus, viamq; sternamus ad merita operum; Ista enim nubes Pontificii, illorumq; geminis velinquimus. Et Theſi XXVI. definit voluntatem conditionatam, quæ DEVS merè quidem, sub conditione tamen aliquid efficere, aut ab alio effici vult, atque de hac voluntate intelligi vult Eſai. I, 16, & 20. Psalmum LXXXI, 14, 5 6. 7. &c.

III. Progreditur ad rationes, quæ concludere videantur, nullum dari decretum in DEO conditionatum; Primum ponit, quia omne decretum DEI sit æternum, ergò non posse pendere à conditione, quæ sit tantùm in tempore; hæc autem ratio nullius est momenti, tum quia præſcientia DEI æterna est, Ergò pariter poſſet dici, DEUS ab æterno præſcit & præ videt futura contingentia, Ergò præſcientia eius eſt temporalis, quia futura contingentia ſunt demum in tempore futura, tum quia pendere terminus eſt ambiguus, notat enim vel dependentiam præſe ſic dictam, quo reſpectu non dicimus DEUM pendere à re creatâ ſeu conditione in tempore exiſtente aut exitura, vel accipitur laxè, quatenus obiectum dicit, quemadmodùm ſolemus dicere omnifſcientiam DEI pendere à ſcibili tanquam obiecto ſuo, quod præſupponit, atque eâ ratione non absurdum eſt dicere, Decretum DEI pendere à conditione in tempore futura, quam ille perſpicaciâ inſuit à præcognovit: tum quia decretum, ſi notat volitionem DEI in actu ſecundo, adeoque non voluntatem, quæ identificatur Eſſentia, non eſt absurdum dari illius decreti, vel cauſam, vel conditionem, utut enim efficiens removeatur à decreto, neque in tempore cauſet volitionem ſeu decretum in DEO: tamen non absurdum eſt, ut patebit ex ſequentibus, ita quid in tempore eſſe, ad quod decretum divinum dicat reſpectum.

Secunda ratio itidem non concludit, nempe, Quod decreta DEI pendeant ab ejuſ evdoxia, hinc non ſuſpenſa eſſe ab aliqua conditione extra DEVM: partim, quia etiam illa, quæ ab evdoxia pendent, conditionem extra DEVM habere poſſunt, cum nil deſcedat libertati divinæ, nil ejuſ voluntati, ſi ſcil. conditio extra DEVM ponatur movens ipſum DEUM: partim quia evdoxia & conditio extra DEUM in diverſis ge-

veribus sese habent, *evdōxia* enim est *causa principalis*, conditio extra DEUM est *mera conditio*, vel *causa alterius ordinis*, manet proinde *evdōxia causa principalis*, quid deinde sit de *conditione extra DEUM*, neque lædit vel minimum causa ut alterius ordinis vel *conditio principalitatem causa*: partim, quia hoc conspicuum est in *electione*: nam *causa principalis* est *evdōxia DEI*, & nihilominus illa *evdōxia* competitur fidem in Christum prævisam, quæ movet DEUM ad eligendum credentem præ incredulo.

Tertia non stringit, scilicet, *Quod omne decretum sit immutabile*, tum quia immutabilitas decreti divini non perimitur à conditione quâdam extra DEUM existente vel exiturâ, nam quatenus decretum identificatur essentiae divinæ, eatenus nulla mutatio in ipsum decretum cadit, quia ne quidem mutationis umbra est in DEO, *Jac. II* tum quia conditio non facit *mutabile* decretum, neque hic defectus formalis est conditionis, sed facit decretum *conditionatum*, tum quia non omnis conditio est mutabilis, dantur enim conditiones, quæ sunt immutabiles, pariter ut ipsum decretum; & quidem vel maxime in sententia *Calvinianorum*, qui admittunt, DEUM salvare hominem sub conditione verbi admissi nec repudiati, at conditio hæc secundum *Calvinianos* est æquè immutabilis, ut decretum est immutabile. Nam ex illorum sententia DEUS non tantum decrevit salvare Electos, sed & ita illos salvare decrevit, ut non repudient media gratiæ, ut per *irreflexibilem operandi modum* operetur in illius conversionem, introducat immutationem cordis, atque sic & finem & media, & decretum & conditionem operetur immutabiliter.

Quarta non obtinet, quod scilicet *respectu sapientie & potentie DEI, talia condere decreta, quæ à conditione aliquâ impossibili pendeant, quæ nec futura sit, nec esse possit, &c.* At in nostrâ sententiâ 1) decretum DEI non pendet à conditione impossibili, *DEUS enim non tantum vult omnes homines salvos fieri, sed & ad agnitionem veritatis pervenire, 1. Tim. II.* non tantum vult salvare, sed modò fidem conferre tanquam medium ad salutem, adeoque conditionem etiam ponit in possibilibus. 2. Dissimulat quidem in hac ratione, contra quem disputet, sed *Amyraldum* petit & Socios, illi enim statuant *DEUM dile-*  
*nisse*



*xiffe mundum, h. e. universum genus humanum, velle omnes salvare, sed si credant, quam conditionem dicunt esse impossibilem, ut q̄ impleri tantum in electis: 3 Falsissimum est conditionem illam à qua pendet salus DEUM nolle dare, oppositum enim constat vel ex solo loco, ABER. XVII. vers. 3. ubi dicitur, quod DEUS jubet omnibus hominibus pœnitentiam, at si jubet, jussio est signum voluntatis, & quidem beneplaciti, si jubet pœnitentiam, pœnitentia constat contritione & fide, Ergo vult etiam fidem conferre, quæ non est ex viribus nostris: si jubet omnibus & singulis pœnitentiam, vult fidem in omnibus operari, per media ab ipso constituta.*

Quintum nil contra nos, *Quia sc. absurdum fit, à creaturâ pendere Creatorem, DEUM ab homine, & voluntatem DEI, qua fit prima omnium causa, à rebus ipsis: Partim, quia si non absurdum est, Deum ut omniscium pendere (termino desecato) à scibili termino extra DEUM, neque absurdum erit DEUM ut volitivum & decernentem pendere à Creatura, pendere ab ordine quodam, quem ipse sanxit, sub quo ipse constituit salvare homines: Partim, quia pariter possem concludere in justificatione, neminem nisi credentem DEUS vult justificare vel salvare, & requirit fidem, Ergo propterea suspenditur voluntas DEI ab homine vel illius fide, ut inde reddatur mutabilis vel incerta: Sanè nec in nostrâ sententia suspenditur voluntas DEI ab homine, nec voluntas increata à voluntate creatâ, sed hanc illi subjicimus, & ex voluntate DEI omnes homines ad ordinem divinitus sancitum adstringimus, ut omnes credant in Christum, atque sic salventur: partim, quia falsissimum est, voluntatem esse omnium primam causam, cum hoc modo DEUS voluntate suâ constitueretur causa omnium scelerum ab Orbe condito, & patratorem & patrandorum usque ad consummationem.*

Sextum Argumentum itidem nullum est, partim quia nititur falsâ hypothesi, quasi scilicet nulla daretur *scientia mediâ*, partim, quia si nulla datur *scientia mediâ formaliter sic dicta*, nihilominus adhuc subsistunt decreta conditionata, partim, quia falsissimum est, decreta conditionata scientiæ mediæ substerni loco fundamenti, non enim probamus sententiam *Alvarezij*, statuentis *In scientia futuro-*

non conditionatorum contingentiam etiam decreta DEI concurretes, & quidem præquiri ut scientia illi identificatur.

Septima non concludit, *Quid scilicet decreta conditionata non possunt poni, quin supponatur illum qui decretis ignorare eventum*: tum quia ignorare eventum non est affectio voluntatis, sed intellectus, quem nos dicimus esse perspicacissimum in DEO, ut nihil ipsum subterfugere possit, sed omnia habeat resupinata, *Hebr. IV.* & cum DEUS decrevit hominem in statu integritatis perducere ad beatitudinem æternam sub conditione non futuri lapsus & impleta legis, snos consequens est, DEUM ignorasse eventum? qui tamen prævidit lapsum, eventum intentioni suæ contrarium: tum quia non sequitur, eventum non esse in discernentis potestate, posset enim DEUS alium eventum constituisse posita aliâ conditione, vel etiam absolutè, tum quia de eventum DEUM nil absolutè & certè constituisse, ambigè dicitur: certè constituit aliquid de eventum *supposito decreto conditionato ex præscientia infallibili*, sed non absolutè constituit, absoluta enim constitutio perimit decretum conditionatum.

VII. Dicit, *Sapienter Synodus Gallicanas non semel præscripsisse decreta*, adeoque pandit a) contra quos præcipuè hanc assertionem direxerit, nempe contra socios religionis *Job. Cameronem, Mos. Amyraldum, Claudium Petardum, Job. Dalaum, &c.* qui scilicet decreta constituerunt conditionata eaque talia hominis illusoria, ut *Spanhemius* docet, *libro in Synodo Carinthonensi & Alaconensi* sub censuram revocavit: b) Abierunt planè à sententia *Lutheranorum*, illisque *μωρῶν πολυλῶν* quoddam voluere obijcere, nam decreta conditionata constituerunt, quæ suspendantur à conditione impossibilitatis, DEUM scilicet velle omnes salvos fieri, si credant, sub hac conditione, sed hanc conditionem nulli elargiri DEUM dixerunt nisi Electis, quo ipso toto coslo à nostris sese separarunt: tum quia *velleitates inefficaces* nunquam à nobis admittæ sunt, sed voluntatem salvandi omnes dixerunt consistere non in *velleitare*, non in *complacentia ex objecto amabili*, sed esse *affectum serium & efficacem, esse affectum ad media sufficientia usq; progredientem*, & se in illis manifestantem, esse *affectum in ipsâ intentione divinâ ad omnes & singulos directum*.

XII. In Th. hæc respondet ad id, quod *Pharisæi dicuntur exaristi adversus seipfos consilium DEI*, & dicit non *vetare decretum conditionatum, sed voluntatem mandati*, adeoq; itacludere nititur hoc argumentum: sed frustra; nam a) voluntatem beneplaciti fuisse ut serventur Pharisæi, patet, quia ipse Christus ad ipsos dixit in individuo, *hec dico ut servemini*, qui itaque consilium aliquod pandit, ut servetur aliquis, illo voluntate beneplaciti ipsum vult servare, ille deorevit apud se ut talis servetur, si scil, conditionem impleat, adeoque eo ipso decretum conditionatum fundatur: b) Ponamus Pharisæos penitentes fuisse, ponamus eos credidisse, neque consilio DEI sese opposuisse, sanè decreto DEI fuerunt salutis destinati, utpote adimplentes conditionem, quæ requiritur ad salutem, nempe penitentiam & fidem, immotum enim manet illud Christi, *qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit, &c. Marc. XVI, c*) Posito, voluntatem mandati intelligi per consilium illud, tamen mandatum illud fuit verbum DEI, ut itaque si heras famulo mandat, hoc vel illud faciendi, sub conditione remunerationis, mandatum illud accipitur à famulo, ut indicium voluntatis hostis, ita cui DEUS mandat usum mediocrius salutis, eo ipso vult ipsam salutem, adeoque mandatum illud ut index voluntatis beneplaciti est interpretandum, & eo ipso, quo mandatum illud est verbum divinum, est *efficax, & penetrantis quævis gladio accipiti &c. Hebr. IV.*

XIII. Adducit exemplum Eli, & cap. XIII. exemplum Saulis, & dicit, *Promissionem esse factam Sauli post à conditione obedientia, qua non nitatur ullo decreto conditionato, sed tantum connexionem à DEO constituta inter pietatem & vitam.* Sed hæc promissio a) post à obedientia Saulis non facta est *indefinitè* præscindendo ab hoc individuo, ut ostendat tantum connexionem pietatis & vitæ, obedientiæ & regiminis stabilire, sed hæc promissio facta est *Sauli in individuo*, ut si ipse servaret mandatum Domini, DEUS foret stabilitorus ipsius regnum. b) *Molinæ* negat, ibidici DEUM stabilire voluisse regnum Saulis, an enim hoc non habetur in Hebræo? an non *Calviniani* interpretes hoc expriment? nempe *Tremellius, Franciscus Junius & Piscator*, qui ita vertunt, *Jam certè stabilivisset J E H O V A H regnum tuum apud Israëlitar.* Tertio, illud stabilimentum regni subdole refert

*Regnatum ad vitam tantum ejusque prorogationem, atque hæc omnia ut subserviant ejus hypothesebus, nam promissionem non tantum ad vitam Saulis esse referendam, sed & ad stabilitatem regni, patet tam ex aperta litera, stabilivisset JEHOVAH regnum tuum: tum ex eo, quia Piscator hanc promissionem intelligit de posteris Saulis. de quo duratione Polisia Mosaisca, etsi enim, scribit, promissio ejus æternitatis simpliciter ad Davidem & ejus posteros pertinebat, id tamen non obstat, quod minus eadem affirmetur de Saulis ejusque posteris, sub conditione, nempe si Saul obedivisset mandatis Jehovæ, quod quidem enim non facturum fuisse DEUS prævidebat: annon hic profundissimus Calvinianus, Piscator de vitâ non, sed de regno, non de absolutâ voluntate, sed de tali sub conditione, non de concessione, sed de promissione sub conditione accipit h. l. tum quia aperte patet ex c. XII, 14. quod de stabilitate regni hoc ipsum sit accipiendum, dicit enim Samuel, Si timentes Jehovah, calaveritis eum & auscultaveritis vocem ejus, neque rebellaveritis præfinito Jehova, atque permanebitis tum vos, tum etiam Rex ipse, qui regnat super vos, sequentes Jehovah DEUM vestrum, & non auscultaveritis vocem Jehovæ, erit manus contra vos.*

XVII. Respondet, non argui decretum aliquod conditionatum fuisse de *Israëlitis introducendis in terram sanctam, Num. 14, 20. sed ut desisteret a selem promissionem facere, ita etiam suis causis constituisse illam istorum contumaciam permittere, & istius generationis individua non introducere in terram: Promissionem factam esse genti in communitate non necessarium sit in singulis individuis impleri. Alia) promissiones DEI non sunt iudicæ, lussisset verò Israëlitas si non decrevisset eos introducere in terram Canaan, imò lussisset Abrahamum Patrem Judæorum, patrem omnium credentium, si scilicet hanc promissionem fecisset ut fecit, neque servasset in posteris, Gen. XV. 13. seqq. b) Contumaciam illorum permittere DEUM voluisse, rectè quidem dicitur, sed non in sensu Terretini & Calvinianorum, qui promissionem efficacem insolent, da Gott seine Hand darunter habe, ut quoque Theologi Heidelbergenfes contra Würtemb. loquuntur: 3.) Quamvis non sit necessarium, ut promissio divina respiciat singula individua gentis, id quæ idem, quia non singulis individuis facta est, sed genti, vi tamen secreti hujus conditionati per promissionem manifestati, introduci sunt*

sunt in terram Canaan Josua & Caleb, plurimi ex Levitis, & uxori-  
bus religiosis, quia Josua & Caleb si non servassent conditionem obse-  
quii præstandi, si ut reliqui murmurassent, non introducti quo-  
que fuissent in terram Canaan: decretum itaque illud utique fuit con-  
ditionatum, fundatum in conditione obsequii, quam ipsis DEUS  
præscripserat.

XVIII. Dicit, licet proprietates respectivæ DEI supponant ad  
sui exercitium in objecto qualitatem aliquam, non sequi tamen decre-  
tum, quod fit de hominum salute vel damnatione esse conditionatum, quia  
quamvis supponatur ad ejus constitutionem, non tamen ab eâ suspendit.  
At hic a) diffimulat suorum sententiam, nempe Supralapsariorum, qui  
non concedunt in objecto præsupponi qualitatem aliquam, sed per ma-  
ximam illam Rom. IX. intelligunt homines creabiles vel creando, adeoque  
nullâ adhuc qualitate affectos, & quamvis in Synodo Dortacenâ di-  
sputatam fuerit de supralapsariis, non tamen rejecta est sententia Su-  
pralapsariorum, imò post illam acriter defenderunt illam Franciscus  
Gomarus, Gislebertus Voetius, & Ailesbury Britannus. b) Dicit, pro-  
prietates respectivæ misericordiam & justitiam præsupponere qualitatem  
aliquam miseriam vel peccatum, itaque actus Electionis & reprobationis  
erit vel actus misericordie & justitie, vel non: si prius, non  
erit actus domini vel justitie reprobatio, si posterius, non requi-  
ret præviam miseriam vel peccatum in objecto: Imò si justitia & mi-  
sericordia non respuunt, sed præsupponunt qualitatem in objecto,  
quantò magis dici potest, hominem credentem in Christum esse ob-  
jectum prædestinationis, adeoque ad sui exercitium misericordiam  
requirere fidem in homine, & impenitentem sive incredulum esse  
objectum reprobationis, adeoque requirere reprobationem exerci-  
tium justitie in ordine ad objectum. c) utique sequitur, si proprie-  
tates respectivæ ad sui exercitium in objecto prærequirunt qualita-  
tem aliquam, decretum de hominum salute vel damnatione esse con-  
ditionatum, si enim executio est conditionata, atque describitur  
Marc. XVI. qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit, qui verbò  
non crediderit, damnabitur, etiam decretum de salvando & damnando  
erit conditionatum, & si requiritur ad constitutionem conditio,  
eique supponitur, suspenditur à conditione, termino dextrè accepto:

Nam sicut forma requiritur ad constitutionem compositi, & proinde rectè potest dici suspensi compositum à formâ, ita pariter esse habere potest in præsentî.

XIX, Malè differit partim decreta conditionata cum voluntate hypothetica confundendo, voluntas enim hypothetica longè latius patet, quàm decretum conditionatum; partim actum voluntatis de rebus extra se futuris notione decreti imbuendo, quâ quidem ratione stante omnia peccata erunt divinitus decreta; partim reprehendendo illos tanquam fugam molientes, qui omisâ voce decreti conditionati retinent tamen voluntatem hypotheticam, cum etiam ex nostris *Johannes Meisnerus* non admiserit decreta conditionata, voluntatem autem hypotheticam maximè propugnarit;

#### QUÆSTIO IV.

An decretum afferat necessitatem rebus futuris, & quæstionem affirmat, atque dicit, *agitari illam non tantùm inter Pelagianos ac Semi-Pelagianos veteres; sed & novos, qui ut facit idolum liberi arbitrii, stabiliunt, necessitatem rerum ex decreto & præscientia negant.* *Art. 1) si decretum necessitatem affert rebus futuris, cum lapsus Adami, ex quo peccatum introivit in mundum fuerit in statu integritatis futurus, E, necessariò homo lapsus est in decreto divini, quod etiam agnoverunt Calviniani, ipse Calvinus scribens in sit. l. 3. c. 29. & c. VIII. Lapsus est primus homo, quia Dominus ita expeditis consuevit, & mox igitur cadit homo, DEI providentiâ sic ordinante, sed suo vitio cadis, adde Zanchium de naturâ DEI lib. 7, c. 2. ubi lapsum in DEI prædestinationem consilium & voluntatem refundit, nec non Berkinsium de prædestinationis modo & ordine p. 40. b) Malè Differentias refert in Catalogum Pelagianorum & Semipelagianorum. Nam Pelagiani ita extollebant liberum arbitrium, ut negarent peccatum originale, Semipelagiani itidem dixerunt, gratiam non facere initium in conversione hominis, sed subsequi præiam dispositionem, at nullus Lutherorum ita elevavit liberum arbitrium, ut propterea negarit peccatum originale, imò dixerit cum Lutheris, nullas superesse vires liberi arbitrii, illud planè esse servam, neque gratiam postponunt homini, sed initium, medium & finem transcribunt gratiæ, & dicunt, *DEI in nobis operari velle &**

*perficere ex Philipp. 11, 13.* c) Ut *liberum arbitrium* sit *servum*, tamen per decretum DEI & providentiam, non plane est expugnandum, quemadmodum Calviniani faciunt, nil enim magis inimicum est libertati quam necessitas, unde etiam *Remonstrantes* exprobrarunt Calvinianis, quod libertatem homini non relinquunt, id quod *Nicasius à Schenon in brevi Inquisitione*, quam vocat *Episcopis Inquisitionis Calvinis*, palam fateretur, & aperte scribit; *Quod omnia seu bona seu mala necessario fieri debeant & fiant, certum est*: Imò ipse Calvinus scripsit *l. 2. Instit. Christ. cap. 23. num. 8. Non dubitabo simpliciter fateri voluntatem DEI esse rerum necessitatem*, cui subscribunt *Zanchius, Bucanus, Sobnius, Piscator, & Theologi Heidelbergenses.*

II. Author dilucidare vult statum quæst. & inter alia dicit, *IN DEO duplicem esse necessitatem absolutam & hypoteticam, priorem fundari in immutabili ejus natura, posteriorem in immutabili ejus voluntate, qua iterum duplex, aliam immutabilitatis ex decreto immutabili, aliam infallibilitatis ex præscientia infallibili.* Verùm a) malè dicit, illud decretum, illam necessitatem illius fundari ita in voluntate DEI immutabili, ut tamen alia *necessitas* sit *immutabilitatis*, alia *infallibilitatis*, nam si in voluntate immutabili fundatur tum necessitas immutabilitatis, tum necessitas infallibilitatis, non poterit admitti ex toto voluntas immutabilis respectu utriusque, quod enim fundatur in voluntate immutabili, id ipsum, secundum quod fundatur in voluntate immutabili, etiam est immutabile, adeoque illa necessitas infallibilitatis, quæ tanquam species subjicitur voluntati immutabili, erit figmentum *Turretini*. Secundò dicit Author, *Necessitatem infallibilitatis esse ex præscientia infallibili*, si itaque est ex præscientia infallibili fundamentum infallibilitatis in illa necessitate non erit voluntas, sed DEI præscientia. Tertio, *Нечто въ себѣ*, quod hic occultatur, est hoc, quod scilicet putat *Turretinus*, *Scientia DEI rerum futurarum fundari in decreto divino, atque DEVM ex prævio illo cognoscere, quid futuram sit nosse*, at hæc sententia est falsissima, præscientia enim divina non indiget decreto quodam prævio, in quo speculetur futura, sed ex ipsa naturali susperpicacità sufficit omnibus rebus tum futuris, tum existentibus penetrandis.

III. Re-

III. Removet necessitatem absolutam & coactionis, & dicit, *Quærantur de necessitate hypotheticâ, & consequentia respectu certitudinis eventus & futuritionis ex decreto, sed & ἄλλον ἢ hic sovet, nam dicit, a) non quæri de necessitate absolutâ, & tamen decretum absolutum statuit ordine præcedens omnes causas secundas, sicut igitur ex decreto deducit futuritionem, ita ex decreto absoluto admittere cogitur futuritionem, & consequenter necessitatem absolutam, b) Quod removet necessitatem coactionis itidem non subsistit, tum quia Arminiani demonstrarunt tali necessitate premi hominem ex sententia Calvinianorum, quæ coactioni æquipolleat, & patebit ex sequentibus, tum quia de tali necessitate loquuntur Calviniani, quæ libertatem interimit, externa est, & irresistibili motu influit in voluntates: tum quia Theologi Würtemb. demonstrarunt contra Heidelbergenses cogi voluntatem hominis secundum Calvinianorum sententiam, b) Posito tamen removendam esse necessitatem absolutam, cum necessitate coactionis, non tamen dominabitur in regno Calvinistico tantum necessitas consequentia & hypothetica, adeoque titulo nimis honesto colorare vult Turresinus necessitatem illam quam Calviniani statuunt, necessitatem enim consequentiam etiam admittunt nostri Theologi, qui illam fundant in perspicacitate præscientiæ divinæ, sed ut dixi, necessitatem absolutam sub hoc vocabulo condit, id quod patet ex Wendelino, qui Exerc. 30. §. 2. satis perspicuè docet providentiam divinam imponere rebus necessitatem non ex hypothetica, quæ consequentiæ dicitur, sed necessitatem qualis est ex antecedente causa; nam ita scribit: Attamen non eam duntaxat agnoscimus necessitatem, quæ oritur ex actu existentia, quæ res eo ipso quo est, non potest non esse, non propter evidentem contradictionem, quæ alias indicaretur, (hæc est necessitas hypothetica, quæ scilicet omne quod est eo ipso quo est, non potest non esse) sed & necessitatem productionis, quæ actualem existentiam antecedit, & à divinâ pendet providentia, quæ causis secundis in se contingentibus & liberis ita utitur, ut salvâ earum natura effectus nihilominus producat necessarios, & hoc respectu immutabiliter consequatur, quod intendit per causas naturâ suâ mutabiles, ex quibus verbis proclive est colligere hoc modo: Quæcunque fiunt necessariò ex antecedente causa immutabili, nempe ex immutabili decreto DEI, & hinc proveniente influxu*



fluxu divino causas *secundas immutabiliter* determinante, illa certè necessariò sunt necessitate absoluta, & consequentis, non hypothetica ac consequentiæ, At juxta *Reformatorum* sententiam omnia quæ fiunt, necessariò fiunt ex antecedente causa immutabili, &c. E. conspirat Rivetus in *Epistola*, & idem dicit cum *Wendelino*.

Rationes reddit suæ affirmationis: & Primam quidem ita adornat, *I. quia omnia aeterno & immutabili consilio apud DEVM decreta sunt, Esa. XLVI. 10. Eph. 1. 11.* At Primò, si hæc ratio subsistit, non amplius necessitatem decretorum DEI afferet rebus futuris *hypotheticam & consequentiam, sed absolutam & consequentiam*, idq; idèd, quia non tantùm omnia apud DEUM decreta sunt, sed etiam *absolutè decreta sunt, absolutum autem decretum infert necessitatem absolutam.* Secundum dictum *Esa. XLVI. 10.* non probat, quod intendit *Turretinus*, tùm quia dicitur, *DEVM enuntiare, qua futura sunt, vel ab initio Synagoga, vel ab origine mundi*, quemadmodum annuntiavit, quod semen mulieris contritum sit caput serpentis, quod Abrahamo numerosa nascitura sit soboles ex Sarâ, quæ eventu fuere comprobata, At non *prædictio* semper decretum infert, multò minus *absolutum*, sed *præscientiam infalibilem*, unde *Propheta* dicti sunt *Videntes, I. Sam. IX.* tùm quia maximè sese fundat *Turretinus* in verbis sequentibus, *consilium meum stabit, h. e. immutabile erit*, At loquitur de opere DEI, quod ille proposuit, loquitur de excitatione Cyri, non de rebus omnibus: dicit, *consilium meum, non stabit secundum quosdam Interpretes: sed ex Hebræo surget, ibit, prosperabitur*, nulla autem est consequentia DEUS dicit consilium meum surget, h. e. prosperabitur, feliciter procedet, me vocante à Perside Cyrum, E. per decretum DEI omnia sunt necessaria: tùm quia concedimus, rectè verti consilium meum stabit, sed ex eo negamus consequens esse, quod intendit *Turretinus*, nam & nos dicimus, *omnium actionum & eventuum, tam naturalium quàm moralium determinatum esse in mente & voluntate DEI, & futuritionis modum & numerum*, idque probat *Hülsemannus Loc. IV. de Provid. DEI, Th. VI.* & quidem ex hoc ipso loco, *urgens* vocabulum stabit, *Creavi & efficiam illud, sed non est, consequens determinatus est modus & numerus in mente & voluntate DEI, omnium actionum naturalium & moralium, E. determinatus est*

Dd

abso-

absolutè, E. non ad *præscientiam præviam*, quam eadem Th. fir-  
mat laudatus Author. 3. Quod concernit locum, *Eph. I, 11.* nil fa-  
cit contra nos: quia tantum ibi dicitur, *quod DEVS operetur omnia*  
*secundum consilium voluntatis suæ*, sed hoc non stringit, cum nos  
idem dicamus: partim, quia ibidem loquitur Apostolus de opere &  
proposito DEI, quod scil. *nullo merito nostro factum*, quod priores si-  
mus vocati, neque *casu factum*, quod numeremur inter fide-  
les, sed *ex DEI proposito*, adeoque consilium hic opponitur *merito ex*  
*nostro*, quod *Pharisæi volunt, casui & fortuna*, quod *Epicuræi defen-*  
*dunt*, non autem consilium opponitur *Libertati*, quæ in hominibus,  
quasi velit DEUM omnia operari juxta consilium voluntatis suæ, ut  
quicquid decrevit, necessariò existat ex decreto: partim, quia agit  
de reparatione salutis & efficaci operatione gratiæ in vocatis, nam  
omnia, quæ facit ipse, ex proposito voluntatis facit, *Turrosinus* au-  
tem etiam mala sub ratione necessitatis subordinat decreto, malum  
autem DEUS nec operatur, nec decernit: partim, quia alia est ratio  
eorum, quæ DEUS non impedit, alia verò eorum, quæ *causalitate*  
*effectivâ* ab ipso dependent; hæc agit *ex consilio voluntatis*, non au-  
tem *ex beneplacito & arbitrio hominum*; illa verò quippe quæ causam  
habent extra DEUM solum *divina providentiæ* objectam sunt, non  
autem effectus. Ad prædestinationis autem decretum si hoc dictum  
referas, prout *Reformati* faciunt, quod scil. DEUS omnia operetur  
secundum consilium voluntatis, & consequenter absolutè eligit &  
reprobet, dicimus, Limitandam esse Majorem hoc modo: Qui-  
cunque omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ, *nullâ*  
*mediorum ratione limitatum & determinatum*, is neque in Electione *missi-*  
*onem*, nec in reprobatione *missi-*  
*onem* attendit, At sic negamus minorem. Dan-  
tur enim opera quamplurima, quæ non minus hypotheticam DEI  
voluntatem patefaciunt, quam absoluta ex aliis effulget, &c.

Secunda est: *quia necessitatem istam Scriptura prædicat Matth.*  
*XVIII, 7. XXVI, 54. Luc. XX, 11. 22. Act. 11, 23. IV, 28. 1. Cor. XI, 19. &c.*  
At quomodo probat Scripturam absolutam necessitatem prædicare,  
si enim *absolutam necessitatem* prædicat Scriptura, prædicat necessi-  
tatem *ex absoluto decreto* dependentem, prædicat necessitatem *ex in-*  
*effabili influxu* obortam, prædicat necessitatem *ex decreto non ad*  
*præscien-*

*proficientiam præviam facto, prementem. b) Dicta nil faciunt pro Turretino non Primum Matth. XVIII. quia plus non dicitur, quàm necessarium esse, ut scandala veniant, At hæc non de necessitate absoluta accipienda sunt, sed de hypothetica, tum quia necesse est scandala venire ex hypothetica, posita scilicet diaboli astutiâ, posita mundi illicio, posita carnali pravitatemalitiâ & securitate in homine: tum quia scandala non necessario sunt ex DEI decreto, in quantum enim rationem habent peccati, ita refundenda forent in voluntatem DEI, in ipsum, ut Authorem, quod omnibus modis declinare satagunt Heidelbergenses, tum quia Græci doctissimi hunc locum ita accipiunt, ut non sit inimicus libertati humanae, Chrysostomus enim scribit: Cum necessitatem dicit, non destruit libertatem arbitrii, neque necessitati rerum illam subordinat, sed quod omnino venerandum est, prædicat; Frustrâ itaque sese fatigat in hoc loco Turretinus, & qui forsitan ipsi præluxit Iohannes Camero in suo Myrthocidio Non secundum: Matth. XXVI, 54. nil facit pro Turretino, partim, quia tantum dicitur, Quomodo impleantur Scriptura? qua dicunt, debere ita fieri? At Scriptura impleri potest etiam in illis, quæ tantum prævidentur, non decernuntur, v. gr. in recessione peccatorum Antediluvianorum, Sodomæorum, Israelitarum, &c. partim quia Turretinus adjicit, quæ in textu non habentur, dicit enim, Quomodo impleantur Scriptura? qua dicunt, ita debere fieri, scilicet ex decreto, & quidem antecedente, At hæc appositio est Turretini, non Scripturæ: partim, quia etiam impletio Scripturæ non semper est primaria, sed quandoque secundaria, non semper directa, sed quandoque analogica, Scriptura enim dicitur impleri, vel, cum quod prædictum est, dixerit implerum esse dicitur, ut partus ex Virgine Maria, Matth. I, 23. vel cum simile quid contingit, ut in excidio infantum Bethlehemiticorum, ex Ieremiâ Matth. II, 18. vel ex facto, ex quo doctrina generalis, Matth. XIII, 14. vel denique ex connexionione capituli & membrorum, quorsum cum Chemisio referimus illud Hoseæ, Vocavi filium meum ex Aegypto, de quo Matth. II, 15.*

Non Tertium, Luc. XXII. facit pro Authore, quasi se. τὸ ὄπισθεν noset definitum consilium, decretum aliquod absolutum antecedentem, tum quia non dicitur in textu filium hominis ita vadere, ut DEUS decreverit, ut Judas ipsum traderet, sed dicitur tantum hoc,

*Definitum esse, ut Christus videretur ex Mundo, scilicet ut moreretur: tùm quia hoc decretum non factum est absolute, sed cum pravis προγνώσῃ, unde βελή καὶ προγνώσις coniunguntur, Act. 11. tùm quia Christus passus est & mortuus καὶ ὄλεσθαι, ut ὄλεσθαι ille non referatur ad actiones, quæ scilicet circa Christum contigerunt, cùm fuerint scelera Judæorum, quæ DEUS antecederet decernere non potuit, sed ad eventum, & quidem salutarem, quem DEUS ex oblati istiusmodi actionibus potentissimè elicit.*

*Act. 11. & 14. itidem non concludit: nam a) Herodes & Pontius Pilatus sunt congregati ad faciendam ea omnia, qua manus DEI & consilium ante decreverat: Non autem congregati sunt, ex consilio DEI efficacissimo, quod inserit Tertullianus, ex antecedente decreto, congregatio enim erat sanguinaria, summè scelerata & ingrata, quâ posita & DEO tributa, sanguinarium consilium super Innocentem esset referendum in DEUM, verùm congregati sunt ex propria pravitare & malitia, ex affectu invidia, in primis si spectentur Pharisei. 2. Ipse Beza hæc verba, ad faciendum ea omnia, dicit, Non respicere decretum DEI, sed eventum, nempe redemptionem generis humani. 3. Notanter stilum Lucas temperat, dicendo: Congregati sunt illi, nempe Christi hostes, ad faciendam, dum ea omnia, qua manus & consilium DEI ante decreverat, γινώσκῃ, fieri, ut scilicet non DEO tribuat τὸ facere, sed hostibus Messie, tribuat autem DEO manum & consilium relatum ad γινώσκῃ, quemadmodum Proffer exposuit, scribendo: Actio duplici, Passio grata fuit.*

*Nec 1. Corinth. XI. concludit pro Tertulliano, partim, quia illum addacit pro negatione decreti conditionati, & consequenter affirmat, decretum absolutum fuisse, ut hæreses sint in Ecclesia, adeoque necessitate ineluctabili introduci hæreses, quæ tamen inter opera carnis computantur Galat. V. partim, quia adhuc dubium est, an hæreses hoc loco intelligantur, cùm quidam de Schismate acceperint circa mensam, locum modumque accumbendi, & Græci Patres communiter urgeant hoc ex antecedentibus, ubi de Schismate actum, & quia dicatur ἐν ὑμῖν, in vobis, ut sensus sit, in vobis debent esse Schismata, h. e. in Ecclesia, Hæretici autem non sunt in Ecclesia, sed extra illam:*

illam; partim, quia si ponamus verba esse accipienda prout jacent, tum quia in antecedentibus egit de Schismatibus, jam de hæresi, & à minori ad majus argumentatur: tum quia particulam & interjungit: tum quia non absurdum est dicere, in Ecclesia esse hæreses, nil tamen accedit *Turretino*, quia id quod additur, ut probati fiant manifesti, accipiendum est non *causaliter*, sed *eventualiter*, & si causaliter, esset referenda providentiâ ad finem, quem DEUS ordinat & disponit, non ad hæreses, adeoque necessitas hinc obtineretur tantum ex *hypothesi & consequentiâ non consequentis*.

Tertium Argumentum illius, *Quod maxime fortuita & casualia necessariò dicantur fieri, idq; probat exemplo cadu casualis*, Exod. XXI. *Sortium*, Proverb. XVI, *Avicularum & capillarum*, Matth. X. *Ofium Christi confetratione*, Johan. XIX. & *ejus morte*, Act. IV. At hæc frustra, nam primò nullibi dicitur, quòd fortuita & casualia necessariò eveniant, sed Exod. XXI. providentiâ divinâ commendatur, & dicitur, *Talem hominem, qui fortè occiditur, DEVM tradidisse in manus*, at hæc traditio non habet *necessitatem consequentem*, tum quia in textu originali habetur, non *traditur*, sed *occasionavit manus ejus*, prout verbum מָצָא exponitur ab Interpp. tum quia quæ *respectu nostri* sunt fortuita & casualia, & præter consilium, DEO non nisi *certâ ratione & consilio* constant: tum quia hic agitur de Justitiâ DEI, quòd scilicet DEUS voluerit hominem illum occidendum, incidere in manus occidentis, ob latentem aliquam causam, quod verè fieri dicunt Hebræi, dum aliquis flagitium aliquod commisit, propter quod non posuit est à Magistratu, & tamen tale est, quod excidium præmaturæ mortis mereatur. *Sortium* natura hoc non evincit, quia Proverb. XVI. plus non dicitur, quàm *Sortes conjiciuntur in suum, sed judicium est à Domino*, nullius hinc necessitatis fit mentio, & secundum quosdam non agitur de *Sortibus quibuscumq; ludicris & alex*, sed ad summum de *divisiõis*, quæ adhibenda, cum dubitamus, cui aliquid sit adjiciendum in hæreditate, adeoque quæ adhibentur in causa necessaria cum debita reverentiâ, rectâ intentione, & præviâ invocatione, imò si de Sortibus quibuscumque intelligatur, in tantum Judicium DEO tribuitur, quatenus quandoque DEUS earum deductionem Diabolo permittit & committit in eorum prænam, qui illis

abutuntur: Unde *Amesium* castigavit *Theologus Angl'm, Gatakerus*, *pen-  
oul. trah.* quem quidem vindicare annisus fuit *Leonhardus Rylson*, ve-  
ram non semper feliciter: Exemplum *Avicularum*, non quadrat, quia  
agitur non de lapsu *moralis & peccato*, sed *Physico*, hinc non *univer-  
saliter* probat, non dari decreta conditionata, sed tantum *particu-  
lariter*, neque exemplum de *ossibus Christi conservatis & morte illius*  
huc facit, quia tantum probant definitum fuisse DEI consilium, &  
decretum respectu suis.

Quartum ducit à præscientia infallibili; At verò aliud est *infalli-  
bile præscientia*, & aliud *ineluctabile decretum*: Præterea fallam sup-  
ponit hypothesein, quòd sc. præscientia DEI fundetur in decreto, &  
illud antevertat perspicaciam divinam. Denique locus *Actor. XV. &  
Hebr. IV.* nil faciunt ad rem, tum quia tantum DEI præscientiam com-  
mendant, & sanè in *Socinian.* castra transcunt *Reformati*, si locum  
*Act. XV.* intelligant de *prædecreto*, scribunt enim, quòd ex prænotione  
sui operis ad prænotionem humanorum stabiliendam colligi possit;  
quibus respondent *Calviniani*, vocationem gentium fuisse tale opus  
DEI, in quo convenerint plurimæ actiones hominum liberæ, & con-  
sequenter non aptus est locus ad stabiliendam decretorum *necessita-  
tem absolutam*. Si autem liberæ actiones concurrerunt in vocatione  
gentium, consequens est, locum *Actor. XV.* non facere pro *Calvi-  
niano*, libertas enim inimicissima est necessitati, & quia ad contin-  
gentiam spectat, contradictoriè illi opponitur, tum quia aërem ferit  
*Turretianus* ex infallibili præscientia concludendo, nam & nos pro il-  
la stamus, nisi itaque supponat decretum præscientiæ, nullam *necessi-  
tatem nisi consequentiam* ex hisce locis deducere potest: tum quia locus  
*Hebr. IV.* planè nil facit ad institutum *Turretini*, non enim meminit  
decreti, non dicit, omnia esse decreta antecedenter ad scientiam, sed  
omnia esse resupinata oculis DEI, adeoque oculorum tantum men-  
tionem facit divinorum, quibus omnia sint pervia. Oculi autem  
sunt indicium intellectus, non voluntatis.

Denique non concludit Quintum, *Quia prædicuntur ut futura*,  
*Ergo debeant necessariò contingere*, partim, quia futuriorum rerum non  
fundatur in decreto DEI, prædicuntur itaque etiam ut futura, quæ  
non pendent à decreto, v. gr. peccata, futura contingentia conditio-

nata,

nata, partim quia sermo DEI non potest excidere, etsi non supponatur *necessitas absoluta*, sed *necessitas tantum conditionata*, sic v. g. Sermo Dei non excidit de suspendio Judæ, *Ps. XLI, 10.* utut Judas se suspendit non *absolutè ex absoluto decreto*, ἀνυπαρχία scelus immane hâc ratione in DEUM esset referenda, *Athor. 1.* sufficit *necessitas consequentia* in præscientia infallibili fundata, ut sermo *Astrologi* non excidit de Eclipsi futura, qui tamen non fondatur in decreto *Astrologi*, neque enim quicquam ad Eclipsin potest facere, sed in præscientia & perspicacitate illius: partim, quia Scriptura non solvitur, si scilicet statuatur decretum DEI non afferre necessitatem rebus futuris, Scriptura enim sub se complectitur tum decreta *absolutè* talia, tum *conditionata*, atque non solvitur, si de decretis *absolutè absolutè* pronuntiat, & si de decretis *conditionatis conditionatè*.

## QUESTIO V.

Agit Author de termino vitæ, & querit, an DEI decreto cuiusque *hominum vita terminus fixus & immobilis cum omnibus suis circumstantiis sit constitutus*, ut: alio temporis articulo & alio mortis genere decedere non possit, quam quò cum decedere contingit, & affirmat contra *Socinianos & Remonstrantes*. Verum circa hanc questionem I. notamus, quod, si expendamus illam secundum structuram verborum, ita inscripta sit, ut de termino fixo immobili pendente ex decreto absoluto agatur, quo posito patet illum glaucoma objicere *Th. III.* dum distinguit & affirmat *terminum vitæ posse dici mobilem & immobilem diverso respectu, vel ratione causa Prima, vel ratione causarum secundarum*, si enim terminus vitæ absolute decreto est fixus, & immobilis, non poterit vel mobilis vel immobilis dici diverso respectu, quia omnem mobilitatem evertit illa prædefinitio *ex absoluto decreto*, ut consequenter tantum in speciem dicatur terminum vitæ esse mobilem *ratione causarum secundarum*: 2. Notamus affirmare *Turretium* contra *Socinianos & Remonstrantes* terminum vitæ esse immobilem, adeoque vafre dissimulare nostrorum sententiam, qui dicunt terminum vitæ quendam esse mobilem quendam immobilem, atque *Th. IV.* nos annumerare directè *Socinianos & Remonstrantes*. 3. Notamus quâ conscientia potuerit *Turretium* nostros accensere *Sociniano*

*nis & Remonstrantibus* in decisioe hujus quæstionis, cum *δύς Ἀγ. πρῶτον*  
 differamus ab illis in hac quæstione cum ipse noverit *Theologos nostros*  
 non terere hic orbitam *Socinianorum & Remonstrantium*, ut patebit ex  
 seqq. b) In explicatione subjunctâ dicit, *quæstionem hanc moveri à So-*  
*cinianis & Remonstrantibus, qui decretorum mutabilitatem asserant, de quâ*  
*fusè disputatum fuerit in Belgio ante aliquot annos studio viri amplissimi*  
*Job. Beverovicij Medici Dordraceni*, Ast 1. utut *Beverovicium* fuerit *Cal-*  
*vinianum* & consequenter etiam ex *hypothesi Calvinianâ* non debuerit  
 quæstionem movere de mobilitate termini vitæ humanæ, cum ex sen-  
 tentiâ *Calvinianorum* terminus ille sit fixus & immobilis. Ita hac ipsâ  
 quæstione in medium propositâ ostendit sese fuisse dubium circa hoc  
 punctum *Calvinianorum* idque ex artis suæ professione, quia sc. vi-  
 dit ut Medicus ægram posse sanitati restitui adhibitis medicamen-  
 tis, qui aliàs neglectus, esset moriturus, veneno posse tolli, qui per  
 naturam diutius vivere poterat. 2. Non tantum consuluit *Calvinia-*  
*nos Beverovicium* in hac quæstione, sed etiam *Arminianos*, maximè *Si-*  
*monem Episcopium* & judicavit ipsum parem esse nodo solvendo, non  
*Alexandrum*, qui secerat, sed *Oedipum*, qui resolveret, ut patet ex  
*Epistola, quam ad ipsum scripsit Beverovicium*; respondit autem termi-  
 num vitæ esse mobilem, respondit pariter *Abrahamus van Mylen, Pa-*  
*tristim & Theologus Dordracenus*, respondit *Barleus* sive mobilem, sive  
 immobilem dicamus vitæ terminum, salvam fore medicinam, & stare  
 illud, quod *Beverovicius* opposuit. 3. *Socinianos & Remonstrantes* ad-  
 ducit, ut itaque constet quàm malè nos *Remonstrantibus* adjungat seu  
*Arminianis* associet, docebimus, quæ sit sententia *Arminianorum* in hac  
 quæstione, & quidem ex *Sim. Episcopo*, qui in *responsione sua ad Be-*  
*verovicium* asserit, *terminum vitæ humanæ esse absolute mobilem & me-*  
*diū moris in universum à bonâ malâve usu arbitrij humani ita dependere,*  
*ut divinâ providentiâ circa hominem videatur fieri, non vigilare*, Patet  
 id 1. ex *Epistola responsoria Episcopij*, qui hæc habet: *Tertia opinio est co-*  
*rum, qui terminum istum fatalem quidem esse volunt ex prænotione aut ex*  
*hypothesi boni vel mali usus Liberi nostri arbitrij, sed ita tamen, ut non mo-*  
*do abbreviari poterit, sed & prolongari, non proposita istâ aut prænotio-*  
*ne aut hypothesi citra prænotionem, hancq; sententiam cæteris esse præ-*  
*ferendam, solam recipiendam & probandam asserit: Patet 2. ex responsio-*  
 ne a b



ne ad dictum Jobi XIV. quod maximè urget *Turretinus*, & cæteri *Calvini* ad id respondet, *Non obstat quòd minus verba Iobi prius in violata consistere, si circumscriptio ejusmodi contineri istis dicamus, quòd vel ex certâ previsionè divinâ quomodo quicquid se gesturus sit, vel solum ex hypothese boni vel mali usus arbitrii nostri facta sit aut fiat: Patet 3. ex conclusionibus quas format, Primam de termino communi, qui 70. vel 80. annorum, de quibus *Psalmographus* X C. secundam de termino in ordine ad usum nostri arbitrii: Tertiam de prolongatione, dum dicit, *DEVM prolongare volentem pievum vitam, nonnunquam habere rationem temperamenti, quod ex vi sibi infra validum ac robustum durare possit usque ad ultimum Sphæræ istius terminum, conservando sc. istud in vigore, vel prohibendo, quo temperamento isti seu intrinsecus turbando, aut dissolvendo facere possint: nonnunquam verò non habere rationem istiusmodi temperamenti, sed id vi speciali aliquâ corroborare, ut diutius quàm pro vi sibi innata & infra durare possit. Tandem in quartâ conclusione dicit, pios & DEVM timentes, si quando eos contingat incidere in peccata, per qua merentur vitæ suæ abbreviationem, posse aliquando ferius precibus, tum aliorum, tum suæ maximè & jejuniis, lacrymis, aliisque vera penitentiæ documentis à DEO consequens veniam tantùm, sed & temperamenti sui ex infirmitate aut casu alio ob peccata sua fracti ac debilitati restauracionem, & in molius mutacionem, aliquando autem non posse, idque tum imprimis, cum jam DEO sapientissimo & justissimo visum fuerit, sententiam mortis inexcusablem nullâque precibus st. tendam pronuntiare.**

II. Distinguit Auctor terminum vitæ, quod scilicet alius sit communis, alius specialis: communis ipsi est, qui tempore antediluviano circumscriptus erat CXX. annis, ex *Genes. VI, 10.* secundum *Josephum*, contractum deinde ad annos LXX, vel LXXX, *Pf. XC.* in quo terminus communis non tam hominibus, quàm vitæ humanæ esse dicitur, terminus autem specialis est, qui datus fuit unicuique, in individuo ratione duracionis, & hoc quidem rectè, tum quia non tantùm *Calvini*, in primis *Adamus Scultetus*, sed etiam nostri distinguunt inter terminum communem & specialem, de quo videre potest *Tobias Major in pecul. tract. de termino vitæ: tum quia hoc extra controversiam est positum terminum vitæ communem esse fixum & constitutum, idque immobiliter: tum quia*

Eo  
etiam

etiam nostri Theologi statam controversiæ signant in termino *speciali*, ut videre est apud *Hilsem.* in *Thesi adornata, contra Renset. & Episcopium*, qui mediam viam amplectitur inter *Calvinianos & Arminianos*. hoc tamen hic observandum, quod terminus vitæ *specialis* possit secundum Scripturæ ductum dividi in *seminaturalem, naturalem & violentum*, idque ex 1. Sam. XXVI, 10. 11. ubi David dicit, *Vivit Dominus, quia si non percussisset Saulem Dominus, aut dies ejus venerit, ut moriatur, aut in prælium descendens perierit, absit mihi à Domino, ut extendam manum in Christum Domini*; hic tres vitæ termini assignantur, Primus *seminaturalis*, quem indicant verba; si Dominus eum permiserit morbo quodam specialiter immisso; *naturalis*, cum dicitur, si dies ejus venerit, ut moriatur; *Violentus* cum dicitur, si in prælium descenderit, & descendens perierit, adeoque secundum *Rabbinos* extra diem moriatur. Quod etiam observant *Larini*, qui die suo mori de morte *naturali* intelligant, & quidem *individuum*, quem Arabes vocant *terminum præscriptum*, teste *Cirizzio, Lexicographo Arabo*.

III. Distinguit terminum vitæ, & dicit, *posse dividi, &c. consideranda esse terminum vitæ mobilem respectu causarum secundarum, sed quæri de termino hyperphysico quo respiciat distinctio Thomæ I. q. CXLVII. art. 3. verum hic occultat a) Calvinismum*, dum vult sententiam suam colorare, nam terminum vitæ humanæ dicit esse *mobilem respectu causarum secundarum, & tamen valè immobilem esse respectu causa primæ atq; absoluti decreti*, verum hæc duo non possunt consistere; si enim *absolutè* decretus est terminus vitæ ab æterno, *absolutè* fatalis erit, si est decretus *absolutè* ab æterno, etiam causas secundæ dispositæ erunt ex *absoluto decreto* fataliter ad terminum illum; si est *absolutè* decretus non tantum decretus erit in *ratione termini*, sed etiam in *ratione mediorum* ad terminum, qualia sunt causæ secundæ, quæ aliàs accelerant & prolongant hunc terminum: 2. Quamvis etiam *B.* noster *Gerhardus* terminum vitæ distinguat in *Physicum & hyperphysicum*, longè alio tamen sensu quàm *Turretinus*, qui terminum *hyperphysicum* refert ad causam primam, idque *universallyter*, quod scilicet terminus *hyperphysicus* sit ille, qui à causa primæ & divina ordinatione ponatur, adeoque antegrediatur omnem præscientiam DEI in ordine ad hominem: 3. Verba *Thomæ* allegat, quæ tamen decur-

tat,

tat, & ad suam sententiam detorquet, *Thomas enim in questione an fatum sit immobile*, dicendum esse concludit, quod fatum secundum considerationem causarum secundarum mobile sit, sed secundum quod subest divina providentia immobilitatem sortitur, non quidem necessitatis absoluta, sed conditionata, secundum quod dicimus hanc conditionem esse veram & necessariam: si DEVS præscribit, quod futurum est: videmus hic fraudem Turretini. tum quia posteriora verba refecit: tum quia *Thomas* tantum immutabilitatem urtiter præscientia seu necessitatem consequentia, non ex decreto, tum quia necessitatem ille conditionatam tantum affertit, quæ conditionata scilicet in decretum conditionatum est referenda, non in absolutum, prout ipse facit.

IV. dicit, *constitutionem termini vel esse absolutam antecedentem vel consequentem, &c.* Ast a) ita apertè dicit, quod alii dissimulant, imponi enim sibi cum *Suis* ait *Rivetus* cum *Gisberto Voëtio* à nostris, quod scil. dicant terminum vitæ ita statui ab illis immobilem, ut sit necessarius necessitate consequentis, non autem consequentia, sed enim non excludere omnem respectum causarum secundarum cum decreto de fine non separant à decreto de medio, sed quibus modis DEVS singulos evocet, vel in hæc vita conservat, hinc evocari vel conservare ab æterno quoque decrevisse afferant, adeoque absolutum decretum in assergi: Ad I. si terminus vitæ absolutè antecedenter est constitutus, non necessarius est tantum necessitate consequentia, quia decreto antecedenteo est constitutus, non tantum prævisus, sed voluntate divinâ constitutus, quæ est necessitas rerum, ut loquitur *Calvianus*; 2. Absolutum decretum dupliciter dicitur, vel absolutum ratione præscientia causarum secundarum, ita ut præscientiam præviam non supponat illud decretum, vel ratione executionis, quod scil. in executione causas secundas excludat! quam vis *Calviniani Voëtius, Wendelinus, Rivetus*, posteriori modo decretum DEI de termino vitæ negent esse absolutum, quia DEUS per eas causas, per quas exequitur, decrevit etiam, tamen defendunt decretum absolutum priori modo ratione præscientia, dum omnibus causarum secundarum, qualiter futuræ essent, præscientiam excludunt, idque patet ex eo, communis hypothesis *Calvinianorum* est; DEUM nil futurum præscire, nisi quod decreverit efficere

aut permittere, & omnia quæ sunt, ex ineluctabili & causis omnibus earumque præscientiam antegrediente causasque secundas determinate decreto DEI proveniant. 3. Se frustra liberare moliantur ab *absoluto decreto*, dicendo, *opera quæ DEVS preparavit quatenus ad causam secundam comparantur, contingenter procedere, atque aliter evenire posse, respectu verò termini hyperphysici quatenus ad primam causam dirigentem operentur immutabiliter procedere*, nam hoc merum commentum, tum quia quæcumque dependent à causis secundis per causam antecedentem ita determinatis ad ea producenda, ut ea non producere vel alia producere non possit, ea quatenus ad *causas secundas* comparatur non procedent contingenter, nec poterunt omitti, cum fiunt, nec fieri, cum omittuntur, impossibile enim est, ut à causa necessaria effectus contingenter procedat, tum quia si hæc est sententia *Calvinianæ*, quod causæ secundæ si absque determinatione divini spectentur, possint aliter agere, iterum sensus non est probandus; nam Effectus contingens non potest dici ex eogendi modo, quæ causæ secundæ, sine dependentia à causa prima agere possit à nobis concipiuntur, sed ex eo modo, quo connectæ cum causa prima & sub illa reverà agunt: tum quia stante hæc interpretatione omnes effectus causarum secundarum essent *contingentes*, quia omnes causæ secundæ sine determinatione causæ primæ conceptæ, actu suo carere possunt. anne dici potest unctionem esse contingentem quatenus ad ignem seu causam secundam comparatur? quia ignis in se sine determinatione DEI tanquam causæ primæ spectatus potest non urere, absit? b) Author a parte sententiam suam prodit, dicens quæri de *constitutione absoluta antecedente*, quæ non pendeat ab ulla conditione præviâ, loquitur itaque de *immutabilitate termini vitæ absolutæ & fatali*, quæ determinata ratione loci, temporis & modi mortis est. 3. Statum questionis ponit, *an scilicet terminus vitæ non generis communis, sed specialis & proprius animæ cuiusq; ita sit fixus & immobilis nec respectu causarum secundarum, sed primæ & æterni DEI decreti, ut quæcumque eadem ratione nec prolongari nec abbreviari possit*: At cum Scriptura dicit *Exechia XV. annos additos esse, cum dicit, impiis non dimidiatur dies suos*, adeoque abbreviationem indicat, non loquitur de termino vitæ in ordine tantum ad *causas secundas*, adeoque

per

per præcisionem & abstractionem à concursu causa prima, sed loquitur de termino vitæ, ut revera se habuit & existit, tam in Ezechia, quam in impiis, qui non dimidiant dies suos, adeoque in connexioni causa prima & secunda tum quatenus hæc erant sub concursu & influxu divino, quo sine nullius unquam vita constitit, ex illo ipso ordine necessario, quem causæ secundæ habent ad primam.

V. Progreditur ad rationes, & concludit, ex Job. XIV, s. atque observavit, non esse conditionatam locutionem, &c. Verum Primò, si vellemus rigidè agere, hæc omnia possemus declinare: nam a) verba antiquè sunt conditionata, ut patet ex textu Hebræo, adeoque locutio conditionata nil infert, hinc ipsi Pontificij Pineda, &c. & alij hæc verba accipiunt conditionatè, si definiti sunt dies hominù, sicut igitur Calvini, eludere tentant dictum Ezech. XVIII. & XXXIII. Si justus se averterit, dicendo, locutionem esse conditionatam, & proinde nil nostros concludere posse, ex illo dicto, ita pariter contra Turretinum possemus concludere ex hoc dicto, nil ipsum posse inferre, quia non dictum sit concipiendum absolute, sed secundum veritatem hebraicam conditionatè. Vocula enim DN in Scripturis conditionem notat, ut constare potest ex Esa. VIII. ubi dicitur, Si non dixerint secundum verbum DEI, non erit illa aurora. 2.) Quod rejicit eos, qui Jobum loqui de termino communi dicunt, id idem non ita solidum esse videtur; nam Abrahamus van der Myhlen, Theologus Dordrac. h. l. explicat de termino communi, & præterea Abrahamus Scultetus ad notorum Argumentum, quod scilicet terminus vitæ sit conditione circumscriptus, ideoque non absolute decretus, respondet loca Scripturæ, qua allegant esse de termino communi vita humana accipiendâ, de quo Psalm. XC. Tertium denique, quod loquatur Jobus de termino respiciente obedientiam vel inobedientiam refutari potest exemplo Judæ, si enim loquitur Jobus per exclusionem præscientiæ, ad quod sit decretum, consequens est suspendium Judæ non factum esse ad prævisionem, sed ad præordinationem absoluti decreti, ut fuit illud ἀνωχηία, at non idem sese Judas suspendit, quia absolute decretum fuit, sed quia se suspendit, idem etiam DEUS prævidit; Mittamus autem hæc, atque b) sententiam nostram dicamus; Dicimus autem, Terminum vitæ non tantum esse præscitum viloci Psalm. CXXXIX. 16. sed & fixum, E e 3 atque

atque *præordinatum*, *prædeterminatum* & *præfixum*, idque vi dicitur Jobiani, adeoque transit in sententiam *Turretini* quoad primam, secundam quoque observationem, nec non quoad tertiam, si sc. non *universaliter* intelligatur, neque putamus tam absurdam esse versionem, quæ fit per *modum interrogationis*, num. quid definiti sunt dies? vel *assertionis*, quæ melior, in quam inclinat *Turretinus*, quam versio Lutheri nostri exprimit, quam denique versio *Belgica*, quæ publicâ authoritate est adornata, *ὁμοίως* *Luthero* exhibet. Respondemus c) ad dictum, malè illud urgere *Calvinianos*, tum quia sicut *Judæi hæreseos* agunt *Jobum*, quòd sol. fatum suum deduxerit ex astris & illorum dispositione, ita etiam patroni *decreti absoluti* eundem *Jobum* arguunt, quòd sc. fato, si non *Astrologico*, *Stoico* tamen sibi dies definitos dixerit: tum quia *Jobus* agit contra *Epicuræos*, dicentes, *Fortuito nati sumus, & post hoc non erimus*, *Sap. 11, 2.* & hoc vult, nempe providentiam divinam esse superiorem, & prout non fortuitò nascimur, ita nec fortuitò nos de nasci; tum quia si singula verba excutiamus, nihil *Calviniani* pro sua sententia expungent, dicitur enim, *Definitæ sunt dies hominis*, *Vulgatus* reddidit, breves, *Rivetus* concisos, quanquam non ad mentem *Jobi* seu *Spiritus S.* neq; pro sententia *Calviniana* confirmandâ, rectius *Præfixiti sunt dies*, ut etiam *Rabbinî* docent: Dicitur, *numerus mensium apud Te*, h. e. in potestate tua, quæ potes & abbreviare & prolongare: dicitur, *Statuta*, determinationes seu termini sunt, quos intra humana vita concluditur, neque illos transilire potest homo, at non sequitur, si definiti sunt dies, *absolute* sunt definiti, nec si numerus mensium est in potestate *DEI*, ergò non potest abbreviare vel protelare: imò eo ipso quo sunt in potestate *DEI*, *DEUS* potest de illis disponere sicut vult, abbreviare vel prolongare, nec tandem sequitur, statutum est, determinatum est, quicquid modum, locum & tempus mortis hominis concernit, ut non possit præterire illud, Ergò non ad *prævisionem causarum secundarum* illud ipsum statutum & determinatum est; Quapropter negamus propositionem, quam occultat *Turretinus*, quicquid est præfixum homini, ut id præterire non possit, id ipsum *absolute & absque omni respectu causarum secundarum* est determinatum, potius ita limitanda est hæc propositio, & intelligenda: Quicquid ita definitum est,

ut homo id præterire non possit, id *certe & infallibiliter* est eventurum, non autem *necessario per decretum aliquod absolutum antecedentum*, adeoque *eventus certitudo, necessitas consequentia* in his verbis fundatur, non autem *decretum absolutum aut necessitas consequentia*.

Secundum Argumentum planè non concludit, partim, quia sequeretur Davidem petiisse, ut DEUS revelaret terminum vitæ & mensuram dierum, at hoc non petiit, neque homini revelatur locus, modus, & tempus mortis suæ, sed hoc voluit, ut si quando ipsum obrapat quædam somnolentia, quæ meditationem mortis excutiat aut possit excutere, ut DEUS Spiritu suo ipsum doceat se esse mortalem, & resuscitet cogitationes salutis, mortis imminuentis; ut perpetuò memor sit mortalitatis; partim, quia non agit de *fatalitate* termini hujus, sed de brevitate, dicit enim, *Et ce palmes fecisti dies meos, non cubiti, non ulnâ illos definitivisti, sed palmo*, adeoque exiguos, partim, quia dicit, *tempus meum tanquam nil coram Te*, quo ipso indicare vult, si comparentur dies hujus temporis cum æternitate *mille annos esse sicut diem, qui præterit*, s. *Ps. III*, & hinc nullæ sunt observationes, quod DEUS finem hominis novit, prædefiniaverit & prædeterminaverit, quia hoc non disputatur inter nos, sed an prædefiniaverit & prædeterminaverit *absolute*; quod scertam mensuram constituerit diebus hominis, quod utique largimur & dicimus, mensuram istam esse apud DEUM; quod denique brevitas non tantum vitæ *in genere*, sed & *in individuo* determinata sit, disputamus enim de singulari vitæ termino.

VII. Tertium Argumentum non concludit, tum quia *tempora æternitatis* sunt tempora prædefinita, & consequenter etiam definitus vitæ terminus, sed non *absolute*: tum quia in illis verbis tantum providentia commendatur, & disputatur contra illos, qui *avertiam* penes se jactabant, & contra illos, qui de ortu hominum novi orbis non ex *Adamo*, sed ex *Glauci & Cyrenibus, monstrisq; marinis* ortos fuisse fabulabantur: tum quia hominum & regionum ætates & terminos præordinasse dicitur, sed non *absolute decreto*, neque *universaliter*.

VIII. Quartum ex Thesi 8. retundimus: a) instantia, dantur exempla bis mortuorum in Scriptura, qui bis mortui aut habere terminum vitæ immobilem aut mobilem: si immobilem, contradic-  
tio

Etio erit admittenda, ita enim prior mortis terminus, fuit mobilis, quia secundus demum immobilis, aut si uterque fuit immobilis per decretum absolutum definitus fuit primus, & per idem decretum fuit definitus secundus: Imò si duplex terminus immobilis est istorum, etiam duplex fuit nativitas ex decreto absoluto, seu terminus, à quo nascendi, duplex resurrectio: si verò mobilis, non potest concludi, si capilli capitis nostri numerati sunt, multò magis dies, menses & anni, concessa enim mobilitate termini vitæ, dies, menses & anni non ita erunt numerati, ut immobiliter sese habeant in hominibus.

2.) Quis nostram unquam negavit, hominem hujus vitæ stationem subire aut relinquere absque nutu summi Imperatoris; sanè ut providentia divina resulget in nostri ortu; ita maximè dominatur in nostri occasu; sed longè aliud est, per providentiam divinam, capillos esse numeratos, per providentiam divinam hominem hujus vitæ stationem subire & relinquere, & aliud est absolute decreto antecedente omnes causas secundas earumq; respectum prædeterminatum & fixum esse terminum vitæ uniuscujusque: Prius nempe providentiam divinam non negamus, sed necessariam esse statuimus, posterius verò non sequitur ex priori. Tertiò ponamus terminum vitæ esse fixum, & determinatum decreto absoluto, posse etiam probari ex hoc loco, non tamen consequens est, omnem terminum vitæ fixum & præordinatum absolute, sed tantum quendam, quâ ratione nostri Theologi admittunt, quendam esse fixum & præordinatum absolute.

IX. Quintum Argumentum conficit, *Terminus vite prædicitur infallibiliter, E. præfnitur immutabiliter*; At a) si hoc argumentum subsistit, consequens est, omnia peccata, & quidem non tantum ratione materialis, sed & formalis à DEO esse decreta, præfuit enim DEUS peccata non tantum materialiter talia, sed & secundum esse suum formale, adeoque vi connexionis hujus DEUS directè constituitur Author peccati. 2.) Falsam occultat hypothèsin, nempe præscientiæ divinæ infallibilitatem fundari in decreto divino, quam tamen hypothèsin ipsi *Professores Leydenfes* negant, ut videre est in *Synopsi Leydensi*, qui distinguunt inter *Scientiam* & *Præxistinens*, atque de priori negant quodquod præscitum modo præfnitum. 3.) Licet scientia & præscientia non ita differant, imò sibi invicem identificentur, quod

yale



valde urget *Daniel Chamier*, non tamen est consequens nos separare scientiam à voluntate, sed distinguere, neque consequens est actum scientiæ esse actum voluntatis, quod vel *Chamier* discere potuisset ex misericordiâ & justitiâ in DEO, quæ sibi invicem identificantur, diversissimos tamen actus habent, cum per justitiam DEUS damnet, per misericordiam verò salvet. Exempla subjungit, Infantis Davidis, *2. Sam. XII.* filii Jeroboam, &c. non præbapt autem terminum fixum vitæ humanæ, tum quia si urgeantur exempla infantum citâ morte abreptorum, quibus DEUS non præfinit terminum vitæ ex *respectu obedientiæ vel inobedientiæ*, dicendum est, si infantes diluvio absorptos, si infantes Sodomæorum incendio consumptos, si infantem Davidis filium Jeroboami & Ahazizæ consideremus, curiositati litandum, tum quia per ista exempla tantum probatur quendam terminum vitæ esse fixum & immobilem, quendam terminum vitæ esse *absolutè statutum citra respectum obedientiæ vel inobedientiæ*. At Lutherani nunquam negarunt DEUM posse *absolutè* decernere terminum vitæ hiisce vel illis individuis, sed tantum negarunt, terminum vitæ *universaliter* immobilem & fixum esse propagandum: tum quia etiam hiisce exemplis non penetrare possunt aut evincere *Calviniani* terminum horum infantum fuisse ex *absoluto decreto* immobilem & fixum, ita ut excluderit *prævisionem omnium causarum*, ad quas DEUS respiciens ipsum constituerit: nam distinguendum hic est inter *respectum obedientiæ & inobedientiæ propriæ*, & inter *respectum obedientiæ vel inobedientiæ paternæ*; Posito, quod DEUS non constituerit, non prædestinaverit terminum vitæ infantibus diluvio absorptis & consimilibus, ex *respectu inobedientiæ propriæ*, tamen potest dici, quod prædestinaverit terminum ex *respectu inobedientiæ paternæ*; quod enim movit DEUM, ut diluvio deleteret omnem carnem, & consequenter etiam infantes, nisi atrociora scelera Parentum? Ut *Sodomæorum* infantes igne consumeret, nisi vitium contra naturam? ut *Davidis* filium abriperet, nisi respectus facinoris Davidici, & illius quod David commiserat cum Bathseba.

X. Sextum Argumentum, *mortis genus quod maxime casuale & fortuitum videtur, definitum est immutabili DEI decreto, E. multò magis quodlibet aliud mortis genus*: Ast hoc non concludit, partim, quia

nos non negamus mortis genus, locum & tempus esse definitum à DEO etiam in *casuali & fortuito*, sed hoc negamus, præfinitum esse *decreto absoluto omnem causam secundarum prævisionem antecedente*: partim, quia non ex homicidio casuali hoc ipsum probari potest, probandum enim adhuc erat *Turretino*, quod DEUS fecerit tale in hominem occurrere ad manus occisoris ex *decreto absoluto*, hoc enim non dicitur in textu, sed hoc tantum, *occasionavit talem hominem occurrere*, qui autem occasionat, non decernit *absolute*, *decretum enim absolutum est causa rei decreta*, *ocasio autem & causa integræ essentiis distinguuntur*: partim, quia *Achab* dicitur *casu periisse*, 1. Reg. XXII. v. 34. non *respectu causa prima*, sed *respectu causa secunda*, relatus enim *Achab* ad causam primam fuit sub providentia divinita per omnem vitam, & consequenter etiam intermissio illius, quam illa providentia prævidit & præordinavit, sed non *absolute*, nullus autem casus datur *respectu causa prima*, & sic in sequentibus exemplis.

XI. Septimum Argumentum producit hoc modo, *DEVS certo & præfinito ordine totam hominis vitam & motus, & aetates moderatur à principio ad finem. Et præfinire debet ultimum terminum*. At a) nil facit contra nos, quia aliud est *termini definitio*, aliud *absoluta definitio*, sicut enim DEUS omnes motus & actiones in vita gubernat, moderatur & dirigit, ut tamen non omnes motus prædeterminet, sed proprios agere sinat, ita etiam terminum vitæ non prædefinit *absolute*, sed cum *respectu ad causas secundas*. b) Quod conceptum hominis & nativitatem concernit, in libro DEI illa scripta, & quidem *citra prævisionem obedientia vel inobedientia*, sed non est præratio termini vitæ, qui tractum aliquem præsupponit temporis, in quo homo potest esse obediens, vel inobediens. 3.) Utique DEUS habet exodus mortis penes se, est Dominus mortis æquæ ac vitæ, finis æquæ ac initii, si scilicet de *ipso* sit questio, non autem de *modo rei*, nam exodus mortis habet penes se *ext respectu ad causas secundas naturaliter vel moraliter operantes*.

XII. Ultimum Argumentum adducit, dicendo: *si DEVS non præfinit cuique suum vitæ terminum, sequi DEI providentiam, versari tantum circa (ὁ καὶ) ὅλα, seu circa universalia hominumq; fortuna sua, vita & mortis esse sabram, &c.* Verum quomodo hoc nobis potest imponi,

poni, qui distinguimus inter terminum vitæ humanæ *communem* & *proprium*: Si enim nostri ita distinguunt, non tantum *communem* admittunt, sed & *proprium*, adeoque divinam providentiam etiam operosam esse affirmant circa singularia, quemadmodum dicimus unicuique hominum in Individuo suum præordinari terminum. b) Non absurdum est dicere, hominem fortunæ suæ esse fabricum, & quamvis vitam largiri sibi non possit, potest tamen abrumpere: quod autem decentius est dicere, suicidam esse mortis suæ fabricum, aut DEUM esse *αυτοχρησias* Authorem? (anè si DEO tribuitur *αυτοχρησias*, scelus immane illi tribuitur, & faber extremæ malitiæ constituitur. 3) DEUM & ejus voluntatem postponi causis secundis stante sententiâ hypotheticorum falsò dicitur, nam *causa secunda* non præponuntur vel *dignitate scientiæ* & voluntati divinæ, sed præponuntur *ordine*, sub *ratione objecti*, quemadmodum scibile omne præponitur scientiæ, ad minimum ordine.

XIII. Progreditur ad Fontes solutionum, & argumentum nostrorum ab Ezechie exemplo petita resolvere nititur, ubi a) dicit, *dicit Ezechia non ultra terminum à DEO fixum esse prorogatos, sed tantum ultra illud tempus, quo secundum ordinem causarum secundarum & naturalium & vim ipsam morbi mortis præfixum videbatur, & re ipsa moriturus fuisset, nisi DEVS gratiâ præfexisset.* b) Distinguit inter denuntiationem mortis & decretum, denuntiationem quidem esse mortem per modum comminationis Ezechia offerit, qua denuntiatio non fuerit absoluta, sed conditionalis; non autem decretum fuisse mortem. 3) Dicit, Mortem quidem per comminationem denuntiatam pugnasse cum eventu decreti, qui fuerit prorogatio vitæ, sed non ipsam comminationem mortis, qua medium à DEO institutum erat ad illius executionem. Illustrat hoc simili à Ninivitis desumpto, quibus DELUS comminatus fuit exo dium, non tamen decrevit: exemplo malefici, cui Magistratus supplicium extremum denuntiat, ita ut poena quidem sit indicta, sed non decretâ, cum pronuntietur tantam sententiâ, ut corrigatur, & emendationis vivat: Deique Parentum in liberis suis, quibus severam castigationem commoantur, non tamen exequuntur, sed eo tantum sine adhibent, ut lachrymas poenitentiales eliciant, prout hæc illustrationes passim perspici possunt in exemplis ad Beverovicium traditis: Verum

respondetur a) ad Exceptionem *Turretini* utique Ezechix dies fuisse prorogatos ultra terminum à DEO fixum, respexit eim DEUS preces, lacrymas & compositionem cordis Ezechiani, cujus intuitu addidit quindecim annos; sanè nisi DEUS prorogasset terminum, pro quo oravit Ezechias, neglectæ fuissent preces Ezechix, vanæ fuissent lacrymæ, frustranea fuisset compositio cordis ad DEUM. Præterea si prorogatus terminus vitæ fuit ultra illud tempus, quo secundum ordinem causarum secundarum & naturalium moriturus fuisset, verè prorogatum fuisse terminum vitæ Ezechix dicendum est; nam terminus vitæ duplex hic spectandus, *naturalis* & *supernaturalis*, si spectemus *naturalem*, causas illius, defectum calidi nativi & humiditatis radicalis, vim morbi, moriturus erat Hiskias, ut ipse concedit *Turretinus*, si verò spectemus terminum *supernaturalem*, qui constitit in superadditione annorum quindecim prorogata fuit vita Hiskix, atque intuitu obedientix ipsius; Terminus enim *naturalis* reverà aderat, neque tantum dicitur, lethaliter decubuisse Ezechiam, *ἀνεπιζήσιος*, per exaggerationem violentissimi morbi, sed et ex omnibus circumstantiis constat, ipsi mors imminere & instare. Denique si DEUS gratia sua prospexit, & illam exhibet penitentibus, cum respectu obedientix, utique prorogavit terminum, tum quia Propheta dixit, *Dispone Domine tuam, & non vives*, hæc cond. Testamentum, mors enim imminet: tum quia ipse Hiskias non fuisse dicitur infirmus, sed exaggeratè lethaliter, tum quia ipse agnovit, *Eundem esse ad sepulchrum*, *Isa. XXXVIII, 1, 10.*

b) Male distinguitur inter denuntiationem mortis, quæ fuerit *comminativa* & *conditionata*, atque medium ad penitentiam, & inter decretum divinum, partim, quia Propheta denuntiavit mortem, aut ut decretum à DEO secundum terminum naturalem, aut ut non decretum, si prius naturaliter erat moriturus Hiskias, & consequenter additio quindecim annorum erat prorogatio vitæ; Si verò non decretum fuit mors, falsum moriturum esse Regem, falsi erat denuntiatio ipsius Prophetæ ad Regem missi: partim, quia quando DEUS curat per Prophetam quendam denuntiari mortem, curat, ut voluntas ipsius significetur, adeoque indicetur, DEUM velle, ipsum hoc tempore mori, sed ex gratia beneficio suppet addere quindecim annos, quem admodum

modum decreverat Ninivitas evertere *decreto conditionato*, eo ipso, quo per Jonam denuntiari curavit: partim, quia falsissimum est, DEUM adhibuisse comminationem illam Prophetæ tantum in illum finem, ut esset medium ad poenitentiam, ut ostenderet, quod peccatis suis Hiskias meritis sit mortem tum *temporalem*, tum *æternam*, ut ita se converteret, hæc enim ratione singulis diebus à Propheta potuit ipsi denuntiari mors. Dicit: *Dispone Domine, ut moriaris*, etiam extra morbi casum, lethalitatis præsentiam, dum enim singulis diebus pescamus, vivi & validi, singulis diebus mereamur mortem tum temporalem, tum æternam.

c) Respondemus, Mortem per comminationem denuntiatam pugnasse cum evenu decreto, sed non ipsam comminationem mortis, male dici, tum quia cum morte hujus comminatio quoque mortem *infallibiliter* dicit & infert, ut constat ex comminatione mortis directâ ad primos parentes, *Genes. 2. 17.* tum quia comminatio mortis aut vera fuit, aut falsa: Si *vera*, utique pugnavit cum prorogatione vitæ, quemadmodum si Rex alicui verè comminetur mortem, pugnat cum prorogatione vitæ: Si *non fuit vera*, falsum dixit Propheta Domini, tum quia si totum negotium spectemus, stante hæc Exceptione, ex DEO histrionem faciunt *Calviniani*, qui scilicet comminatur, qui mittit Prophetas, qui denuntiat mortem, nec tamen exequitur, simulationis arguitur, quemadmodum Magistratus, qui ante decrevit liberationem alicujus malefici à morte, & tamen indicit mortem, & sententiam pronuntiat, histrioniam agit; quemadmodum parentes, qui poenam liberis comminantur, nec exequuntur, sed ut medium tantum adhibent eliciendi lachrymas, non serid sed simulatè agunt: atque ita nobis ex Græcis Patribus accedit *Justinus* circa hoc exemplum; ex Latinis *Augustinus Tom. 7. lib. 6. de Genesi ad literam, cap. 17.* Imò ex ipsis *Calvinianis Petrus Martyr in LL. comm. clas. 1. cap. XI. par. 23.* scribens, *Quod ad Ecclesiam attinet ex causis naturalibus, quæ vulgè secunda dicuntur, mors Ezechie omnino impendebat, idcirco juxta eam præannuntiata sententia mendacij accusari nequit.*

XIV. Exceptiones ad dictum, *Impij non dimidiant dies suos. Ps. 55, 24.* non *proprie & absolute*, sed *comparatè & relatè esse accipiendum, vel ad naturam, vel ad opinionem*: b) *Nec spij quidem immensurâ morte*

Ps. 2

fabri-

*abripiantur. & nonnulli impij ad proreclam aetatem perveniant ex fidei DEI decreto continuè sequi comminationem istam veritatis. c) Impios quoque non tempore etiam in decrepità senectute immaturos, quemadmodum pii maturè semper & opportunè moriantur.*

Vidimus exemplam prolongationis ex intuitu pietatis in Ezechia, nunc occurrat exemplam abbreviationis ex intuitu impietatis: Verùm malè excipitur, *proprie & absolute non esse accipiendum*, partim, quia si dicta Scripturæ ita vellemus exponere, inclinaret ferè universa Scripturæ; Ita si Christus dicitur *Filius DEI unigenitus, Job, III.* si non vellemus *proprie* accipere, in *Phosiniorum* errorem delaberemur: partim, quia si etiam accipiamus *comparatè & relatè*, tamen impij dies suos non dimidiant, dies scil. suos *naturales*, quos DEUS absumpit, & in medio illorum refecat, non tantùm opinionem & spem illorum frustrando, sed ipsos dies abbreviando; non enim dicit, dimidiaturos se esse dies non credent, spe suâ & intentione fallentur, sed *absolute* pronuntiat, non dimidiabunt dies suos: partim, quia si impij dies suos non dimidiant *comparatè & relatè* ad naturam suam & corporis habitum, etiam non dimidiant dies suos quoad *decretum divinum*, sed *non absolute*, verùm *provisioni impietatis superfructum*. b) Si pii etiam immaturâ morte abripiantur, & impij ad proreclam aetatem perveniant, casus est *extraordinarius*, ut Theologi nostram pridem observarunt, scil. *DEVM quandoque citâ morte evocatis suis ad beatitudinem, Sap. IV.* impios autem florere, sincerè & feliciter agere juxta *Psal. LXXIII.* adeo que in hoc non est punctum controversæ. 3) Si negotia spectentur, quod scil. pii res componant, impij verò dies non dimidiant, sed in medio negotio abripiantur, præter spem & opinionem, nihil dicitur, tum quia de negotiis non est sermo, dicitur enim *QD* dies, non abbreviantur res, non negotia: tum quia aliæ Scripturæ locutiones hoc ipsum docent, dum dicuntur, non complere dies, numerum suum, in medio dierum cadere, &c. quæ omnia determinatum tempus non negotia designant, tum quia si semper imparati obeunt impij, nullus impius res & negotia sua curare poterit in diebus vitæ suæ, unde accedit nobis *Vasius lib. II. de Origine & Progressu Idol.* scribens: *Licet non homo sibi quinquies, sed DEUS illi præfiniat dies suos, non tamen à decreto hoc excluduntur*

*causae naturales, & actus humani, quibus ad terminum illum saepe culpa humana eaque evitabili deficiunt, adeoque non Deus, V. 16. iuberentur honorare Parentes, quò prolongarentur nobis dies, nec Psalm. LV. dicerentur viti sanguinum & dolosi non dimidiaturos esse dies suos.*

XV. Ad argumentum huius Thesis respondetur: 1. Verbo esse concepta cur non morieris in tempore? supponitur itaque, ut ita loquar impium habuisse tempus suum, proprium, annos naturaliter definitos, sed non mori tempore suo, non pati terminum illum constitutum, sed abbreviari illum, ut moriatur tempore non suo, sed breviori, qui vitam sibi metipsum abruptit, stultitia & sceleribus suis, ut vel moriatur morte civili, ex reumque supplicio afficiatur, vel morte quasi violenta per Venerem, Luxuriam & crapulam accelerata. 2. Non dicitur improbum mori tempore non suo, respectu spei & voti ipsius, non enim dicitur in textu quòd moriatur impius tempore non suo, respectu voti & spei, sed simpliciter dicitur, impius non moritur tempore suo, sc. quòd naturaliter ipsi praefixum erat, neq; mors impii hic refertur ad spem & desiderium impii, quòd scilicet moriatur, antequam speret mori, sed simpliciter pronuntiatur, & causa assignatur istius abbreviationis vel prolongationis. 3. Ipse Sacerdos Voërius dicit, *Dicit tempus non suum, quia respectu naturae inferioris seu causarum naturalium ulterius potuisset vivere, quam ex decreto DEI casus aliquis abruptit.* Agnoscit itaque Voërius, quòd respectu causarum secundarum ulterius potuisset producere vitam, adeoque hoc in puncto nobiscum sentit, sed malè addit non respectu decreti, quia per decretum intelligit decretum absolutum, decretum autem absolutum omnem praevisionem causarum antecedit, easque quasi jugulat, & factum futurum introducit.

XVI. Resolvit Argumentum nostrum de prolongatione & abbreviatione vitae, atque dicit, *intelligi longevitatem absolutam, nec abbreviari vel prolongari dies absolute, sed tantum comparatè ad alios: at non indefinè longe vitas piis promittitur absoluta, & mors praecox impiis, sed ita Scriptura loquitur de prolongatione piorum, & abbreviatione dierum in impiis, ut aliquid tribuat supra numerum dierum ordinarium piis in contradistinctione ad impios, his verò demat aliquid de dierum numero contradistinctè ad pios, sub ratione bene-*  
scii

fieri & pœne. 2.) Abbreviari & prolongari dicuntur dies secundum auctorem comparatè ad alios, atqui dies prolongantur non comparatè ad alios, quia de istis diebus est sermo, qui sunt proprii non aliorum, & consequenter non comparatè dicuntur, sed absolutè. 3.) Prolongari comparatè ad naturæ Leges & cursum ordinarium id ipsum est, quod nos dicimus, nempe ultra cursum ordinarium, ultra naturæ leges, DEUM prorogare vitam piis, neque ad opinionem, ut vulè Turretium, abbreviantur vel prolongantur, sed in rei veritate, quod ex dictis citatis & ex antecedentibus constat, subscribit nobis *Arbanas*, qui ita: *Si, ut quibusdam placet, præfixi & præfixi sunt dies hominis, scilicet absolutè, nemo vitam & prorogationem à DEO petat, nemo DEUM pro vita liberorum oraret.*

XVII. Dicit, *Non suspendi vitam hominis à conditione incerta hominis, sed qui decreverit, &c.* At a) terminum vitæ suspendi ab incerta conditione hominis, nemo nostrum dixit, neque *Gabrieli Penotto* accedimus, qui à conditionibus incertis & fluctuantibus decreta divina suspendit. 2.) Dicit, *DEUM qui decreverit longævitatem, decrevisse etiam pietatem tanquam medium ad illam*, adeoque non tantum decretum de suo facit absolutum, sed etiam decretum de mediis, finem facit fatalem, & media confatalia, quæ fuit ipsissima *Stoicorum* sententia, quæ sententia dicitur *fatum stoicum*. Nam illi dicebant, *Quicquid facis, id ipsum facis, ita ut preces & Leges, & premia, & pena sint in causis & effectibus fatalibus, ita ut cum Zeno caderet servum in furto deprehensum, & hic clamaret, se furo furatum fuisse, respondit ille, & furo vapulabis.* 3.) Promissiones & comminationes utique declarant, quid DEUS de singulis apud se decreverit, per subsumptionem sub universali, atque ipse *Camero* scribit in *Opusculis miscellaneis*, *Prius hominem DEUS considerat ut Credentem, quam consideret ut servandum*, ita quæ in decreto prior est fides quam falna; Si verò hoc, decretum absolutum evertitur.

XVIII. Dicit, *Licet possibile fuisset, hunc vel illum diutius vivere in sensu diviso, non tamen in composito*, at 1) hinc dicit, quod nos dicimus, 2.) *Sensum compositum* non dextrè explicat, refert enim illum ad hypothèsin decreti, cum & nos concedamus, ex hypothèsi decreti non posse hominem vivere ultra terminum præfixam, sed ex hypo-

thèsi



*thefi decreti in praefcientia causarum naturalium & moralium fundat, illa autem sensum suum compositum superstruit decreto absoluto, 3.)* Lazarus moriturus non fuisset, si Christus dum aegrotabat, eum visitasset: Falsissimum autem est, ita divinitus constitutum fuisse, ut Christus abesset, & quidem absolute, anne enim Christus non liberè accessit? annon in ipsius voluntate fuit, vel citius sese promovere Bethaniam, vel tardius venire?

XIX. Dicit, *Certitudinem finis & eventus non tollere necessitatem & usum medicorum*: At verò 1.) hic iterum configulat decretum de fine & mediis, idque ita, ut utrumque necessarium supponat & absolutum stoicamque sententiam propugnat; 2.) Dicit *Act. XXVII. 24. DEUM omnium vitam, quotquot in navi erant, dedisse Paulo, & tamen cum nauta sese vellet subducere, Paulum dixisse centurioni, nisi manus servari non potestis*, Verum hic supponit falsum, nempe verba Pauli *ψ. 24.* fuisse absolute, ex decreto absoluto profecta, licet enim loquatur absolute, hypotheticè tamen intelligenda esse verba, patet, tum ex *ψ. 31.* ubi conditionis fit mentio, tum ex *ψ. 17.* tum ex *ψ. 38. 3.)* Medicorum opera utique erit vana, si scilicet terminus prolongari nequit, quod enim decreto absoluto constitutum est, id excludit omnium medicorum salubritatem, conditionatam.

XX. Dicit, *Licet terminus vitae fixus sit, bene tamen preces prolongari vitæ posse adhiberi*. At si fixus est immobiliter, fataliter, frustra concipiuntur pro prorogatione ejus; 2.) Quamvis terminus ille non sit cognitus, non tamen sequitur, preces non esse frustraneas, quamvis enim non frustraneæ esse videantur respectu ignorantia, & respectu hominis precantis, qui debito suo defungitur, precantur tamen respectu DEI, qui non exaudit, nec prorogat terminum ad preces aegrotantis. 3.) Semper debent preces concipi, ex hypothesis voluntatis DEI, sed si supponitur absolute constitutum esse terminum ex voluntate DEI, nullæ preces debent concipi pro restitutione voluntatis, quia constitutio absoluta repugnat precibus pro restitutione; atque dum Calviniani preces considerant, ut debitum hominibus, & ipsum ad hoc debitum volunt astringi, adeoque non vanum esse, si partes officii impleantur, cum tamen DEUS non jufferit indefinid, sed pro vitæ prorogatione, cum causa movens prorogatae vitæ in Eze-

chiâ fuerint preces & lachrymæ, utut non ex *defectu debiti*, tamen ex *defectu facultatis impetratorie* preces istæ erunt frustraneæ apud DEUM.

XXI. Agit de *ἀντοχερῆα*, & dicit, *non excusari tales homines, si terminum sit fixum*, At a) statum controversiæ pervertit; non enim quaeritur, an *ἀντοχῆα* peccet semetipsam occidendo, quod utrinque est in confesso, sed an terminus illi ita sit à DEO præfixus immobiliter, ubi in DEUM redundat culpa, qui tale tempus, locum & modum mortis ipsi fataliter prædefiniuit. 2.) Proditio Judæ tendebat ad illius suspendium, jam fuit suspendium definitum à DEO immobiliter, *decreto absoluto*, E. quoque proditio Judæ *decreto absoluto* fuit definita. Medium enim fatale statuunt, & ex *decreto absoluto* deducunt *decretum absolutum de fine*. 3.) Hæc sententia planè adimit homini libertatem, si enim omnia divinitus sunt fixa, tum ratione finis, tum ratione mediorum, nulla libertas suicidæ relinquitur, ita ut non possit non sese occidere.

XXII. Commendat usum hujus doctrinæ, *quod scilicet fortes vedentur*: At 1.) etiam ex persuasione falsissimâ potest accrescere consolatio, si quis dicat, omnes homines carere peccato, doctrina est falsissima, & tamen addit animum homini. 2.) Ponamus corroborati ægram doctrinâ de fatalitate termini, corroboratio vel est vana, vel vera, corroborantur enim quoque *Turci* hoc prætextu, ut ipse adducit, sed vanè & frustrâ. 3.) Quomodo potest deduci consolatio ex sententia *Calvinianâ*? nam hanc doctrinam aut ingeminat pio, & ex illâ concludit: preces & suspiria sua esse frustraneæ, ideoque in morbo omittenda, aut impio, & ita concludet: conversionem ad DEUM nil facere ad prorogationem vitæ, omnis fato esse definita, non tantùm finem, sed & media.

XXXII. XXXIV. XXXV. XXXVI. Ad Argumentum illud jam responsum est.

Ultimum venit, nempe *non loqui de speciali, sed de generali termino*, quæ etiam nostrorum est Interpretatio.

QUÆ-

## QUÆSTIO VI. De Prædestinatione.

*Querit, an Prædestinatio publicè doceri & prædicari debeat? In occasione hac quæstioni jam olim dedisse tempore Augustini nonnullos ex Galia Fratrum, causam verè fuisse, non quod eam omninò falsam judicarent, sed quod existimarent, ejus periculosam prædicationem esse & invidiosam, quæ præmenda potius silentio, quàm in medium proponenda.*

In Th. II. non diffimulat suorum sententiam nonnullorum scilicet hodiernorum, qui peræsi contentionum putant tutissimum esse ad pacem Ecclesiæ, &c. hac quæstiones non attingere, & respondet hanc rationem honestiorem quàm veritatem esse: Th. III. dicit, doctrinam istam nec præsestera modestia obtritus penitus supprimendam, &c. ut duo infames scopuli declinantur, hinc affectata ignorantia inde Curiositatis temeraria, &c. Sed I.) dum Fratrum Galia meminit, eo ipso ostendit, quod hæretici fuerint, qui doctrinam hanc supprimendam judicaverunt, tum quia illi Fratres Galia fuerunt Semi-Pelagiani, qui multum nos, ut Prosper in Epistolâ ad Augustinum loquitur, & vitæ meritis antecelabant, & quidam eorum adepti nuper summi Sacerdotii honore supereminere; fuerunt enim Massilienses, cum Massilia degerent, ubi tum temporis Pelagianismum profitebantur: Tum quia non tantum suppressi volebant hanc doctrinam, nec tantum invidiam tribuebant huic dogmati, sed & erroris accusabant, vehementer contra disputabant, atque ut Pelagiani omnia naturæ tribuebant, ita illi partim naturæ, partim gratiæ; tum quia non ita molliter tractabatur illos Fratres Gallos Prosper, qui perveraciam illorum eò descendisse dicit, ut fidem nostram edificationi audientium contrariam esse desiniant, sed si etiam vera sit non præmenda, quia & pernitiosè non præmenda tradantur, & nullo periculo, qua intelligi nequeant, consecantur; jam judicet quisvis, si fatentur Authores etiam nonnulli Calviniani, ut Authores loquitur, quanquam non nonnullos demonstrare parati sumus, sic judicent, nempe supprimendam esse hanc doctrinam de prædestinatione, cujus hæreticos semetipsos, eo ipso arguunt, hæretici enim sunt, qui horum vestigiis insistant.

Gg 2

I) Dicit,

b) Dicit, nonnullos hodie esse in hac sententiâ ex Calvinianis; At  
 3.) non nonnulli, sed plurimi fuerunt, & sunt in hac sententia Calvi-  
 nianâ. Nam Primò in *Colloquio Mompelgardensi*, cui præfedit Princeps  
 noster FRIDERICUS, *Beza* apertè dixit, *Non consultum est coram o-*  
*mnibus, de hoc articulo conferre, ne forte plures offendantur, quàm eru-*  
*diantur, quos capere non possunt, & postea, in publico actu hac dispu-*  
*satio haberi non potest sine gravi eorum offendiculo, qui tanti mysterii ca-*  
*paces non sunt, seu nostra seu contraria sententia assentiantur: Cumque*  
*Princeps noster formè per sesquihoram de Prædestinatione continud*  
*disserentiam audivisset, iussit, ut finem orationi imponeret, dixit-*  
*que: Quamvis semper à Calvinianorum dogmatibus hæcæm abhorruerit,*  
*numquam tamen credidisse, tantam impietatem sub dogmate Calviniano*  
*latere, ideoque per omnem vitam studiosè à peccato daturum, ne in hoc La-*  
*byrintho incidat. Itèd Samuel Majorum, Senator & Legatus Bremensis*  
*Calvinianus ibi apertè confessus est nostræ parti, Se in isto Colloquio à*  
*Beza aliqua audivisse, quæ auribus suis sint audire nova: quid quod tam-*  
*dem in isto Colloquio, qui theses suas manu subsignarunt Wirtem-*  
*bergensium domum reversi, & huius nomine compellati, strenuè ne-*  
*garunt, & pejerarunt donec manu suâ propriâ fuere convicti, & ad-*  
*huc convinci possint: patet id Secundò ex diffidio Arminianorum,*  
*qui postea conquerantur, quod Calviniani nolent sententiam suam*  
*exponere, in primis de reprobatione; nam quod Turretinus quæstio-*  
*nem ita format, an prædestinatio publicè doceri & prædicari debeat,*  
*id ipsam ita est accipiendum, ut prædestinatio tanquam genus quod-*  
*dam complectatur & Electionem & reprobationem, contra nostrorum*  
*sententiam, de qua in seqq. Remonstrantes autem in Collatione Hagien-*  
*si libellos supplices ediderunt ad illustrissimos Ordines Belgij, ut urge-*  
*rent Theologos suos Calvinianos, quo sententiam suam promerent de*  
*reprobatione atque Calviniani libellis supplicibus aliquoties deprecati*  
*suat, atque scripsere, nil quisquam de reprobatione ab Ecclesiis sta-*  
*tutum esse; atque idcirco non posse Contrâ Remonstrantes quicquam*  
*de ea decernere sine præiudicio Ecclesiarum: negarunt itaq; non tan-*  
*tum posse conferri, prædicari & disputari de Reprobatione, sed etiam*  
*atque nihil ab Ecclesiis de illâ esse statutum, Calvinianos de eâ nil posse decer-*  
*nere sine præiudicio Ecclesiarum, videantur Scripta publica, libel-*  
 li sup-

Et supplices, tum Calvinianorum, tum Arminianorum in hac materia: quæ continentur in *Collatione Hagienſi*, habitâ anno hujus Seculi XI. inter quosdam Ecclesiarum Pastores de *divinâ predestinatione & capitibus ei annexis*. Tertiò patet id ex *Synodo Dordracena* quam Calviniani æquant Concilio Tridentino, ubi flos ipsorum ex omnibus Europæ partibus confluit, quique *Ecclesiam Calvinianam* repræsentat, ita autem Sessione XXXII. Dordraceni Remonstrantes sive Arminianos monuerunt, ut potius illis quæstionibus inbarent, quæ circa suavitatem de Electione doctrinam versarentur, quàm ut odiosè doctrinam de reprobatione exagitarent, eumq; Arminianè responderent Sessione XXXIV. non tantùm de Electione, unâ predestinationis parte, sed & de alterâ reprobatione scilicet. agi debere, iterum agnoscamus cum Rev. D. Præfide doctrinam de Electione esse suavitatem, & consolationem plenam, reprobationem verò ingratam, sed arbitramur eas, quæ ex absolutâ & inconditionatâ Electione eliciunt consolationes periculi plenas esse & peccandi commentum hominibus ferere, & oppositam doctrinam reprobationis absolutæ sine merito, odiosam esse, quia desperationis plena, & iustitiæ divinæ contraria, neque id tantùm agendum esse Ecclesiæ Pastoribus, ut peccatores solentur, verum hoc quoque tantùm studium esse debere, ut felicitates & improbes monent fugere à venturâ illa reprobationis pœnâ; tamen penetrare non potuerunt in Synodo illâ, ut æque sibi de reprobatione ac Electione agere liceret, nisi conditionibus iniquissimis, quas repagulum, Remonstrantes in Epistolâ ad omnes in Synodo congregatos vocant. itaque non hæc oratio est honestior, & si tantis abundat fructibus consolationis & sanctificationis, non tantùm non erit honesta opposita, sed etiã falsa.

c) Quod dicit, esse docendam hanc doctrinam cum declinatione duorum infamium scopulorum, hinc affectata ignorantiâ, inde Curiositatis temeraria, ita ut impingant in primum, qui in defectu peccant, rectè quidem pronuntiat, quòd doctrinâ de predestinatione non tantùm in Cathedris Ecclesiasticis, sed etiã ambonibus Academicis sit proponenda, utpote conformiter Scripturæ, Rom. XV. omnia quacunq; scripta sunt, &c. conformiter aliis Theologis Calvinianis, Melinæ c. XI. Anatomia Arminii, Cochlini, Henrico Altungio, &c. difformiter tamen Dordracenis, & Theologis olim in Belgio.

fat in *Synodo Dordracensi* congregatos affectatæ ignorantie, peccantium in defectu : 3.) Causam hujus reticentiæ tangit quidem *Th. XI.* sed verarum meminit *nosſer Sigwartus*, nempe nolle Calvinianos hanc doctrinam publicare per Libellum supplicem ad Illustrissimum nostrum Principem Fridericum adornatam declinasse collationem de prædestinatione ex metu defectionis execrandorum suorum dogmatum : quid enim aliud ipsorum verba volunt, deprecationi ipsorum inserta, quod sine gravi ipsorum offendiculo in cœtu publico de ea differere nequeant.

## QUÆSTIO VII.

Ita ab Authore formatur, *quo sensu vox prædestinationis, &c. atq; responderet Th. II. vocem prædestinationis non levi brachio esse præterendam; atque fatetur, vocem προορισμῶν non extare in Scripturâ, interim tamen verbum, unde deducitur.* Sed hic observandum a) quàm subdolè formatum statum controversiæ, & respondeat : nam querit, quo sensu vox prædestinationis in hoc mysterio usurpetur, & tamen προορισμῶν substituit, primo enim loco agit de προορισμῶν, ut itaque confundat προορισμῶν & Prædestinationem, ideòq; dicit primam hic occurrere prædestinationis vocem ex falsâ Calvinianâ hyperbolicâ, quod προορισμῶν notet præordinationem, prædestinationem atque sic explicandus sit locus *Rom. VIII. 1, Pet. I. &c.* quod etiam ex eo patet, quia *Th. VIII.* ita explicat προορισμῶν. 2.) Vocem προορισμῶν fatetur in Scripturâ non extare, verbum tamen unde deducatur, non semel legi, *A. Bor. IV. Ephes. I. Roman. VIII.* At falsissimum est verbum unde deducitur προορισμῶν, prout προορισμῶν notat prædestinationem ullibi legi in Scripturis, nam *A. IV.* non legitur de Prædestinatione Pontij Pilati, sed de Prædefinitione passionis & mortis Christi ad salutem : *Rom. 8.* vox προορισμῶν refertur ad media eaq; ex intentione divinâ salutaria : *Eph. I.* dicitur, *DEVM prædestinasse Electos ad adoptionem Filiorum DEI*, quomodo autem possunt reprobi dici prædestinati ad adoptionem Filiorum DEI, cum à numero adoptatorum Filiorum excluduntur, hinc singula hæc loca non probant prædestinationem habere se ut genus, Electionem & reprobationem autem ut species, quia omnia respiciunt

eiunt non damnationem, non malum quoddam creaturæ rationalis, sed bonum & destinationem ad bonum. 3.) *Prædestinatio* secundum ductum Scripturæ nunquam notat destinationem ad malum peccatæ, utut Dan. Chamier s. III. l. 7. c. 5. octo argumentis, quæ tamen facile sunt solubilia, probare hoc satagat.

III. In hac Th. evolvit significationem vocis *prædestinationis*, & dicit aliquando sumi *latius*, aliquando *specialius*, aliquando *specialissimè*; pro decreto *Electiōis*, qua dicitur *prædestinatio Sanctorum*, & quidem allegat *locum Rom. VIII. & Eph. I.* At aberrat a) à statu controversiæ; non enim quaeritur, an vox *prædestinationis* pro omni decreto DEI circa creaturas apud Patres sumatur, sed an ira legatur in Scripturâ, prout nostri disputant. 2.) Non notat consilium DEI de hominibus lapsis vel salvandis *ex gratis*, vel dammandis *ex iustitiâ*, prout hoc ipsum non potest probare Author ex Scripturâ, nec ex Patribus *trium primorum seculorum*, nec ex concilio quodam, prout patebit ex Th. VI. 3.) *Specialissimè*, dum dicit, accipi pro *decreto Electiōis*, rectè & conformiter nostræ sententiæ loquitur, verum non *specialissimè*, tum quia in Scripturâ nullibi aliter usurpatur, adeoque *generalis* illa & *latter significatio* pro figmento est usurpanda: tum quia ipse Author agnoscit *prædestinationem distinguî à præcognitione Rom. VIII.* quo ipso refellit suos, qui præcognitionem & prædestinationem confundunt in isto loco, nec obscure fateri cogitur prædestinationem præsupponere præcognitionem, unde robur nostræ sententiæ accedit: tum quia *Eph. I. 5.* quem locum quoque allegat *ωρεοζειν* *eis υιοθεσιαν*, adeoque in filiationem describit, quoposito falsum est, quod dixit Th. II. prædestinare sive *ωρεοζειν* vi verbi esse de rebus antequam eveniant aliquid definire, easque ad certum finem dirigere, non enim *ωρεοζειν* ita *generaliter* Eph. I. accipitur, sed *εις υιοθεσιαν* refertur, adeoque secundum ipsum Autorem nostram *specialissimè* accipitur.

IV. In hac Th. Author quaestionem explicat, *an nimirum referenda sit prædestinatio tantum ad Electiōem, an verò reprobationem quoque complectatur, atque responderet, controversiam olim acriter discipulorum esse in causa Godeschalci, idem nunc inter nos & Pontificios quærî, tandem*

*randem concludit, rectè extendi ad reprobationem.* Ast a) controversiam illam fuisse motam tempore *Godeschalci*, falsum est, nam ante tempora *Godeschalci* jam fuit mota hæc Controversia, cum *Lucidus Presbyter* hanc sententiam foveret, cum Prædestinati, seu Prædestinatiani emergerent, cum tempore *Augustini* antedecesso, *Monachi Andrumetini* in hoc extremum prolapsi fuissent, quod scilicet omnia necessarid evenirent, id quæ ex decreto divino præsiderante, & rectè *Job. Erigena Scoto* quoad hoc punctum sese opposuit *Godeschalco*, qui virgis cæsus in monasterium revocatus Seculo IX. errorem revocare coactus est. b) Idem dicit, *quæi hodie inter Pontificios & Calvinianos*, sed malè affirmat, quod scilicet *reprobos non prædestinatos, sed præcisos vocare soleant*, quamvis enim Pontificij, & quidam superiori Seculo ita locuti sint, nostro tamen tempore *Cornelius Jansenius*, prædestinationis vocem etiam extendit ad ipsam reprobationem cum *Liberto Fromondo, Philippo à SS. Trinitate, Molina & Lesio*, cæterisque suis Sociis contradixit.

c) Nonnullos ex Orthodoxis accedere videri dicit, qui tamen non accedere tantùm videntur, sed reverà accedunt, ex Calvinianis quidem *Ravensperg in voto Theol.* *Gerhardus Johannes Vossius in historia Religiãna*, *Allstedius in Lexico Theolog.* *Martyr in LL. communib.* *Zanchius Tom. II. Miscellaneor.* & *Joh. Crocius*, qui omnes & singuli rejiciunt hanc sententiam, quam *Turretinus* defendit, nempe *prædestinationem non tantùm Electionem, sed reprobationem completi*: Imò *Keckermannus* argumentis contra ipsam pugnat, *Systemate Theol. lib. 3.* scribens: *Vocabulum prædestinationis propriè sub se reprobationem non continet, sed Electionem ad voluntatem æternam ex natura sua significat, id quæ ideo, quia destinatio seu prædestinatio fit constitutio finis, & ordinatio mediõrum ad finem, cum E. damnatio æterna non sit finis hominũ, sed tantùm extremum, quod exatv Græci dicunt, ideoq; reprobationis genus propriè Prædestinationem constitui non posse, pugnare enim hac inter se, ordinare ad fidem, & ordinare ad damnationem, cum omnis finis à natura sua sit optimum quid, & perfectio rei, damnatio autem est extremum malum & summa imperfectio: quia insuper accuratè loquendo Prædestinatio & Electio ad vitam æternam equipollean, nec possit Electio & reprobatio contineri sub uno genere proximo, quæ sint pugnantia, pu-*

gna-



gnantium autem genera, remotaque quidem, sunt eadem, non autem propinqua; hinc Paulum cum de prædestinatione loquitur uti termino *προορισμῶν*, Rom. VIII, 19, Eph. 1, 5. quia denique, dum Scriptura de Electione loquatur, ut Act. XIII, 48. utatur vocabulo *ἐκλογῆς*, ordo autem & bonum convertantur, idcirco ordinationem propriè esse ad bonum, seu ad finem propriè dictum, qui mediis ordinem & mensuram præscribit.

V. Author primam rationem proponit pro confirmatione suæ sententiæ, & dicit, quia Scriptura verbum *προορισμῶν* refert ad alios sceleratos reprobos: At si eousque extendit Scriptura verbum *προορισμῶν* ut in sensu Calviniano designet prædestinationem ad peccata, DEUS directè causa peccati constituitur, quod tamen Georgius Francus, Professor Francof. ex Dan. Chamiero, dicit esse sceleratissimum. 2) Loca allegat Luc. XXIV. & Act. IV. ad quæ jam in antecentibus responsum est. 3) Dicit, non debere excipi, non agi hic de illorum reprobatione, sed de ordinatione crucifixionis ad bonum finem, quia illa non sunt subordinanda seu componenda, quasi verò quia DEUS elicit bonum, utriusque tum mali, tum boni omnis causa dicendus esset, sane Petrus van Mastrich in nuperimo Scripto scribit, quamvis vox *προορισμῶν* non usurpetur de reprobatione, nisi fortè Act. IX. ubi de peccato usurpatur, cum tamen dicere debuisset, Act. IV. ejus tamen equipollentia usurpantur, adeoque hòc ipso elidit argumentum Turretini ex verbo *προορισμῶν* desumptum.

VI. Secundam rationem adducit, dicendo, Scripturam uti phrasin equipollentibus, dum ait quosdam positos esse ad iram 1. Thess. V, 9. At falsissimum est, dici quosdam positos esse ad iram: tum quia non dicitur, DEUM posuisse quosdam ad iram, sed negativè effertur, DEUS nos non posuit ad iram, sc. ad exitium seu damnationem, quæ per iram *metonymicè* significatur: tum quia illud posuit non infert, a quod inferre vult Turretinus, ponere enim est phrasis Scripturæ, constituit & ordinare, ut 1. Cor. XII, 22. tum quia argumentatio, quam instituit Turretinus, planè non procedit, dicit enim Apostolus, DEUS nos non constituit ad iram, ex quo non sequitur, DEUS Thesalonicenses ad iram non constituit, E. alios quosdam ad iram constituit, quem

Hh

admo

admodum non sequitur, quia *1. Theff. IV, 7.* dicitur, *DEVS nos non vocavit ad immunditiam*, E. alios extra Theffalonicenses vocavit ad immunditiam, *1. Pet. I, 19.* dicitur, *non estis redempti corruptibilibus auro & argento*, E. alii extra illos advenas redempti sunt corruptibilibus auro & argento: Sanè non procedit argumentatio à contrario sensu, nisi cum prædicatum fuerit vel definitio, vel proprium: nec concludit locus *1. Pet. II, 8.* a) dicuntur enim positi sed hoc nullam infert *Prædestinationis decretum*, quasi scilicet prædestinati sint *decreto absoluto* in pœnam: partim, quia illud *ἐθέτησαν* non notat, *conditi sunt*, ut *Piscator & Bezà* reddiderunt, imò cum omnis homo conditus sit in Adamo ad imaginem divinam, posito, quòd conditura hîc intelligatur, conditura ad bonum intelligi debet: partim, quia si illud *ἐθέτησαν* positivè est accipiendum per decretum DEI absolutum, verbum promissionis excidit, quòd, scilicet. *Judæi constituti sint regale Sacerdotium*, *Exod. XIX.* partim, quia si ponamus per *ἐθέτησαν* intelligi aliquam *destinationem ad malum*, & referendum esse ad proximè præcedens membrum, non tamen sequitur, à DEO illos positos esse ad incredulitatem, quia Paulus loquitur *absolute ἐθέτησαν*, non autem à DEO positi sunt. Locus *Judæ, 4.* non conducit, quasi prescriptos ad iudicium intelligantur *absolute* reprobati, quia prescripti dicuntur ad iudicium non ex *decreto*, sed ex *prædelimitatione Scripturæ*, quia scilicet prescripti ad hoc iudicium dicuntur illi, de quibus jam scripsit & prædixit Paulus *2. Timoth. III, 1. 2. 3.* Petrus *2. Epist. II.* quia insuper sunt illi, qui in Veteri Testamento præfigurati, adeoque olim descripti, *Esa. LIX. 4. 5.* *Daniel XII.* *Zachar. V. 3.* tùm quia *προεγραμμένοι* aut notant præscriptos & prædelineatos in Scriptura, aut depictos & ob oculos positos, ita enim vox *προεγράφειν* usurpatur priori significatione, *Rom. XV. 4.* posteriori *Gal. III. 1.* Locus *Rom. IX.* falsè adducit, tùm *v. 21.* tùm *v. 22.* non enim dicitur, coagmentatos esse ad interitum iudicii à DEO, quòd dicendum, si de *decreto reprobationis* esset sermo, non dicitur factos ad dedecus, sed de figulo hec ipsum dicitur, *ἐκ πλάστου*, quòd habeat potestatem ex eodem luto facere vas ad dedecus, & vas ad honorem; in apodosis verò de DEO negat, quòd vasa faciat ad dedecus, sed quòd toleret, *tele-*

TAMNA

*tamen autem ea, quæ non facimus, quæ non volumus, quæ nobis displicent: Proverb. XVI, per diem mali potest intelligi dies iudicii & pœnæ, qui impio est malus, & absurda est collectio, si reprobatio istis phrasibus notatur, cur non exprimit prædestinationis voce? Jam enim ex Keckermanno audivimus, posito, quòd reprobatio istis phrasibus describatur, cur non possit prædestinationis voce exprimi.*

Tertija ratio nulla est, quòd scilicet *definitio prædestinationis non minus conveniat reprobationi quam Electioni*: tum quia falsum est, *prædestinationem dicere ordinationem DEI ad finem per media antequam sint*: Sanè non Scriptura prædestinationem ita definit, sed talia nobis suggerit, quæ dicunt ordinationem per media cum respectu ad bonum ad salutem, tum quia prædestinatio est *ordinatio non rei accurate loquendo, sed persone per certa media ad finem, qui bonum quoddam dicit*; tum quia si poneremus dicere *ordinationem rei per media antequam sint, & dissimularemus finem, prout dissimulat Turretinus*. Prædestinatio tamen esset *ordinatio rei per media per se talia, non per accidens, per media, non peccata, ut in reprobatione, sed per media ex parte DEI Verbum & Sacramenta, ex parte nostri fidem.*

Quartam proponit: *Quia Patres non semel ita locuti sint, & allegat concilium Valentinum, August. Enchiridion, Isidorum, qui geminam Prædestinationem statuunt Electorum ad requiem, seu reprobatorum ad mortem: A) malè allegat, nam Concilium Valentinum sese opposuit Job. Scoto Erigenæ, qui contra Prædestinarios disputavit: Concilium autem Valentinum constanter confessum fuit, malos non perire, quia boni non esse potuerunt, sed quia noluerunt in damnatione perireavorum meritum præcedere justum DEI iudicium. B) Ut ut concederemus concilium Valentinum duas Prædestinationes agnovisse, tamen habemus ex historia, quòd Godescalcus, qui istas duas species propugnavit, damnatus sit Seculo IX, in concilio Valentino, sitaque damnatus fuit Godescalcus, qui Calvinianum prælusit, quomodo in sensu Godescalci & Calvinianorum potuit Synodus Valentina duas speciesmittere: Prætereà non tantùm in Synodo Valentina, sed & Moguncinensi hæc hæresis damnata fuit. Ante annos propè quadringentos in Concilio Arlusiano II. Canon XXV. fuit ita positus, Aliquos ad malum divinè pe-*

*lib 2* *sestata*

*refutare prædestinatos esse, non solum non credimus, sed & si qui sunt, qui tantum motum credere valent, cum omni detestatione illi anathema dicimus.* II. 2.) *Augustinum* quod concernit ille nos non urget: tum quia ante *Augustini* tempora neque quicquam in otum fuit de duabus speciebus Prædestinationis, tum quia *Augustinus*, quod probè notandum, *δὲς Ἀγῆ πνεῶν* à *Calviniano* in hoc puncto differt, nam ut supra allegavimus *Chamierum*, ex eo & cæteris patet, statuere illos, DEUM non tantum destinare ad exitium æternum & pœnam, sed & ad causas seu peccatum, quod neque dixit aut sensit *Augustinus*, tum quia ipse *Tannerus* in *Enchiridio Augustini*, quod allegat *Turretianus*, scribit cap. 98. *Vt ad Augustinum redeam, ita sentit & loquitur, primum Prædestinationem tantum ad Sanctos & Electos pertinere, & ita generalem ejus vim tantum ad unam speciem restringit, nefas est dicere, ait, DEUM aliquid nisi bonum prædestinare, lib. de Prædestinatione DEI, cap. 2. & Prædestinationem dicit gratiæ preparationem, lib. 1. de Prædestinatione Sanctorum, cap. X* III. 3.) Quod *Partes* crepat, a) non habet consentientes, nisi forè *Augustinum* in quibusdam, *Fulgentium* & *Prosperum*, quibus nubes Patrum opponi potest. 2.) Allegat *Isidorum*, qui in hac materia nullius est auctoritatis. 3.) Post *Augustini* tempora planè rejecta est illa sententia, quæ duas prædestinationis species admittit, atque damnati sunt publicè *Prædestinati*, seu *Prædestinatiani* cum *Monachis Andrumotensibus*; quanquam autem *Usserius*, *Episcopus Armacbanus in Hibernia*, *Forbesius à Chorsh. Scotus*, *Wilhelmus Twissus*, & nuper *Cornelius Jansenius*, imprimis autem *Maguinus Gallus* negent, extitisse unquam *Prædestinatianos*, refutantur tamen à *Baronio*, *Smarezio*, *Genebrardo*, *Petavio*, & imprimis à *Jacobo Sirmundo*, qui duos libellos de Prædestinatione edidit; nec negat extitisse ex *Calviniano* *Gerhardus Job. Vosius* in *historia Pelagiana* sub titulo *Fausti*, & *Arnerij junioris*, & ex Veteribus adduci possit ipse *Augustinus*, *Sigebertus* in *Chronico*, nec non *Gennadius Massiliensis*.

VIII. Expendit Author vocem *πελαγισμός*, & dicit, *Pelagianos veteres & recentiores perperam eâ abuti ad stabilendam prævisionem operum & fidei, accipi autem vel theoreticè, vel practicè, & posteriori modo in hoc puncto, quod probat tribus argumentis: Sed 1) cum etiam Lutheros comprehendat sub nomine Pelagianorum recentiorum, malè eos*

Pela-

*Pelagianos recentes* vocat, malè cum Veteribus comparat, quod vel ex ipso doceri potest; Nam abutebantur hâc voce *Pelagiani* ad stabiliendam prævisionem fidei & operum, nostri autem *Theologi* neque abusi sunt ad stabiliendam prævisionum operum neq; fidem ex nobis nasci, sed DEI donum agnoscunt, ex *Job. VI. 2.*) Si concedimus *πρόγνωσιν*, bifariam posse sumi *theoreticè* vel *practicè*, nihilominus nil nobis de- cedit, quia etiam *practica prognosis* seu *prædilectio* non est cœca, inclu- dit notitiam simplicem, imò affectus ille dilectionis ab actu intello- ctus seu præscientia denominatur. 3) Scripturam uti voce *πρό- γνώσεως* *practicè* acceptæ non probat, primò illa ratione, *quia etiam præcognoverit eos, quos reprobavit*, Ultrique enim præcognovit, etiam quos reprobavit, sed non *præcognitione practicâ*, adeoque eoispro sta- bilitur *præcognitio theoretica*, seu *notitia simplex*, loca autem allegata non sunt æstimanda ex voce *πρόγνώσεως*, quâ talia, sed ex *objec- to*, ad quod terminatur illa præcognitio. Nec illa, quia *nuda præscien- tia non fit causa rerum*, quod concedimus, sed *πρόλογόν* & hic fovet, nempe *præscientiam* seu *præcognitionem*, vel *prædilectionem*, ut ille vult dicere, causam, modum & ordinem rebus imponere. Non denique tertia, *quia scilicet nihil à DEO, prævideri potuerit, nisi quod ipse dederit*, fidem enim, quam dat & largitur dupliciter spectari posse dicimus, vel ratione *prævisionis*, vel ratione *actualis collationis*, in *prævisione* præ- cedit ut causa, in *actuali collatione* verò sequitur, sed non ut *effectus prædestinationis*, verùm per verbum *vacationis*. Dicta autem, quæ allegat, nil concludunt, non primum *Rom. VIII.* quia in illo agitur de præscientia, quæ præsternitur prædestinationi: non locus *cap. XI.* ubi *DEUS dicitur non rejecisse populum suum, quem πρόγνω, prænovit*, simplicem enim notitiam hîc notarè, patet ex oppositione, quia op- ponitur ignorantie, & quidem ignorantie in Elia, ad eaq; hoc vult, etsi homines ignorent, quoniam sit DEUS sui populi, & populus ipsi dilectus, DEUM tamen nôsse, quâ infinitâ suâ perspicaciâ omnia re- penetrat. Locus *1. Pet. 1, 2.* planè nostram sententiam confirmat, nam dicimur, Electi secundum *πρόγνωσιν*, aliud itaque est *πρόγνῶσις*, & aliud *Electio*, quæ juxta illam facta: dicimur, electi in sanctifi- catione Spiritûs, seu per prædicationem verbi, quæ fidem ingenerat,

Hh 3

Ergo

Ergo in Electione DEUS respexit ad fidem: dicimur, electi in obedientiam & asperisionem sanguinis Christi, sanguis Christi verò, qui nobis aspergitur non nisi fide excipitur. Quòd autem Christus dicatur προγνωσμένῳ, à DEO præcognitus ante facta Mundi fundamenta hoc non est interpretandum per ordinatus, quod Author vult, sed præcognitus simpliciter, idque ex ipso-textu patet, quia illa præcognitio opponitur manifestationi in temporibus ultimis per adventum Christi in carnem & præconium verbi de eo, adeoque præcognitio DEI dicit occultum quid respectu hominum, manifestatam autem præcognitioni illi opponitur, atque hoc vult Paulus, ut ut nobis occultus fuerit Christus usque ad adventum ejus in carnem, & Evangelii propagationem, DEO tamen ab æterno notum fuisse, occultum autem & manifestum inter se referuntur, & bene opponuntur, sed non manifestum & ordinatum, unde quid de subsequenti Thesi sit judicandum, ex dictis dijudicari potest.

X. In hac thesi expendit vocem ἐκλογῆς, & dicit circa finem, Electionem accipi vel objectivè, vel formaliter pro actu DEI eligentis, qui vocetur ἐκλογὴ χάριτος, Rom. IX. 15. Multum huic loco tribuunt Calviniani, imprimis Poyens, sed frustra illum contra nos urgent, partim, quia docere hæcenus neque potuerunt, agi in cap. Rom. IX. de electione ad gloriam, & reiectione ab illa: cum potius agatur de Electione ad gratiam, & reiectione ab illa: Partim, quia in loco allegato de Haaco & Ismaële, quorum neuter fuit absolute electus, neuter absolute reprobatus: Partim, quia in vs. seq. opera rejiciuntur, non fides ab electione excluditur; Quid itaque, quisque, notat ἐκλογὴ χάριτος? R. Propositum illud secundum, electionem non esse decretum Electionis, de quo controversitur, sed nil aliud, quam voluntatem DEI, quæ ipse unum alteri anteposuit in quibusdam temporalibus.

XII. Dicit, à Paulo sapè usurpari τὸ ἔθελον in negotio Electionis, Rom. VIII. 9. Eph. 1. 11: ad designandum, consilium hoc DEI non esse imaginem quandam velleitatem, sed constans & immutabile DEI propositum, vocem enim esse efficacia summa, quod notent veteres Grammatici, & signatè vocari à Paulo τὸ ἔθελον ἢ τὸ πᾶν, &c. Eph. 1. 11. Ast tacite pungit quos Theologos, qui voluntatem DEI antecedentem propugnant; & illos

& illos iniquè accusat, quòd illam *voluntatem antecedentem* interpretentur de *inani quòdam & inefficaci voluntate seu volèitate*, quòd supra refutavimus. b) Vocem illam esse summæ efficaciz secundum *Grammaticos & Paulum* nostri quoque Theologi observarunt, dum scilicet propositum DEI dixerunt esse *voluntatis consequentiæ, non antecedentiæ, non universalis*. 3.) Propositum illud DEI est propositum salvandi eos: qui *fide in Christum perseveraturi*: *Iob. III. 16.* adeoquè in hoc consistit: Quicumque finaliter in Christum, Mundi Redemptorem sunt credituri, electi sunt ad vitam præ illis, qui non sunt credituri, hæc est *προθεσις*, jam sequitur subsumptio ex *προγνωσις*, hinc vel ille, quem ego ab æterno prævidi, finaliter in Mundi Redemptorem est crediturus, Ergò sequitur Conclusio. At sic evertitur *decretum absolutum* ex *προθεσις*, quæ ex *προγνωσις* deducit subsumptionem.

XV. Dicit, *Christum esse prædestinatam, & hæc vocabula usurpari ad exprimendam prædestinationem Capiti*, verum falsissimè: Nam qui prædestinatur & eligitur, ille præsupponitur fuisse peccator, præsupponitur fuisse miser, præsupponitur fuisse pars massæ, ex qua DEUS format vasa gloriæ: quis autem de Christo hæc enuntiabit? 2.) Dicit allegat, sed planè incongrua, Primò enim dicit *προθεσις* de Christo usurpari, *Rom. III, 25.* ubi Paulus dicit, *quem proposuit ilaσημον*, At *ilaσημον* proposuit nobis miseris peccatoribus, & eo ipso, quo proposuit nobis *ilaσημον*, non proposuit ipsi Christo *ilaσημον*, ut proinde planè abluat hic locus ab eà *προθεσις*, quæ in decreto Electionis obtinet; *1. Pet. I, 20.* dicitur *προεγνωμένον* respectu *prescientiæ* in oppositione ad manifestationem, ut supra notavimus, & si Christus dicitur *προεγνωμένον* præscitus ut *προγνωσις* ingrediatur decretum Electionis, nos electi non erimus nisi præsciti, in Christum credituri: *προθεσις* planè non dicitur de Filio DEI, quasi scil. præordinatus sit Filius DEI, cum dicatur *ομοιωθεις* ex resurrectione, prædestinatio autem non sit ex resurrectione, unde *Beza* rectè vertit non *præordinatus*, sed *declaratus* Filius DEI ex resurrectione. 3.) Mors utique contigit ex *definito consilio*, verum non supponit prædestinatum esse Christum vocabulo in *sensu scripturario* accepto ad mortem: speciosius agere potuisset *Turretinus*, si sepositis  
Scrib-

Scripturæ dictis ad *Augustinum* appellasset, qui in aliquot locis, & imprimis *l. XV. de prædestinatione Sanctorum Christum dicit prædestinatum*, sed deceptus à versione vulgatâ, quæ Rom. I. illud *ὁρισθεῖς*, exponit per prædestinatus contra id, quod additur ex resurrectione, cum prædestinatio secundum *Calvinianos* sit ex decreto absoluto; contra *Interpretes* non tantum nostros, sed & *Calvinianos*, contra rei veritatem, quia Christus non est prædestinatus Filius DEI, ex resurrectione, aliàs demum in resurrectione esset Filius DEI, sed declaratus.

### QUESTIO VIII.

Agit de prædestinatione Angelorum, & querit, an detur talis prædestinatio nec non an sit ejusdem generis & ordinis cum prædestinatione hominum, atq; ad Primum respondet affirmando, quia Scriptura aperte testatur, dari Angelos electos, dari etiam reprobos, & loca Scriptura allegat: Verum 1.) non dari prædestinationem Angelorum, nec Angelos phrasi Scripturæ dici electos, ut Electio hîc sumitur, nostri Theologi defendunt adversus *Calvinianos* atque hoc argumentum formari potest: Ubicunq; non datur causa impulsiva & meritoria tum interna, tum externa, non forma electionis, non finis, ibi nec ipsa datur electio, ut ex illâ Angeli possint dici Electi vel prædestinati, At in Angelorum dispositione non datur, &c. Major est evidentissima, ubi enim cessant omnes electionis causæ, & quidem præcipue, ibi etiam ipsa cessat Electio. minor, tum ex eo, quia causa electionis, meritoria & impulsiva interna meritum Christi, non habet locum in Angelis, Christus enim non propter Angelos factus est homo, aut mortem subiit, sed propter homines, *Hebr. 11, 16.* multò minus impulsiva exterior datur in Angelis, nempe peccatum & miseria, nunquam enim Angeli beati lapsi sunt, & consequenter miseriæ non sunt subiecti: tum quia nec datur Electionis Forma in Angelis, quæ consistit in *gratia* & ordine quodam mediorum, non enim competit Angelis vocatio per Evangelium, non fides apprehendens, obedientiam utramq; in verbo divino oblatam, non justificatio, non remissio peccatorum & justitiæ Christi imputatio: tum quia electionis finis ad ipsos referri non potest, nam illi statim ex creatione suâ vitæ

exter-



veterne participes fuere facti, & postquam in bono fuere confirma-  
 ti, ab omni periculo ipsius amittendæ sunt liberati. 2.) Probat ele-  
 ctionem Angelorum cum *Polano, Wendelino, & aliis*, ex 1. *Timoth. V.*  
 At si 1.) per Angelos hoc in loco intelligamus ministros Ecclesiæ,  
 locus planè erit impertinens, Angelos autem notare ministros Ecele-  
 siæ patet ex *Mal. II, 7.* si per *ἐκλογὴν* intelligamus vocationem ad cer-  
 tum munus & officium, quod ipse admittit in quæstione præced.  
 Th. X. sensus erit; Testor coram DEO, & Domino Jesu Christo, &  
*Ministris Ecclesiæ, qui sunt Legati nomine Christi, 2. Cor. V.* & electi ad  
 munus sacrum, & sunt vasa pretiosa, quæ continent in corruptibili-  
 bus verbum, *2. Cor. IV, 7.* ut hæc custodias, &c. 2.) τὸ ἐκλεκτὸς  
 non statim inferi electionem ad gratiam vel gloriam, idque in Christo,  
 nam *Gen. XXXIII, 6.* sepulchra dicuntur electa, *Exod. XIV, 7.* currus di-  
 cuntur electi, *Jer. XX, 7.* Cedri dicuntur electæ, num itaque sensu Scri-  
 pturæ, num Electi in Christo? 3.) Electum esse dicitur dupliciter  
 vel pro eo quod è miseria communi est separatam, & in Christo adopta-  
 tum, vel, quod est eximium, præstans atque dilectum: Dum Angeli  
 dicuntur Electi, non priori modo tales dicuntur, sed posteriori, tum  
 respectu DEI, ut Filius dicitur electus, *Esa. XLII.* quod *Matth. XII.*  
 explicatur per ἀγαπητὸν dilectum, tum respectu sui, quia Angeli boni  
 sunt: præstantissimi, quemadmodum Juvenes floridi dicuntur electi,  
*Ezech. XXIII, 6.* tum respectu malorum Angelorum, qui sunt rejecti,  
*Apo. XII, 9.* atque hic conspirant nobiscum ipsi Calviniani, nempe  
*Parvus, Ravensbergerus, & Lambertus Danaus,* qui in *Comment.* ad  
 hunc *ψ.* dicit, *Electos, ut distinguat eos à malis, qui maledicti vocan-  
 tur, Matth. XXV.* c) Reprobatio Angelorum nullibi habetur in uni-  
 versâ Scripturâ, imò oppositum probari potest, si enim objectum  
 prædestinationis non sunt Angeli boni, sed soli homines, è con-  
 trario non erit reprobatio Angelorum, sed hominum, ut enim  
 prædestinatio præsupponit meritum Christi, verà fide apprehen-  
 sum, ita reprobatio rejectionem meriti Christi, Atqui Angelis ma-  
 lis non destinatum est meritum Christi, quomodo itaque id potue-  
 runt rejicere? Hinc *Ravanella* scribit, *Electus sæpè dicitur pro re præ-  
 stanti aut eximia ac laudissima, Act. IX. Rom. XVI.* hinc Christus quo-  
 que dicitur Lapis Electus, *Esa. XXVIII, 16.* sicut itaque vi horum ver-  
 borum

horum non datur electio Angelorum, ita quoque nulla reprobatio: Nec obstant loca, quando dicitur *2. Per. II. catenis caliginis traditas damnationi servari*, nam traditi catenis caliginis Angeli dicuntur, in rationem pena, reprobatio autem antecedenter se habet ad poenam, & dicit destinationem ad poenam, de quo nihil habetur. *Juda 7. 6.* dicitur, *Angelos principatum suum non servasse, sed reliquisse suum domicilium, adeoque hęc, non actus DEI reprobantis hęc designatur, sed actus peccaminosus ex parte Angelorum, qui ἀρχὴν suam non servarunt, h. e. integritatem & imaginem concreatam, domicilium suum & sedes cœlestes sponte reliquerunt. Denique ignis paratus ipsis statuitur ab æterno, sed non nisi ad praviſionem, ut enim Angeli boni confirmati sunt in bono intuitu perseverantia in donis conceditis & concreatis, ita mali Angeli sunt reprobat, si scilicet electio & reprobatio generaliter accipitur, nec in sensu Scriptura, quia in veritate non steterunt, adeoque intuitu apostasias, de qua *Job. VIII.**

VI. Labilitatem dicit, *communem quidem omnium fuisse, sed, &c.* At Labilitas non competit Angelis, tùm quia creati erant in integritate, sanctitate, & justitiâ divinâ, cum quâ impossibilis est labilitas: tùm quia labilitas dupliciter dicitur, aut per modum potentia Physica, aut per modum potentia Metaphysica, quatenus id quod creatum est, mutari potest, & mori, ut Augustinus loquitur: Priori modo, omnis labilitas ab Angelis est removenda, Posteriori autem concedimus Angelis, h. e. non repugnasse illis, quo minus mutentur: tùm quia si Angelis concreata est labilitas per modum potentia Physica: DEUS est Author peccati, qui enim dat formam, dat etiam consequentia formæ.

IX. X. XI. In his Thesis, disputat. *an Angeli in Christo sint electi, & rectè negat Th. I.* verùm ὑπερὸν ἔ hęc fovet, dum dicit, *confirmationis gratiam ipsis per λόγον obtigisse, &c.* At hoc 1.) non est electionem Angelorum deducere ex Christo, adeoque iudic terminis. 2.) ita etiam confirmationis gratiam obtinuerunt per Spiritum Sanctum: 3.) Christus est fons omnis vitæ & gratiæ non tantùm quâ Christus secundum nostram sententiam, sed secundum *Tuyretium* quatenus eandem cum Patre & Spiritu habet essentiam, unde tandem apertè promittit suam sententiam, nempe hoc posse pariter de Christo

Christo *ἰανθρῶνα* & Mediatore non dici, adeoque refutat sententiam Calvinii, Bucani, Philippi Casarii, Ottonis Bronsfeldij, Marsi Friderici Wendelini, qui omnes & singuli statuant, Angelos bonos per Christum redemptos esse, & opus habuisse mediatore, non quidem redemptionis à peccato, sed conservationis in bono: scilicet *Pontificii* volunt opus habuisse Redemptore, *Calviniani* verò opus habuisse Christo Conservatore. Proinde in Th. XI, Argumentis atque validis confirmat oppositam esse Calvinianis sententiam.

### QUÆSTIO IX.

Disquirit Author, an objectum prædestinationis sit homo creabilis aut labilis, an vero conditum & lapsus, prius negat, posterius affirmat. Ast 1.) malè confundit hominem creabilem & labilem, *creabilis* enim dicitur in ordine ad creationem & ad DEUM, cujus beneficio existere potest, produci, & in rerum natura poni, *labilis* verò dicitur in ordine ad propriam infirmitatem, voluntatis flexibilitatem, nec ad DEUM referri potest. 2.) Ita non sequitur, *supralapsarios* censeri aut *sublapsarios*, quia *supralapsarij* constituunt objectum prædestinationis hominem creabilem præcisà labilitate, *sublapsarii* verò hominem lapsam. 3.) Dum prius negat, posterius affirmat, opponit sese *doctissimis Calvinianis* Francisco Gomaro, Guilielmo Perkinso, Twisso, Voëtio, Ailersburjo, &c. qui objectum prædestinationis volunt esse hominem creabilem, non verò creatum & lapsum.

III. Explicat hanc sententiam, & dicit, posse ad tres ordines referri, alios enim *supralapsam* ascendere, unde & dicantur *supralapsarij* alios *infra lapsam*, & hominem non tantum ut lapsam, sed & ut redemptum per Christum vel credentem vel incredulum objectum prædestinationis statuunt: denique quosdam medium tenentes in lapsu subsistere, & lapsam DEO prædestinanti objicere. Ast 1.] non sufficienter explicat sententias contradicentium: Nam Voëtius scribit: *Celebris & jam olim & nunc inter Theologos agitata est questio illa, qua de prædestinationis objecto agit: Tres autem his occurrunt opiniones, prima eorum, qui hominem creabilem, secunda illorum, qui conditum & nondum lapsam, tertia eorum, qui & conditum & lapsam, vel definitò creandum & lapsam.*

nam prædestinationis objectum faciunt, adeoque secundum Voëcium quarta Classis esset addenda, nempe illa, quam *Turretinus* secundo loco posuit. b) Malè recenset sententiam secundam, quod scilicet quidam hominem non tantum ut lapsum, sed & ut redemptum, & vel credentem vel incredulum objectum prædestinationis statuunt, pungit enim *Arminianos*, etsi nostris hanc sententiam velit affricare, falsissimum est ullum ex nostris statuiffe objectum prædestinationis esse hominem credentem vel incredulum; cum nostri *Theologi* credentem tantum dicant objectum esse prædestinationis, incredulum vero reprobationis, sed  $\pi\epsilon\acute{\alpha}\tau\omega\nu\ \psi\omega\delta\delta$  *Turretini* hic est, quod scilicet prædestinationis vocem in sensu *Calviniano* accipiat, ut genericè se habet ad prædestinationem & reprobationem, cum tamen prædestinationis non sit nisi in bonum, ut supra ex ipso *Keckermanno* est illustratum. 3.) Cur non meminit *Turretinus* *Zydhollanticorum*, quorum Deputati in *Synodo Dordracensi* non judicarunt necessarium esse definire objectum prædestinationis sitne homo lapsus nec ne: Annon illi, qui abstrahunt à *supralapsariis* & *infralapsariis* & silentio involvi volunt objectum prædestinationis, etiam hic fuissent commemorandi?

IV. Dicit, in antecellum hinc observandum, qualiscunque sit *Theologorum* hæc in parte diversitas, manere tamen apud utrosque saluum fidei fundamentum. Verum quomodo fidei fundamentum salvum potest subsistere apud utrosque partes *Theologos*, qui tamen contradictorias sèvent sententias, *Supralapsarium* enim dicit subjectum prædestinationis esse hominem creabilem, *sublapsarium* autem hominem lapsum, in quibus propositionibus contradictoriis ipse *Turretinus* priorem negat, posteriorem affirmat, anne posset dici *Calvinianos* in fundamento fidei convenire si aliqui ex istis negarent justificationem ex fide, alii affirmarent? 1.) Ipse *Franciscus Gomarus*, *Voëcius*, &c. hanc controversiam ita tractarunt, ut dixerint has sententias esse irreconciliabiles, si autem hos, quomodo poterunt ambæ sustineri? Imò ipse *Gomarus* *Altingium* reconciliantem ex methodo *Pareanæ* operosè refutavit. 3.) Si respiciamus scopum & intentionem *Turretini*, patebit esse ficus folium, ita enim tantum tegere vult pudendum suorum *Theologorum*, qui in hac sententiâ in diversas partes abeunt, ita ut scriptis publicis semetipsum infestent, ut patet ex disputatis inter *Voëcium* & *Maresium*.

V. Au-

V. Author distinguit 1.) *inter vocem prædestinationis. Secundò priorem significationem rejicit, & tertio sententiam Synodi Dordracenæ, dicit esse hanc, quod objectum prædestinationis sit homo lapsus, adeoque probat sententiam sublapsariorum. Ast 2.) prædestinationem nullibi in univèrâ Scripturâ dubito quoque an in piâ antiquitate Ecclesiastica, usurpatur ita generaliter, ut notet omne decretum circa hominem in ordine ad ultimum ejus finem, cum longè aliud sit decretum Creationis, decretum lapsu permittendi à decreto prædestinationis. Nam prævolant hæc decreta prædestinationem, neque objectum prædestinationis est, nisi homo jam lapsus, imò asserendo hanc vocem generaliter ita accipi asseritur ex mente Turretini hominem creabilem esse objectum prædestinationis, hominem labilem, quod tamen in primordio negat. 2.) Ipse refutat hanc distinctionem, atque dicit, se lubentius acquiescere in sententia posteriori quam Synodus Dordracensis sanciverit. 3.) Dicit, Synodum Dordracensem definivisse sententiam sublapsariorum, verum ponamus 1.) Synodum definivisse objectum prædestinationis esse hominem lapsum, tamen non repudiavit alteram sententiam de homine creabili, & quidem prudenter seu subdole, ne Theologis antecedentibus Synodum Dordracensem dicam scriberet, Beza & ceteris, qui fuerunt supralapsarij. 2.) Ipse Voëtius excipit ad Synodum, cum sc. Synodus inclinet ad sententiam sublapsariorum, synodum prædestinationem descripsisse à posteriori, non à priori. 3. Franciscus Gomarus dicit, se suam sententiam publicè in Synodo Nationali professum fuisse & paratum esse Argumentis tueri, nec non argumenta illa Goclenio proposuisse, cumque postulato perpendendi spatio, tandem respondisse argumenta esse soluta eamq; narrationem à viro illo doctissimo è regione sedente auditam, & silentio probatam fuisse: Martinum Gregorium inter Præpositorum ordinum Legatos, Præsides, Ducatus Geldria & Comitatus Zutphania Præsidem respondisse, nihil novi statui, si itaque Gomaro non fuit contradictum in Synodo, qui ex primis supralapsariis fuit, patet non improbasse sententiam supralapsariorum Synodum Dordracenam.*

IX. X. XI. Re & probat objectum prædestinationis non esse hominem creabilem, sed creatum & lapsum, nostræque sententiæ verificaret, modò addidisset *Tò credere.*

In Th. XV. XVI. XVII. imprimis contra *Bezam* probat *massam*, de qua *Paulus* loquitur *Rom. 1X, 22.* esse *massam corruptam*, in *Thesi XXIII.* denique examinat illud *axioma*, quod *ultimum est in executione*, debet esse *primum in intentione*, quod *Calviniani* ubique crepant, & nobis ului esse poterit in seqq.

XXX. Hæc in *Thesi* Author vindicare nititur *Calvinianos*, & dicit, ipsum *receptis multis in locis probatam colligi posse sententiam secutum esse.* Ast falsum, quia 1.) ipse *Calvinus* dicit, *horribile decretum decretum Prædestinationis*, quod ipsam ita vocat ex suppositione sententiae *supralapsariae.* 2.) Quia omnes ferè *Theologi Calviniani* ante *Synodum Dordracenam* inter *supralapsarios* sunt referendi, *Synodus* enim *Dordracens* mitigavit tantùm ipsarum sententiam, & communio-riorem esse voluit sententiam *infralapsariorum.* 3.) *Voëtius*, *Trwyssus*, *Perkinsus*, &c. qui sunt *supralapsarij*, *Calvinum* in suas partes allegant atque in classem *supralapsariorum* referunt, imò contra *Maresium* publicè disputavit *Joh. Beringius*, & sententiam *supralapsariorum* acerrimè defendit; Videatur quoq; defensio *Calvini* ab *Amyraldo* facta in peculiari quodam tractatu de hæc materia; Sed ut concludamus, quæcunq; sententia defendatur à *Calviniano*, sive sit *supralapsariorum* sive *infralapsariorum*, non potest subsistere aut ullo modo defendi, partim, quia stante sententia *supralapsariorum* creatio erit medium, quod *Dæus* ordinavit, ut ad finem suum possit electionem & reprobationem, devenire, At *Scriptura* longè aliter nos informat, dum *prædestinationem* creationi non præsternit, sed creationem *prædestinationi*, quæ non finem creationis ponit electionem & damnationem ut medii, sed pronuntiat *DEVM nos non posuisse ad iram*, *1. Theß. 7, 9.* posuisset autem creando nos ad iram, si creatione fuisset usus tanquam medio quodam, quo posuisset nos ad damnationem, & consequenter reprobationem: partim, quia decretum *DEI* tum *misericordiae*, tum *justitiæ* hæc sententia statuit versari circa hominem creabilem vel creandum, qui nondum est creatus, adeoque nondum existit in rerum natura, non aut odio haberi potest ex *decreto justitiæ*, aut puniri nisi existens, quemadmodum *Magistratus* nullum supplicio afficit, nisi præsupponatur existere & deliquisse: partim, quia *Scriptura* ubicunq; de *prædestinatione* & reprobatione loquitur, non tantum

tum præsupponit objectum prædestinationis & reprobationis hominem jam existentem, sed etiam qualitate quadam affectum, & quidem diversâ in homine reprobando; quanquam enim *Wendelinus eudonius* ponat causam reprobationis, tamen coadmittit & adsciscit peccatum hominis, peccator autem esse nequit, nisi qui existit, quapropter egregiè sententiam *supralapsariorum* refutat *Petrus Molinaus, Calvinus, Theologus* scribens cap. 13. *Anatomia: Maximè absunt à vero, qui volunt DEVM in eligendo & reprobando hominem considerasse ut nondum creatum, perinde enim agunt ac si dicerem DEVM considerasse hominem ut nihil, & perinde ut non hominem; Sanè eo ipso, quod hominem dicunt, dicunt aliquid, ac aliquid considerare ut nihil, res est somno propior, qui vult hominem servare aut punire, necessariò prius voluit esse: Nam si DEVS hominem prius destinasset ad pœnam, quam constituisset eum create, perinde ageret, ac si quis statueret liberos virgù cadere antequàm de iis generandis statuisset; & numero XIV. Cum primus actus omnipotentia fuerit occupatus circa nihilum, necesse est præcessisse actum misericordia & iustitia, qui non potest nisi circa ens aliquod occupari, & tandem qui volunt DEVM in prædestinando considerasse hominem ut creatibilem & labilem, non sunt audiendi, nam qui creatibilem dicit, dicit non creatum, qui labilem, dicit non lapsum: Ut igitur in mundo non suis potentia passiva ad creationem antequàm crearetur, sic nec homini nondum creato inesse potuit potentia ad creationem & lapsum, & annon, hæc ratione stante, sequitur, DEVM aliquid elegisse, quasi nunquam creaturus? quia objectum prædestinationis statuitur homo creatibilis: Altera verò sententia *infralapsariorum*, quam sequitur *Turretinus*, non subsistit, tum ex eo, qui Scriptura credentes constituit objectum electionis, elegit enim DEVS in sanctificatione Spiritus & fide veritatem, *2. Thessal. II, 14.* tum quia objectum constituit illos, quos misericordia DEUS complectitur, in quibus hæc prædicatur, quique proinde *deusa misericordia* appellantur, *Rom. IX, 23.* Vasa autem misericordix non sunt talia nisi ex prævisione miseriæ, & consequenter Redemptore opus habentia, adeoque sine prævisione miseriæ & medicinx nunquam consideranda: tum quia si nullum peccatum spectatur in eligendis aut reprobandis, non necessaria fuit ad electionem satisfactio Christi pro peccato & neque reprobi poterunt damnari*

pro;

propter rejectionem satisfactionis, non tantum quia nunquam destinata fuit ipsis, sed etiam quia hac sententiâ stante Christo non fuit opus, & si decretum electionis ante prævisionem lapsus factum, etiam ante decretum incarnationis, adeoque sine Christo Mediatore factum.

## QUÆSTIO X.

Author progreditur, & quærit, *an Christus sit causa & fundamentum electionis, atq; negat contra Arminianos ac Lutheranos.* Verum Primò hanc quæstionem insidiosè tractat: Nam a) aliud est *causa impulsiva* electionis, aliud *fundamentum electionis*, nostri Theologi dicunt *causam impulsivam electionis seu meritoriam*, quæ se habet ad *impulsivam*, tanquam species ad Genus, esse Christum, ideoque sufficienter potuisset hanc quæstionem absovere, ita illam concipiendos: An causa electionis sit Christus. b) Ita incautè disputat adversus suos; *Dordraceni* enim in sua Synodo Christum dixerunt fundamentum electionis, scribentes: *Christum Mediatorem & Caput, salutisq; fundamentum esse constitutum*, atque cum *Dordracenis* conspirant *Zanchius & Wendelinus*, ut ut verò in eo rimam quærant, quod distinguant inter *fundamentum electionis ac salutis*, atque dicant, *fundamentum salutis* quidem à *Dordracenis* statui Christum, non autem *fundamentum electionis*; nil tamen dicunt, tum quia harmonia executionis & decreti hoc ipsum exigit, ut, quod est fundamentum salutis, etiam sit fundamentum electionis: tum quia *Zanchius* apertè *lib. de Natura DEI* dicit, *nos propter hunc Christum Mediatorem benedictos esse; & in hoc eodem Mediatore tanquam in capite nos fuisse ab æterno à Patre præcognitos, amatos, electos, & ad vocationem, justificationem, glorificationem, omnesq; spirituales benedictiones prædestinatos*; At si in Christo tanquam capite electi sumus, electi in Christo erimus tanquam fundamento; Ut enim sese habent membra ad fundamentum & vice versa, tum quia ipse *Turretinus* formatione hujus quæstionis, ubi non tantum causæ meminit, sed & fundamenti, atque in negativam descendit, voluit non tantum Christum negare causam electionis, sed & fundamentum contra *Zanchium & Polanum in Didascalia.*

II. Dicit,



II, Dicit, *ad questionis statum observandum non quæri, an Christus ingrediatur decretum electionis, vel an nullus sit intuitus meriti Christi in destinatione salutis, agnoscere enim Calvinianos, DEVM, qui de finavit salutem, eodem actu destinasse nobis Christum Mediatorem, qui eam nobis acquireret: verum malè dicit à Calvinianis statui, Christum ingredi decretum electionis, esse aliquem intuitum meriti Christi in destinatione salutis: Nam 1.) Christus secundum Calvinianos non ingrediatur decretum electionis, sed spectat ad ordinem executionis, dicunt illi, & cum illis Turretinus, ingredi decretum electionis consequenter, non antecedenter, sicut igitur dies non ingreditur auroram, quia consequenter se habet ad auroram, ita etiam Christus non potest dici ingredi decretum electionis, quia consequenter se habet ad electionem. 2.) Confundit Turretinus turpissimè decretum electionis & decretum salutis, cum ex sententia Calvinianorum sint distinctissima, & Wendelinus ad argumentum nostrum, quod eadem sint causa salutis & electionis, semper ingeminat distinctionem electionis & salutis, & dicit, illam esse absolutam, immanentem & inorganicam, hanc autem mediatam, qua intervenientibus causis, verbo Logis, Evangelij & Sacramenti producat: Aut igitur fuit distinctio recepta, aut Turretinus omnia confundit, dum scilicet dicit, non quæri, an Christus ingrediatur decretum electionis, vel an nullus sit intuitus meriti Christi in destinatione salutis. 3.) Christum ponit primarium medium executionis, non autem antecedenter, non causam impulsivam & motoriam, vult ingredi decretum electionis, E. electionem statuit Primum absolutam, deinde destinationem mediorum ad salutem electis; At quomodo hoc consistere potest cum sententia Zanchij, Polani, &c. qui dicunt, nos predestinatos esse in Christo, tanquam membra in capite, adeoque prius & antecedenter Christum statuunt Electum, tanquam caput nostrum, deinde nos in ipso tanquam membra illius esse electos; At secundum sententiam Turretini prius fecit DEUS decretum, de fine, de electorum segregatione & salute, deinde demum in secundo momento decretum de mediis in executione adhibendis, quorum primarium dicit esse meritum Christi, adeoque excludit à decreto predestinationis Christum, & vult nos esse electos, antequam*

quam expiati, dilectos antecedenter ad meritum : At quantum tribuetur *Socinianis* satisfactionem Christi negantibus ?

III. Dicit, *non quæri, an Christus sit causa meritoria & fundamentum salutis à parterei, sed an sit causâ decreti salutis à parte DEI, sed malè* : Nam 1.) si Christus est causa meritoria & fundamentum salutis decreti à parte rei, etiam est causa & fundamentum decreti salutis à parte DEI, cum consilium ex parte DEI & eventus ex parte rei sibi invicem respondeant, & summa Harmonia decreti & executionis hoc ipsum requirat : 2.) Cur refugit dicere Turretinus, *Christum cum merito & satisfactione sua esse causam impulsivam decreti electionis* ? Sanè nullam aliam rationem promere potest, quàm quia ita voluntas divina in causati ordinem redigeretur, & moveretur ab alio extra DEUM constituto tanquam à causa, At ut hic nihil dicam, à nostris voluntatem divinam etiam dici independentem, neque causam voluntatis divinæ assignari, nisi in quantum dicit respectum ad extra, terminationem ad objectum ; semetipsum refutat : nam quæstione XIV. Th. XII. dicit, *reprobatio, ut dicit actum DEI Judicis debitam penam peccatori decernentis, certum esse peccati considerationem hic intercessisse* : si itaque peccatum hîc prævisum DEUM movit ad reprobandum, si causa impulsiva fuit istius actus voluntatis divinæ & justitiæ, ut *Wendelinus* loquitur, quomodo in electione præjudicium causabitur ex ratione causæ impulsivæ voluntati divinæ ? 4.) Quæstionem redigi ad hosterminos dicit, *an Christus sit fundamentum & causa meritoria non salutis à posteriori, sed electionis à priori, non à parte Effectus in homine, sed à parte actus volendi in DEO ; sed malè sententiam nostram interpretatur, dum dicimus meritum & satisfactionem Christi esse causam impulsivam decreti divinæ electionis, tum quia per causam non intelligimus strictè sic dictam causam & Efficientem : quo posito, DEUS esset Effectum : tum quia causa dupliciter accipitur, vel ut formaliter impulsiva, vel ut virtualiter causans ; de virtuali causa nostri disputant, quæ si in rebus creatis esset, moveret formaliter, in DEO autem ita sese habet, ut impelat virtualiter : tum quia non dextrè dicitur, quæri de actu volendi in DEO, in quantum actus ille volendi DEO identificatur, volitio enim DEI est actus immans, adeoq; non diversa à voluntate, sed de causa im-*

ta impulsiva disputatur in ordine ad objectum prout terminatur ille volendi actus in personâ eligendâ vel electâ.

IV. Hâc in Th. inter Errantes refert Arminianos, Lutheranos & Salmurienſes: quod Arminianos spectat, rectè quidem illi ſtatunt, *Electiõnem factam eſſe ex præviſis meritis Chriſti*, ſed errant, dum libero arbitrio nimium tribuunt, Auguſtinum inter Prædeſtinatiõnum Patriarcham referunt, & fidem non dextrè accipiunt, non ut inſtrumentum conſiderant, quod apprehendit meritum Chriſti, ſed ut obedientiam juſtificare volunt, & DEUM ad illam in electiõne reſpexiſſe. : 2.) Nos malè cum Arminianis comparat, quia in hiſce punctis ab illis diſcedimus, malè nobis tribuit extollere gloriam Chriſti, gratiam univerſalem ſtabilire, hoc enim dum facimus, Scripturæ conformiter facimus: malè deniq̃ue abſolutam electiõnem DEI *æſtãndoniam* deſtruere noſtros laborare dicit; Hoc enim monſtram abſoluti decreti qui depellit, Chriſto litat: 3.) Tandem ad Gallos procedit, Socios religionis, qui peculiarem fovent ſententiam, quæ quia non videtur eſſe expoſita, paucis videtur illuſtranda; *Amyraldus* autem in libro ſuo de *Succeſſione ab Eccleſiâ* 1.) dicit cum Sociis, DEUM velle & voluiſſe omnium miſereri, Chriſtum omnibus dediſſe redemptorem, omnes quoq̃; vocare ad ſalutem participandam, adeoq̃; Lutheranis hiſce propoſitionibus glaucoma quoddam objicere voluit, ut ſentirent idem doceri à Gallis Calvinianis, quod Lutherani decent. 2.) Quia non videtur conſiſtere poſſe abſolutum decretum electiõnis cum univerſali voluntate miſerendi, ideòque *Amyraldus* neutram quidem ſententiam damnavit ſupralapſariorum & infralapſariorum, neq̃ue tamen alterutram Lutheranis obtrudendam ſuaſit; non infralapſariorum, quia iniquum exiſtimat, Proteſtantes reliquos ad velle adigere, ut neceſſum habeant eam methodum amplecti, cum inter Reformatos multi ſint, quibus liberum, ſolutumque fuerit eam deſerere, non ſupralapſariorum, quia non eſſet æquum, à Lutheranis exigere, ut eandem Methodum in explicandâ doctrinâ de prædeſtinatione ſequantur, quandoquidem multo maxima pars *Calvinianorum* eam deſerat, & propè refutaverit, autoritate Synodi Dordracenæ. Concludit itaque quomodocunq̃ue electiõ & reprobatiõ ſeſe habeant, redemptionem à Chriſto factam uſq̃ue aded late

ad patere ex DEI propensâ benignitate, ut ad omnes omninò homines extendi possit, si modò eam amplecti non dedignarentur. 3.) In centro convenit cum cæteris Calvinianis observante etiam *Spanhemio*, nam dicit, omnia esse Universalia, si modo homines credant, credere autem non posse, nec DEUM facultatem credendi, ut possint aut velint, concedere, sed illam ex absoluto decreto promanare quem sequuntur *Bremenses*, *Bergius*, &c. ex *Calvinianis* nonnulli, atque probè observandum, hocce *Gallos*, qui *Cameronem*, *Amyraldum*, & cæteros sequuntur in *Synodo Alencionensi* anno Seculi hujus 37. Lutheranos permisos fuisse, porò cum honore apud suos ministerio præesse, proinde Calviniani possunt permittere, ut & Lutherani, quos conjungunt cum his *Gallicis* ministerio suo cum honore præsent, &c.

V. Proponit primum Argumentum pro sententia Calvinianæ, & dicit, *Electiōnem factam esse ex solo DEI beneplacito, E. non propter Christum*. At Orthodoxi negant beneplacitum merito Christi opponi, sed nostris meritis, stante enim hoc absoluto beneplacito sequeretur, *DEUM elegisse antecedenter ad satisfactionem & meritum Christi, & proinde Electos fuisse dilectos, & Electos antecedenter ad meritum & satisfactionem Christi, adeoque frustraneam fuisse passionem & mortem Christi, nam frustranea fuit respectu Electorum, qui antecedenter ad meritum electi; respectu reproborum, quia Christus pro reprobis non est mortuus, juxta sententiam Calvinianorum.* b) Dicta allegata intentum non probant, non illud, *miserere, cuius miserere*, quod libertatem miserendi tantum indicat, non rationem absolutam miserandi: non illud *Matth. XI, 25*. Aut enim ex occultatione aut revelatione concludit: si ex occultatione *Mysterij Evangelici* erga Pharisæos, profecta est illa ex contemptu verbi Evangelici, & consequenter ex peccato, adeoque DEUS hic spectandus ut *justus Judex*, quia peccatum & justitia sese invicem respiciunt, agnoscente ipso *Turrino*, quæst. XIV. Th. IX. si verò ex revelatione, revelatio illa facta parvulis sive Apostolis & simplicibus dicit actum *miseriæ divinæ, cæcæ*, verò Patris in hoc negotio non est *inabsoluta prædestinatione*, sed in salutis *admiranda dispositione*: Deniq; dictum *Rom. IX, 12. 16*. non concludit, tum quia propositum illud non est propositum electionis, ut in

ut in antecedentibus demonstratum: tum quia ita misericordiz divi-  
 nis tribuitur actus electionis: (*Posto de actu Electionis esse sermonem,*  
*quod tamen negatur*) non ut excludatur fides, sed volitio nostra, & no-  
 ster cursus, adeoq; opera sub ratione causa impulsiva: tum quia in toto  
 isto capite non agitur de electione & reprobatione à gloria, sed tantum  
 à gratia. Ultimum non facit pro illo, quod respicit parvum gregem,  
 vel Ecclesiam, quæ est coctus credentium, & videtur Patris fuit huic  
 coctui regnum dare, eo ipso quod parvus coctus, eo ipso, quod credens  
 coctus, contradistinctus multitudini isti reproborum. 3.) Nil est,  
 quod ad exceptionem respondet, nempe aliud esse beneplacitum istud in  
 Christo debere fundari, ut causa antecedente, aliud fundari in Christo, ut  
 fundamento Redemptionis; Nam utique beneplacitum DEI in Christo  
 fundatur ut causa antecedente, quia fundatur in Christo, ut ira in pla-  
 cante, E. antecederet DEUS fuit iratus, iratus autem neminem eli-  
 git, reflectens verò ad meritum & satisfactionem Christi motus fuit  
 Pater, ut nos eligeret in Christo, quemadmodum nobis benedixit in  
 Christo, *Eph. 1.*

VI. Secundum pariter laborat, dum dicit, *Effectum electionis*  
*non posse esse causam*. At verò Christum esse effectum, E. Sed 1.) la-  
 borat major, non enim absurdum est, *idem esse causam & effectum*,  
 idque in primis in causa impulsiva, quæ utrumque respectum sustinere  
 potest, quicquid sit de de alio causarum genere: tum quia & dicitur  
 ideale est causa movendi Architectum ad ædificandum, & in simul  
 effectus in ædificatio extracto: Ita d. ut in hac ipsa materia exemplum  
 promamus, salus æternæ fuit causa decreti de salute, (nos agi-  
 mus hic ex sententia Calvinianorum, qui decretum salutis decreto  
 electionis contradistinguunt) hæc salus, hæc vita movit DEUM ad  
 conferendam fidem Electis, & nihilominus est effectus decreti salu-  
 tis: tum quia hunc Canonem rejecerunt ipsi Philosophi Calvinia-  
 ni, Goclenius in *Problematis 22.* Keckermanus in *System. Log.*  
*& 28.* Timplerus in *Metaph. c. XIII.* 2.) Christum effectum esse ele-  
 ctionis idem absurdè dicit, neque producta loca id evincunt; Non  
 Hocus *Esa. XLII.* partim, quia apud Interppr. dubium est, quis per  
 servum intelligatur, anne Jacobus vel Esau, quo positò frustra ad-  
 duceretur pro Christo, quod sit electus in Mediatorem, partim, quia

electus hic non dicit electum in *significatione Theologica & usu passivo vocis*, sed *summè dilectum*, in quo Pater habet, ut rectè reddidit Hilsp. Interpres, *contentuamente*, ita ut satisfecerit, ut ipso sit quasi contentatus, prout hoc ipsum explicatur *Matth. III, 17. & XII, 18.* si autem Christus minister Patris est, in quo contentatur, ex merito & satisfactione ejus, non erimus electi nisi in eo, qui contentat DEUM, neque Christus electus propriè dicetur, sed summè dilectus: partim, quia si etiam retineamus vocabulum *electus*, & dicamus, Christum fuisse Ebed seu ministrum, qui electus, non tamen hoc referendum erit ad salutem, quasi electus sit in *salutem*, sed electus in *Principem belli* adversus peccatum, mundum & diabolum, quæ electio longè *alterius ordinis*, *1. Pet. I.* Christus dicitur non *predestinatus*, ut male quidam vertunt, sed *præcognitus*, *Job. III.* dilectio DEI *præcedit* ordinem missionis Filii tanquam ejus causa; sed non dilectio ista *specialis*, quæ ad Electos terminatur, verum *generalis*; quæ adhuc dum habet mundum pro objecto, quæ progreditur ad dispositionem mediolorum pro salute, quæ referenda ad voluntatem *antecedentem*, non *consequentem*, ut & *1. Job. IV. 3.*) Exceptionem *Corvini* non elidit, dicendo, *gratis supponi, non probari amorem universalem*: Amorem enim DEI *tres gradus* habet, Primus est, quo dilexit totum genus humanum, ex lapsu miserum, de quo *Sap. XI, 25. 26. 27.* Secundus gradus est, quo dilexit ita, ut etiam media disposuerit, filii *ἐκδοσιν*, ut omnis credens in ipsum, &c. *Job. III.* Tertius est, quo dilexit dilectos in dilecto, Christo sc. h. s. Electos; Prioros duo gradus sunt *universales*, dilexit enim miseros, quales omnes eramus, dilexit mundum, cujus pars sumus omnes; posterior verò est *specialis*.

VII. Dicit, *Objectum prius debere esse adu, qui circa illud versatur, objectum autem meriti esse Electionem*. Verum in majori propositione nostram sententiam confirmat, quæ *præscriptibile præordinat præscriptura*: 2) Objectum meriti Christi esse circa electos, si *exclusivè* intelligatur, ut intelligit, falsissimum est, cum objectum meriti Christi sint *non tantum Electi, sed omnes* omninò homines, quia Christus est propitiatio pro nostris peccatis, &c. *1. Job. II, 3.*) Electionem præcedere debere & redemptionem & decretum ejus, *Mal. I. Joban. X, 15. Eph. V, 25.* *exclusivè* scil. exponenda.

VIII. Quar-

VIII. Quartum argumentu producit, & dicit, *intentionem sanæ præcedere debere destinationem medicorum*. ut ut autem in humanis hoc procedat, non tamen in divinis, unde ipse *Turretinus* quæst. IX. Th. 23. dicit, *vulgatum Axioma, quo uti hic solent supralapsarij & quod ad rævim usq; oggerit Trussiu, quod ultimum est in executione, debet esse Primum in intentione*, varias patitur limitationes. 2.) Quomodo potest concipi salus Electis destinari, nisi concipiantur ut digni salutis, digni quibus destinetur, digni autem sunt non *ex ipsis*, quia miseri, E. salute si sunt digni, digni sunt *in Christo*, digni sunt *in DEO*, qui illos eripuit è potestate tenebrarum, & transtulit in regnum Filii sui, in quo habent redemptionem per sanguinem, Col. 1. 3.) *Ut intentio sanandi ægrum præcedere debet medici inquisitionem & remediorum applicationem, ita necessum esse dicit, ut in mente concipiamus prius cogitationem de eligendis illis, quibus salutem destinabat, quàm de Eligendo Salvatore*: At intentio sanandi ægrum fuit *universali*, DEUS enim dilexit *mundam*, miserum & ægrum, E. illa intentio *precessit* utique Medici missionem, sed non intentio *glorificandi, actu* salutem conferendi *precessit* missionem Medici; verùm prius supponi debet Medicus, antequam fiat remediorum applicatio, antequam inquiratur, antequam medeatur Medicus ægris.

## QUESTIO XI.

Quærit Author, *an Electio facta sit ex prævisione fidei aut operum, non vero ex sola DEI gratia*? Prius negat, posterius affirmat, & dicit, *hunc præcipuum cardinem esse controversia Pelagiana*: At 1.) *re- & negat electionem factam esse ex prævisione operum*: 2. Malè ita disponit suam quæstionem, ut gratiam DEI solam opponat prævisioni si fidei, gratia enim non opponitur fidei, sed operibus, Rom. XI, *et* 3.) Malè Pelagianismi reos agit, qui dicant, *electionem factam ex prævisione si fidei, aut Semi-Pelagianismi*. Si enim ita statuerent electionem factam esse ex prævisione fidei, ut dicerent *non factam esse ex sola DEI gratia*, tunc de Pelagianismo aliquid affricari, vel de Semi-Pelagianismo aliquid affingi posset prævisionem fidei statuentibus; ita enim Pelagiani affirmabant, & prævisionem fundamenti loco ponebant, *Austriani* autem hæc duo sibi invicem non opponunt, sed componunt.

M. HAC

II. Hæc in Thesi ad statum quæstionis observat, *non quæri, an decretum electionis sit absolutum, consequenter & à mediis, sed an sit tale antecedenter à motivis*, Ast malè, tum quia Lutherani nunquam disputarunt contra Calvinianos, & ipsis decretum absolutum improbarunt, quod esset *absolutum à mediis*, sed illud improbarunt in Calvinianis, quod *absolutum* statuant à *motivis*, quod removeant ex decreto electionis meritum Christi & fidem: tum quia longè aliud est *decretum de mediis*, & aliud *decretum electionis*, decretum enim de mediis atque eorundem *in se* pertinet ad *voluntatem antecedentem*, decretum autem electionis ad *voluntatem consequentem*: tum quia absurdissimè respondet, Calvinianos fateri *meritum Christi, fidem & opera esse media ad illius executionem necessaria*, nam ita non statuit tantum meritum Christi & fidem esse necessaria ad salutis consecutionem, sed etiam opera, imò quia summa harmonia est inter executionem & decretum, statuere cogitur, *DEVM non tantum intuitu meriti Christi & fidei, sed etiam intuitu operum nos elegisse ad salutem, adeoque in ipsum redundat Pelagianismus*, quem nostris voluit impingere.

III. Dicit, *non quæri, an ulla sint istius decreti causa penes DEVM & rationes dispensationis sua habeat, sed an illa sint in homine extra DEVM*: Ast 1.) si non repugnat dari in DEO rationes & causas decreti, etiam non repugnabit dari causas & rationes in homine extra DEVM, qui enim possumus dicere, *DEVM habere causam intra se*, nisi etiam dicamus, *DEVM habere causam extra se*? hæc enim sunt *relata*? 2.) Annon lapsus hominis est causa in homine extra DEVM, cur quorundam fuerit miserus, non enim misereri potuit nisi supposita miseria, quosdam autem reprobavit, ut *infralapsarj* sentiunt. 3.) Nequidem rationem vult in homine admittere extra DEVM, At ratio non est causa, sed ab illa abstrahit, E. absolutissimè absolutum decretum, non tantum excludens *causam impulsivam*, sed etiam *rationem movendi* DEVM à decreto prædestinationis excludit.

IV. Dicit, *non quæri, an fides sit conditio vel causa saltem organica salutis decreta extra DEVM, sed an sit conditio vel causa ipsius decreti in DEO*, At frustra distinguit *inter salutem decretam, & inter ipsum decretum*, quod enim causa est salutis decretæ, id etiam est causa im-

pulsiv-



impulsiva ipsius decreti, quod patet non tantum ex ratione causæ impulsivæ, quæ in *motione voluntatis* consistit, sed etiam in exemplis Scripturæ; sanè si quæramus causam impulsivam, cur David Mephiboseto assignavit mensam regiam, respondendum erit, merita patris Jonathanis fuisse: Sicut igitur merita Jonathanis fuerunt causa motiva mensæ decretæ, ita etiam causa impulsiva fuerunt decreti formandæ de mensâ, neque enim alia potest assignari; Ut autem in præmiis, ita se quoque res habet in pœnis; si enim quæras, quæ fuerit causa, cur David supplicium decreverit Amalekitæ, adeoque decreti supplicii, respondebis, quia ille dixit se occidisse Saulem, At hæc causa non tantum causa fuit decreti supplicii, sed & causa ipsius decreti de supplicio inferendo, 2. *Sam. IX. 1.*

V. Carpit *Pontificios*, & rectè quidem; Quidam enim cum Becano *Pelagianismum* profitentur, quidam cum Bellarmino, Janzenio & Jansenistis *Calvinianis* adhærent, sed Th. VI. dicit, *etiam Lutheranos inter se scindi, Lutherum fuisse Calvinianum, variè loqui Jacobum Andrea, Hunnium, Gerbardum & alios, non deesse tamen, qui sanius hic & sentiant & loquantur, & inter ceteros Celeberrimum Calixtum.* Ast 1.) Lutherum malè accenset Calvinianis, qui universalem gratiam defendit, meritum Christi & Vocationem, malè hoc ipsum probare fatigat ex *L. de Servo Arbitrio*, quia quamvis duriores in illo Phrasæ occurrant, tamen id diluit Lutherus, & retractavit in *Comment. in Gen.* qui posterior longè fuit scripto illo de servo Arbitrio; 2.) Malè scissionem nostris Theologis impingit, nam sibi invicem non contradicunt, qui fidem dicunt *causam instrumentalem respectu meriti Christi*, ut in *Justificatione*, ita in *electione*, & qui dicunt esse *causam impulsivam*, si scilicet spectetur meritum Christi fide apprehensum. 3.) Malè commendat in hac materiâ *Calixtum*; hic enim 1.) censuit hanc *Contraversiam non esse ita comparatam, ut fundamentum fidei subvertat, ut non possit aliquis vel hanc vel illam sententiam assumere*, prout & *Christianus Drejerus*. 2.) *Calixtus Augustinum* facit Autorem Sectæ *Prædestinarianorum*, & cum ipso *Drejerus*. 3.) Si placet addere Collegam *Cunradum Hornejum*, patebit illum statuere, *DEVM in electione respectum quoq; habuisse ad opera, & proinde non nisi illam prævisione tantam meritis Christi fide apprehensæ.*

VII, Agit contra *Arminianos*, à quibus recedunt nostri, in VIII. autem Th. dicit, *Reformatos unanimi consensu Ecclesia negare prævisionem fidei, nec ob stare quod quidam aliter sentire videantur, consentens DEVM primò decrevisse fidem dare homini quàm illum ad vitam destinavit*, atque allegat *Testardum*, *Capellum*, qui *Cameronem*, *Amyraldum* & cæteros sequuntur in Ecclesiis Gallicis. At L) quomodo potest crepare unanimem consensum in decreto absoluto in exclusione prævisæ fidei, cum tamen tanquam digitos suos nocit *Amyraldum*, *Testardum*, *Capellum*, *Dallaum*, & cæteros, qui in Galliâ sequuntur *Cameronem* *dux* *Ala* *marçw* dissentire à *Calvinianis* rigidioribus, tum quia illi universalitatem gratiæ, meritum Christi & vocationis spiritus fervidissimè propugnant: tum quia ipse *Testardus* directè dicit, *electionem ad justificationem & gloriam esse ex fide prævisâ, & objectum electionis credentem esse quàm credentem*, cui subscribit *Capellus*: Anne consensus esse potest inter duas hæc propositiones: *Electio est ex fide prævisâ, & objectum ejus est credens quatenus credens*, & hæc: *electio non est ex fide prævisâ, & objectum electionis non est credens quàm credens*, sed vel homo lapsus, secundum infralapsarios, vel creabilis secundum supralapsarios, tum quia scriptis publicis Calviniani rigidi refutavit sententiam *Amyraldi*, ut patet ex Exercitationibus *Spanhemij*, imò ipsos infralapsarios, ut patet ex Disputatione *Bersingij* contra *Maresium*. 2. Non refutat hæc sententiam *Turretinus*, nisi dicendo, *ad sententiam Arminianam propius accedere, & à receptâ hætenus in Ecclesiis Calvinianis sententia recedere*, credo, quod difficile ipsi visum fuerit in cæteris de voluntatis divini universalitate Gallos refutare. 3.) Alia in parte genuâ labant huic opinioni, tum quia electionem ad justificationem & glorificationem vult *Testardus* esse *ex fide prævisâ*, tanquam *conditione quâdam priore missione Filij*, At *DEUS* non destinavit salutem sub conditione priori missione Filij, sed missionem Filij præordinavit fidei conditioni, neque misit Filium, si credant homines, sed misit Filium, ut credant, ita ut fides ordine sit posterior: tam quia destinatio ad vitam æternam nititur conditione fidei & pœnitentiæ secundum *Capellum*, sed per gratiam irresistibilem introductâ; reliquos autem quod concernit, qui non sunt absolute electi, penes illos conditio pœnitentiæ & fidei est

impossibilis, dicunt enim Cameronistæ, *DEVM velle omnes homines salvos fieri, sed sub conditione fidei, si scilicet credant, per decretum autem absolutum electionis solis credentibus destinatum esse fidem & persistentiam, reliquos omnes à decreto dandi fidem absolute esse exclusos*, adeoque in turpem contradictionem involvunt dicendo, *DEVM velle omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis pervenire*, & tamen dicunt *DEVM velle agnitionem veritatis, penam & fidem omnibus dare, sed tantum paucis*: quemadmodum si quis ad cenam invitaret opiparam & lautam, & diceret, comedite & bibite, ut robusti fiatis ac sani, & tamen maximæ parti digitos præscinderet aut manus amputaret, sanè laderet istiusmodi convivas, contradictoriam propositionem in corde suo haberet exteras, hinc ipsi Calviniani agnoscunt, *Cameronistas cum ipsis in centro conspirare*; tum quia Scriptura abnuit, quæ ita habet, *sic DEVS dilexit mundum*, Joh. III. &c. non dicit, *Christus misisse se credant, sed ut credant*, adeoque missio Filii præcessit fidem, ut siue homines credant, siue minus, DEUS tamen Filium suum miserit, quemadmodum ut ex antecedente liquet, erigi iussit serpentem in deserto, non si Israelitæ in ipsam respicerent, adeoque sub visione tanquam conditione priori, sed erectus fuit ille serpens in remedium plagæ, siue respicerent ipsam, siue non, salus autem non fuit medicinalis fructus nisi sub conditione visionis; ita salus nobis non confertur nisi sub *mære* fidei, ita ex *salus pendeat à fide*, non autem voluntas DEI universalis, aut missio Christi in mundum.

X. Hæc in Th. proponit rationem, quæ solutâ cæteræ erunt faciles, atque dicit, *fidem & obedientiam esse electionis fructum & effectum non itaq; esse posse causam vel conditionem præviã, repugnare enim idem simul offerantem & effectum, eligi ex fide, & eligi ad fidem*. Major probatur Rom. VIII, 20. Eph. I, 4. Act. XIII, 48. In Th. XI, XII, XIII: nostrorum exceptiones ad loca Scripturæ examinat, &c. (A) Major propositio nimis debilis est ad sustentandam hanc molem, quæ non repugnat idem simul esse causam & effectum, eligi nos ex præviã ad fidem & eligi siue vocari ad fidem actualem. Idem non potest esse causa & effectus scilicet formaliter, bene tamen materialiter. b) Quod minoram concernit, Primum; locus Rom. VIII. quos prædestinavit, &c. non concludit, tum quia supponit agi de *vocacione ad fidem*, & quidem ex

*absoluto decreto*; tùm quia supponit vocationem esse effectum prædestinationis. At vocatio pertinet ad voluntatem DEI Antecedentem, ad misericordiam ejus universalem, neque est Effectus prædestinationis, cum autem Paulus dicit, *quos prædestinavit, hos & vocavit*, non agit de vocatione generali, ex affectu DEI universali promanante, sed de vocatione cum effectu suo compositâ, quâ non tantùm vocantur prædestinati, sed etiam obediunt vocationi, sese submittunt, & manum jungunt dextræ divinæ, quo sensu vocabulum vocationis usurpatur, I. Cor. I, 27. 28. 29. tùm quia prædestinavit conformando tales imagini seu exemplari Filij. Exceptiones autem ad h. l. nullius sunt momenti; dicit nos excipere, non intelligi vocationem ad fidem, sed ad crucem, verum hoc falsum esse, quia non alia vocatio possit intelligi quàm ad fidem & obedientiam, cum agatur de vocatione secundum propositum; At verò fideles dicuntur prædestinati non ad fidem, tanquam ad medium, excusivam prædestinationis. Nam à DEO prædestinante in actu prædestinationis ut fideles considerantur, ita ut fides sit conditio eligendorum, objectum verò conditionibus finis affectum, non quidem ordine existentis, sed intelligentis hoc loco intuitu divino prius est actione, quæ versatur circa eam, sed dicuntur prædestinati ad effectum fidei, & ad personas, aliâ hæc ita essent resolvenda, quos DEUS prævidit certo credituras, hoc etiam præordinavit ad concipiendam fidem, neque si prædestinavit vi propositi, prædestinavit vi propositi & decreti absoluti, sed propositi illius, quod ex benevolentia procedit, & supra fuit explicatum, nec admittere possumus vocationem aliquam in efficiente ex natura sua, quia nulla talis secundum Scripturam datur, sed tantùm ex Eventu. Secundo respondet, vocationem hic intelligi ad fidem, quia præponatur justificationi, & cum eâ inseparabiliter cohereat; verum vocatio efficax seu cum eventu conjuncta, de quâ hic sermo est, utiq; præponitur justificationi, idè illam quasi includit, nec tamen negandum, agi hîc de prædestinatione ad conformitatem Christi tùm in sermone, tùm in gloria. Tertio respondet de tali vocatione hîc agi, quæ immediatum effectum electionis sit, quod de cruce dici nequeat, & utut in subsequente versiculo agat de tali vocatione, non tamen in v. præcedente, neque negari potest crucem etiam secundam Calvinianos esse effectum electionis, si enim crux tantùm Electos premit,

mit, peena verò reprobos, *crux effectum* erit electionis, si non *immediatum*, tamen *mediatum*. Quartò dicit, *prædestinationem* non *aliam posse intelligi, quam saltem, qua certò conjuncta sit cum justificatione & glorificatione, & secundum quam omnia in bonum cooperentur DEVM diligencibus, quod de absoluta tantum dici possit, non de conditionali*; At hoc ipsum est falsissimum, *illam prædestinationem, qua certò conjuncta est cum justificatione & glorificatione, esse absolutam*, sanè ipse textus repugnat: dicit enim Apostolus *1. 29. quos præcognovit, hos etiam præordinavit*, præcognovit autem credentes vel credituros, præordinationi præmittitur *πρόγνωσις*, quæ verò ad fidem reflectit, unde ipsi Calviniani, quia vident, inimicum hoc esse ipsorum assertioni, illud præcognovit *non secundum naturam significationem* accipiunt, sed in locum *actus intellectus actum voluntatis* substituant, & interpretantur, *decrevit*.

XII. Hæc in Thesi respondet ad dictum Eph. I. *perperam regeri, fideles etiam eligi posse ad sanctitatem, tum quia eo ipso, quo fideles, jam supponuntur Sancti: tum quia Apostolus doceat, benedictiones spirituales, ex quibus fides, fluere ex Actiano: tum quia licet fides antecederet se habeat ad adoptionem, non sequi, pariter sese habere ad electionem; At: 1.) utique fideles dici possunt: eligi ad sanctitatem tanquam fructum; & 2.) dicimur Electi εἰς ἁγίους, quia DEUS indicat non meritoriam causam, ut volunt Pontificii, non enim dicitur elegisse οὐ ἐσμεν, idè quia sumus sancti, sed elegisse nos, ut essemus sancti: neque per exclusionem causa instrumentali, fidei, quam significari volunt Calviniani, & cum illis Turretinus, sed finalis sanctitas, tum imputata tum inchoata in hæc vitâ intelligitur secundum nostros Interpretes, quæ consummabitur in alterâ. Quod autem opponit, hoc ipso quo fuit fideles, jam supponi sanctos: R. nil dici contra nos, partim, quia fides dupliciter spectari potest, aut ut virtus relata ad tabulam primam, aut ut instrumentum justificationis, fides pertinet ad sanctitatem priori modo, non posteriori, nam posteriori modo non est pars sanctitatis: tum quia distinctio sanctitatis spectatur vel ut imputata, vel ut inchoata, vel ut consummata, pro diversitate respectus fides vel simul est cum sanctitate, vel eadem prior est, simul est cum sanctitate imputata, de qua non est sermo Apostolo accuratè loquendo, Prior verò est inchoata & consummata; tum quia gratia eligenti distinguenda est:*

ab ipsa electione, fides est simul cum ipsa electione, posterior gratia electionis, 3.) Sanctitas hic intelligitur inchoata aut consummata: Inchoatam intelligunt Calviniani sive Contra-Remonstrantes: Consummatam verò Remonstrantes sive Arminiani; quocunq; autem modo intelligatur, nil contra nos obtinent; si enim Apostolus de consummatione loquitur, quàm Interpretationem firmant Remonstrantes ex Eph. V, 27: Apoc. XIX, 2. & 6. planè nil concludunt, ita enim sensus erit: *Elegit nos DEVS in Christo in hunc finem, ut effemus sancti in altera vita & ἀμωμοι, nec dicit, elegit nos in Christo ut crederemus, sed ut sancti & inculpati effemus*: si verò de sanctitate inchoatâ accipiamus, cum Calvinianis, fides est illâ prior, causa & principium, quod in sanctitate non includitur, sanctitas autem posterior, ut principiatum & effectum fidei. II. Falsum est, omnes benedictiones spirituales & consequentæ fidem dari nobis in electione, sed datur fides ex gratia vocationis per verbum, quod spectat ad voluntatem DEI antecedentem. Rectè autem docet, non debuisse electos esse omnes, Eph. 1. si de electione completa locus hic accipiatur, nam ut non dicam electionem malè distingui ita, rectè dicit, locutiones istas esse synecdochicas: 3. Fallit, cum dicit, fidem se habere antecedenter ad adoptionem, & tamen non pariter ad electionem, ut enim justificamur & adoptamur in tempore, ita etiam eligimur ab æterno, ut ipse Spanhemius scripsit, executionem esse speculum decreti.

XIII. Aggreditur locum Act. XIII, 48. atque refutat Exceptiones Pontificiorum & Arminianorum, dicit 1.) nihil esse, quod Paulus usus sit vocabulo *προτιτυμένοι*, quia verbum simplex *τιτυμένοι* ponatur pro composito, ut Rom. IX, 22. Verum nostri non utuntur hac exceptione, sed Interpretes Pontificii, Stapletonus, Lorinus & Salmero, quamvis planè Calvinianis accedat Lib. Fromundus, Tilemannus & Corvinus citet, atque hunc locum de praordinatione seu predestinatione aeterna accipiat contra socios religionis. Largimur itaq; parum praesidi esse in hoc, quod Pontificij dicunt, non occurrere vocem *προτιτυμένοι*, sed *τιτυμένοι*. 2.) Respondet, licet non dicantur à DEO ordinati, sensum tamen alium esse non posse, nisi velimus à seipsis ordinatos esse, quod Pelagianum: Aut 1. non dicuntur illi *τιτυμένοι* ordinati esse à DEO: 2.) Non tantum Arminiani, sed & ex nostris Theologis Hunnius, Flaccius, Bren-

sius,

tim & nostri *Würtembergenses*, in Scripto adversus *Heidelbergenses* accipiunt hanc vocem de ordinatione non à DEO factâ ex decreto absoluto, sed de ordinatione factâ ab ipsis Gentilibus, quod scilicet *τῶν* divinam observarint, ordinem mediatorum gratia, neque pertinaciter reluctati fuerint verbo, tetenderint hâc ipsâ viâ ad vitam æternam, idque tum ex eo, quia illi Gentiles *πῶς* opponuntur *ἀνάγκης* Judæis, qui verbum conculcârunt: tum ex eo, quia aliâs sequeretur, DEVM decreto peremptorio reprobasse Judæos, & nihilominus voluisse, ut Paulus primum ipsis annuntiaret Evangelium, quod est potentia DEI ad salutem, *ῥῆσιν*. I. adeoque contradictorias voluntates in DEO fuisse circa unum idemque objectum: tum quia sequeretur, Apostolum exprobrasse Judæis, quod non crederent Evangelio, qui tamen per absolutum decretum non poterant, adeoque impossibilitatem illam refundere poterant in decretum absolutum. 3. Pelagianismus non sequitur ex hâc sententia, tunc enim sequeretur, si cum Interpretibus quibusdam Pontificiis dispositionem aliquam Physicam & activam tribueremus his gentilibus vi vocis *πῶς*, adeoque transitive hanc vocem acciperemus, sed nostri Theologi accipiunt intransitive, qui vel quotquot erant *πῶς*, undecumque illa *τῶν*, an ex seipsis, an verò ex mediis gratia dæcenter observatis, eo loquendi genere, quo Paulus est usus, Rom. IX. dicens, *vasa ira esse καταρτισμένα*, intransitive, præsiñdendo ab adaptante illa ad interitum. 3.) Rectè urgent non tantùm Arminiani, sed & nostri, ita revelari debuisse istorum electionem, & quidem singulorum, nec obstat, quod reponit, suffecisse ut Apostolos colligeres electionem ex fide, tanquam causam ex effectu, tum quia ex fide non poterat colligere, cum prolixè disputet Spanhemius, etiam reprobos concipere fidem, sentire suavitatem divina dulcedinis & gratia, quod autem commune est Electis & reprobis: tum quia aliud est fides, & aliud professio fidei, crediderunt si ve professi, sunt fidem illi Gentiles, corda autem illorum intreri Paulus non potuit: tum qui falsum hîc supponitur, nempe, qui semel firmam fidem & fiduciam concepit, non deinde posse illâ excidere, & consequenter fidem esse argumentum electionis, cum tamen dentur *ἄπιστοι*, qui ad tempus credunt, &c. Luc. VIII. Aliam aggreditur Exceptionem, & dicit, *nusquam in Scriptura*

*πῶς*

*παραμένει* sumi pro *disposito*, & pugnare cum *textu*. At *παραμένει* intelliguntur etiam vi Græcæ vocis, qui sunt *dispositi*, frangi, non dissolvi, ut constat ex *Budæo*: 2. ἀτακτοὶ non tantum opponuntur εὐτακτοῖς, sed etiam παραμένεις, qui ordinem observant, & eo ipso sunt εὐτακτοὶ; Locum *1. Cor. XVI, 15.* urget *Vossius*, ubi illum relinquimus. Tandem *supponi* dicit *gratia*, hominem irrogenitum posse esse dispositum ad vitam æternam, antequam credat in Christum, at qui hoc non dicimus, nempe per *παραμένεις* dispositos *physicè & activè* esse intelligendos, sed dispositos per ipsam non-resistentiam & fidem verbo *divino adhibitam*.

## QUÆSTIO XII. De Electionis Certitudine.

Quærit, *an constans sit & immutabilis certorum hominum ad salutem electio*, atque affirmat contra *Remonstrantes* dicens *Th. II. Arminianos ut Apostasiam Sanctorum tueantur, electionis mutabilitatem statuere, ideoque duplicem eam fingere, aliam incompletam & non peremptoriam, aliam verò completam & peremptoriam in fide perseverantium & morientium, quæ sit immutabilis, &c.* 3.) Opponit sententiam *Orthodoxorum, h. e. Calvinianorum*. Verum secundum *Theologos Tubingenses* distinguendum est inter electionem hominum ad salutem ex provisione fidei perseverantis æterna, & inter electionem hominum temporalem, quæ fit per verbum & sacramenta, quibus respondet fides; Priorẽ electionem concedunt esse immutabilem, Posteriorẽ verò dicunt esse mutabilem, quia non tantum dantur in fide perseverantes, sed & à fide deficientes secundum illud *Luc. VIII. b) Arminianos* pungit, qui distinguunt inter electionem completam & incompletam, verum 1.) nostricum *Arminianis* in eo conveniant, quod statuunt *Apostasiam Sanctorum*, quam *Bertius*, qui primum erat *Calvinianus*, dein factus *Arminianus*, postmodum *Papista*, *Peculiari Tract.* probat, de hac materia edito: Certum enim est, Electos tantum temporaliter tales posse deficere totaliter & finaliter à fide, Electos verò æternaliter posse deficere totaliter, ut ut non finaliter à fide, prout hoc patet ex exemplo vel solius *Davidis*. 2.) Quicquid sit de terminis com-

pleta



*pleta vel incompleta electionis, quos Arminianis relinquimus etiam,*  
*nostri tamen duplicem electionem statuunt, unam quæ revocari possit,*  
*& irrita fieri ex inconstantia hominum, qui à fide desiciunt, aliam in*  
*fide perseverantium & morientium, atque dictum Eph. I. Elegit nos*  
*in Christo ante jacta mundi fundamenta accipiunt de perseverantibus in*  
*fide, de illis, qui electi sunt ab æterno, cætera verò dicta Job. III. & VI.*  
*de illis, qui credunt atque ad tempus tantum stant deinde cadentes,*  
*hocq; ipso se discriminant ab Arminianis, qui negant electionis vocem,*  
*nullibi in Scriptura usurpari de actione inmanente æterna, atque volunt*  
*electionem semper in Scripturis notare adum quendam externum, &*  
*dictum illud Eph. I. exponunt non de ipsa electione, sed de decreto ele-*  
*ctionis. 3.) Liticula ulla inter Theologos de electione, quibusdam*  
*temporalem negantibus, quibusdam affirmantibus facile componi*  
*posse videtur, si scilicet attendatur Electos accipi vel in latiori sensu,*  
*vel in strictiori, atque tamen proprio; qui perseverantes in fide tan-*  
*tum electos volunt, vocem hanc accipiunt strictissime, qui verò etiam*  
*credentes Electos dicunt, quatenus & quamdiu credunt, illi latiore*  
*significatu vocabulum Electionis adhibent, atque ita extendendam*  
*esse hanc vocem patet, partim ex Scriptura, quæ Marc. XVI. Joh. III.*  
*& VI. dicit, qui credit, & baptizatus fuerit, salvus erit, qui non cre-*  
*dit, damnabitur, ubi nondum ad individua descenditur, neque per-*  
*severantia adjicitur, sed dicitur, quicumq; crediderit, salvabitur, adeo-*  
*que summam electionis, summam voluntatis divinæ consequentis*  
*nobis exprimit: partim, quia liber symbolicus Formulæ Conc. ita*  
*loquitur, Predestinatio DEI non est inter opera DEI scrutamina, sed*  
*in verbo DEI, in quo revelatur, quatenus, verbum autem DEI ad Chri-*  
*stum nos deducit, is est liber ille vita, in quo omnes scripti & electi sunt,*  
*qui salutem æternam debent consequi. partim ex nostris Theologis, Lu-*  
*therus, qui in caput. Gen. XXVI. scribit: Si Christum audieris, & in*  
*nomen ejus baptizatus fueris, atque verbum ejus diligis, tunc certus es præ-*  
*destinatus, & de salute tua certus, Jacobus Andrea docet, verbum DEI*  
*dicere, in Christo Electos esse quosque in ipsum credunt: Brentius, qui in-*  
*venit se in Christo per fidem, nihil certius est, quam quod inveniat nomen*  
*suum scriptum in libro vita: Imò in Actis Haberianis Theologi refutant*  
*sententiam certitudinis electionis ex paritate cæterorum decreto-*

nam, quod probatur dictis Scripturas: Att.) si ex eo est consequens planè immutabilem esse electionem, quia est ex decretis DEI, consequens quoque est, decretum de *Justificatione esse immutabile*, neque illa posse excidere illum, qui semel est justificatus, quod tamen tristis casus refutant: 2.) Consilium DEI utique stat, quicquid sit de *subjectis*; mutabilitas enim sive mutatio non est intelligenda respectu DEI, sed respectu *hominum*, immotum manet *consilium & decretum DEI etiam Electionis*; quicumque crediderit, &c. *Marc. XVI.* et ficiat, qui à fide deficiant, adeoque mutantur: 3.) Decretum DEI duplex est, *absolutum & hypotheticum*.

IX. Dona DEI sunt *ἀπερὸν μὲν ἔστι*, scil. quæ procedunt ex decreto *absoluto*, non autem *hypothetico*; proponit alteram rationem, quia Electi non possunt seduci, verum ex nostris Theologis sunt & quidam *Tubingenses*, qui illud impossibile accipiunt pro *difficili*, quemadmodum Christus dixit *Marth. XIX. Impossibile est divitem intrare in regnum caelorum, h. e. difficile.* 2.) Per Electos non intelliguntur hic *perseverantes* in fide, qui vi prævisionis divinæ seduci non possunt, sed intelliguntur *Credentes*, qui uti deficiere, ita etiam seduci possunt. 3.) Impossibilitas est vel *absoluta* vel *hypothetica*: Non loquitur de illa, sed de hac, si scil. ordinem divinum non observent.

X. Sequitur tertium Argumentum ex dicto *Rom. IX.* ad quod jam responsum; in antecedentibus.

XIV. Progreditur ad Quartum, quia *Electorum nomina scripta sunt in caelis; Luc. X, 20.* At 1.) etiam *Justificationum nomina scripta sunt in caelis*, hi enim palmitæ sunt in Christo, *Job. XV.* Christus est liber vitæ secundum Form. *Concord. E.* qui Christo per fidem est insitus, electus erit per fidem: 2. Nomina scripta sunt Electorum in caelis, in libro vitæ, sed ita ut possint iterum deleri, *Exod. XXXII. Psal. LXIX, 3.* Quid si de Apostolis accipiamus, qui & in fide perseverarunt, & quorum nomina quoque in caelis erant scripta; agit enim de illis, quibus Spiritus subjecti, quos emisit, quique non debebant gaudere ob dæmonum subjectionem, sed ob nominaum scripturam in caelis.

Author locum sibi objicit *Exod. XXXII.* & respondet, non liberam vitæ aeternæ, sed *providentia seu vitæ presentis* intelligi, idque ratio-

rationibus confirmare fatagit : denique respondet , *quod si de libro vitæ intelligeretur, nil tamen concludi*, idque exemplo Christi illustrat & Pauli. Ast 1.) non intelligi librum *providentiæ divinæ & vitæ temporalis*, tùm ex eo patet; quia tunc temporis populus adhucdam erat impenitens, in cuius locum substitui voluit Moyses, impenitentes autem & contumaces non morti temporali tantùm sunt obnoxii, sed *vitæ æternæ*, & quidem vel maximè : tùm quia nil magni & ponderosi fuisset, si voluisset Moyses jam octogenarius & vitæ temporalis pertæsus vitam suam interponere, pro tàm numeroso populo sese inserponere : tùm quia responsio DEI *ψ. 10.* ad mortem æternam usque sese extendit, quemadmodum cum Nathan Davidi dicit *2. Sam. XII. ipsum esse virum mortis*, non tàm de morte temporali, quàm *æternæ* loquitur, & *Ezech. XVIII, 20.* dicit DEUS, *anima, qua peccavit, morietur, morte, scilicet æternæ*, prout Theologi nostri exponunt contra *Spanhemium*, planè *ἀναλόγως* responsioni divinæ, Mofi dante, *Psal. 33.* & nonne is, qui enormiter in DEUM peccat, est dignus electione, obnoxius morti æternæ, num talis præsumendus est inscriptus manens in libro vitæ ? 2.) Rationes pro sua sententiâ, quas adducit, non concludunt; Non illa, *quod mentio fiat tantùm Libri DEI, non libri vitæ*, partim, quia ipse *Turretinus* concedit per *deletionem à libro vitæ* esse intelligendam *illationem mortis temporalis*, imps autem temporalis, ut privatio, opponitur vitæ, Et liber vitæ hic intelligitur, adeoque nil facit illud pro *Turretino*, quod liber tantùm DEI dicatur: partim, quia si universam Scripturam percurramus, Liber DEI, in quo scripta sunt nomina fidelium & Electorum est liber vitæ, & quidem *æternæ*, quia est liber benevoli Affectus erga fideles & credentes, quibus beatitudinem promittit; partim, quia non alius liber commodè hic intelligi potest, non liber scil. *Judiciorum DEI*, non *liber generalis*, utpote qui omnes creaturas inscriptas habet, & præterea si liber vitæ temporalis hic intelligeretur, quomodo *singulari* quid evaniret, cum & fideles & infideles ita moriantur, & ex Libro DEI deleantur : Non concludit altera ratio, *quod scil. vocum Moysi respondere debeat pœna, quam DEVS adversus populum fueris interminatum, &c.* falsissimum enim est, hanc interminationem mortem temporalem tantùm respexisse, qui enim sunt impeni-

penitentes & contumaces, qui sunt sub ira & furore DEI, illis non tantum interminatur DEUS mortem *temporalem*, sed & *eternam*. Tertia denique ex Num. XI. non huc quadrat, cum aliud sit iugitu molestarum vite hujus abruptionem petere, & quidem molestiarum, quæ propriam premunt personam, quarum abruptio fit per mortem temporalem, & aliud, ex affectu ardentissimo erga tam numerosissimum populum, adeoque non in propria causa, nec ex incumbente molestia, sed ex grandi flagitio, quo sese contaminarat populus, optare fieri victimam *succedanea*, nec à DEO interfici, sed deleri ex libro vite.

Altera Exceptio est, *subintelligi conditionem, si scilicet fieri possit*. Atqui stante hac interpretatione multa sequentur absurda, tum quia sequeretur comminationem divinam non fuisse tam severam, neque DEUS unquam in animum induxisset delere à libro vite, si id planè fasset impossibile; tum quia non tantum Moses sui deletionem petiit, sed & ipse DEUS dixit, *à libro vite mea delebo, qui in me peccaverit*; Finge verba hæc conditione circumscribi, *à Libro vite mea delebo, qui in me peccaverit*, scil. si possibile, h. e. non delebo, quia impossibile: tum quia propositio affirmativa & assertiva *simpliciter talem* vertit in *hypotheticam*, & quidem in *hypotheticam*, quæ est *conditionis impossibilis*, adeoque iussisse Moses petendo, iussisse DEUM respondendo. Exempla autem, quibus illustrare satagit, non conducunt: Non primum Christi, quia Christus orat Patrem, *ut à se transeat calix iste*, verum non sub *tacita* conditione, sed *expressè*, dicit enim, *Pater, si possibile est, transeat à me calix iste*: non exemplum Pauli, qui optabat *anathema* fieri pro fratribus, partim, quia adhuc disputant interpretes, inprimis *Cajetanus* & *Toletus*, annon Apostolus agat de *statu præterito*, cum adhuc esset in *Judaismo*, execratio fieri pro fratribus, nade *Vulgatus* vertit, *Optabam*, in præterito imperfecto, tum quia si *Calvinium* Duce[m] *Turretini* sequamur, Paulus in hoc votum *confuso anime* erupit, neque *deliberata mente* id ipsum pronuntiavit, sed *affectu turbato*, quasi abreptus: tum quia non necessum est, ut per *anathema* sive *separatum à Christo* intelligamus *separatum quoad gloriam & felicitatem*; Sanè *Simon Episcopus* non ita intellexit, quem secutus est B. noster

Dau-

*Dannbarverus*, atque intellexit de *separatione à gratiâ & sanctitate*, verum non *perpetua*, sed *ad tempus aliquod* desiderans *excommunicatus esse & abscissus à Christo*, ejusque *Ecclesiâ*, neque hoc *ingratum DEO*, sed si *æternum optasset separatus esse*, verum affectus *intelligentissimi indicium*; cæteros verò, qui de morte *Pauli temporali* hæc exponunt, refutat *Laurentius in Paulo duoverto*.

### QUESTIO XIII.

Quærit, *an fidelis possit esse certus de Electione suâ, certitudine non tantùm conjecturali & morali, sed infallibili & fidei*, ac affirmat, contra *Pontificios & Remonstrantes*; Th. II. exponit *Pontificiorum* sententiam, & Th. III. *Adminianorum*, cumque ut *digitos suos noverit*, *Escherabus* quoque dissentire in hæc *Quæstione*, atque à *Calvinianorum* sententiam in *diversum abire*, illos tamen præterit, qui quidem parati sunt *sententiam suam docere*, & *Calvinianorum* hoc in *puncto* *infirmæ incertitudinè* arguere: In Th. II. exponit sententiam *Pontificiorum* ex *Canone Concilij Tridentini*. b) *Dissensum* notat, & tandem 3.) *Certum esse* asserit plerisque *Jesuitas imprimis id ita interpretari, quod fidelis ex signis & conjecturis probabilibus, quidem de futura suâ salute bene sperare possit, nil tamen certi concludere, & certitudine fidei cognoscere, &c.*

Sec 1.) *Concilium Tridentinum* equidem adducitur, verum non tanto robore, quo gaudere deberet in hæc materia, tum quia contra id *Concilium* protestatus est *Rex Angliæ*, cujus *Protestationis Historia* legi potest apud *Petrum Suavem Polanum, p. 48.* tum quia *Henricus II. Rex Galliarum* neminem ad id voluit adstringi, nec dignatus est nomine *Concilij*, sed *privatam Conventionem* vocavit, qui coactus sit quibusdam obsequendi & *privatam utilitatem* querendi causa: Imò procurante *Cardinali Pelleve* in generali *Ordinum Conventione Lutera* omnis vis obligandi huic *Concilio Tridentino* publicè denegata fuit, & in *Lusitaniâ* *Gallus* quidam fuit exultus tanquam hæreticus, quia scilicet detrectavit assensum huic *Concilio*: tum quia *Martinus Eisengrün, Profess. Ingolstadi.* *Canonem XIII.* quem allegat *Turretinus*, flectit in *certitudinem fidei*, & non veretur ad eandem *certitudinem* trahere *Cothurnum* illius *Canonis*, docereque satagit ex omnibus *receptis Theologis, Patribus, Scholasticis, Neotericis, hanc*

sententiam de *Certitudine* esse propugnata[m] à Concilio, vel saltem non oppugnata[m]. b) De *sententia Decreti Synodici non satis inter se consentire Adversarios*, rectè dicit, partim, quia in ipso Concilio Tridentino *Ambrosius Catharinus, & Marinianus, Episcopi*, fortiter sese opposuerunt reliquis, & certitudinem hanc propugnarunt: partim, quia extra Concilium dissenserunt, ita ut *Alphonsus à Castro L. VII.* adversus hæreses, scribat, *doctrinam de incertitudine gratia non placuisse omnibus Synodi Tridentina Patribus, siquidem plures eorum salutis certitudinem docere voluerint*: partim, quia *Libertus Fromundus* extremè Pontificius, scribit, *quamvis de certitudine tantùm morali accipiant Locum Rom. VIII, 38. de omnimodâ tamen & plenâ fidei certitudine accipit Augustinus Propositione LVIII. in Epistola ad Rom. nam certum est de fide, nullos Electos, de quibus loquitur Apostolus, separandos esse finaliter in perpetuum à charitate divina, & idem verbum Græcum in tantâ certitudine accipit Apostolus infra Rom XIV, 14.* 3.) dicit, *certum esse plerisq[ue] Jesuitarum imprimis id ita interpretari, At omnibus opponimus Guilielmum Esthium, qui ita: Unusquisq[ue] fidelis Electorum numero se jungere potest, & debet exemplo Pauli, idq[ue] tantâ majori fiduciâ, quam id p[er]itura ac majora percipit in se signa electionis, verus igitur sensus est, certus sum, i. e. Certa fide mihi persuasum habeo, & ut Hieronymus in Comment. ad Gal. I. expressit; Scio, &c. quod neq[ue] mors, &c.*

III. In hac Th. agit contra *Arminianos*, qui dicant; *Laudabile ac utile esse dubitare, an ñ semper futuri simus, qui nunc sumus; Alt 1.)* si hoc dicunt *Arminiani*, non dextrè loquuntur, nam præsens status gratiæ excludit omnem dubitandi rationem de perseverantiâ, eum nihil causarum desit, sive ad posse sive ad velle, tum de *presente*, tum de *futuro*, neque consequens est, hic vel ille potest fieri contemptor, homicida, fur, adulter, &c. E. *Causas* habet dubitandi, an de præsentem sit, vel permanens quoq[ue] probus, multò minus illa dubitatio est laudabilis ac utilis; ut voluit *Collatores Magiensis*. 2.) Rectè in eo procedunt *Arminiani*, dum sensum electionis in hac vita statuunt esse *conditionatum*, verum errant in hoc, quod dicant, *se non absolute negare eas ipsos Credentes posse à vera fide desicere, sed dicere tantùm, Arminianos plenâ animi nostri πληροφροσυνα hoc ipsum non posse docere, prius quam accuratius illud ex Scriptura exquisiverint,*

ex eodē plenius edocē sint, quapropter accuratorem inquisitionem postulant à Calvinianis, quanquam anno hujus Seculi XV. victi sint à Collatoribus: In actis verò Synodalibus intrepidè afferunt, propugnant, quæ anno hujus Seculi XX. sunt edita: Unde etiam Amersus in Coronide ad Collationem Hagiensem scribit, adeo indubium esse apud omnes hanc ipsam esse dogmatum illorum sententiam, ut magis id facere, testati essent supervasanea diligentia. 3.) Verentur & quidem non malè, ne talis certitudo sit peccatoribus loco Pulvinari, quo sripfos mollior foveret & suaviter demulcere queant; Sanè Collatores Hagienfes hoc ipsum maximè urserunt scribentes, si quis dicat Concionator, videte etiam atque videte, Filij mei, ne forte gratiam negantes, vosmet ipsos in periculum conjiciatis amittendi fidem & salutem, est autem ego vosmet convenienter Scripturis ita admoneam, nihilominus certi estote, nunquam vos coprolabi posse nec prolapsuros, quia semel crediti estis: Sane concionator isto valde sibi officeret & doctrina sua, cum hac ratione id, quod unà manu exstrueret, altera destrueret. Vid. Arnoldus Faltenburg contra Spanbranium.

Prodit Mysterium, & dicit, non quati, an electio à priori nobis sit perceptibilis, sed tantum à posteriori, per Syllogismum Prædicum, si quis verè credit & respiscit, electus est, At ego credo, E. Sed 1.) negat à priori nobis constare electionem nostram, quam Lutherani maximè à priori demonstrant, qui enim ex verbo divino scire possunt ac debent, sibi omnes electionis causas competere, illi quoque de hac ipsa sui electione certi esse possunt ac debent, & quidem à priori per causarum considerationem, At homines in Christum credentes possunt & debent certi esse, &c. Ergo, &c. Minor probatur, quia electio est gratiæ, Rom. XI, 5, At gratia salutifera illuxit omnibus hominibus, Tit. II, 11. Paternos elegit in Christo tanquam causa moritoria, Eph. I, 4. At Christus in mortem traditus est pro toto mundo, Joh. III, 16. DEUS nos elegit ab initio ad salutem in sanctificatione Spiritus, 2. Theß. II, 13. At DEUS omnibus instituit ministerium sanctificationis, Matth. XXVIII, 28, seqq. si de fide oriatur dubitatio, non tantum elegit nos DEUS in sanctificatione Spiritus, sed etiam in fide veritatis, 2. Theß. II, 23. Quod autem opponit, qui novit mentem DEI? ex Rom. XI. planè hoc fit extra statum controversiæ,

NON

non enim ibi agit Paulus de *electione* vel *reprobatione*, sed de *Judiciorum* *divinorum* *varietate*, in *dispensanda* *gratia*. 2.) *Lutheranorum* *sententia* est hæc, quod scilicet *Regenerati* *certi* *esse* *possint* *de* *electione* *sua*: *sed* *non* *certitudine* *absoluta*, *verum* *ordinata* *ad* *DEI* *propositum* *per* *Christum* *in* *Evangelio* *nobis* *revelatum*: 3.) *Syllogismus* *ille* *Practicus* *multis* *modis* *laborat*, tum quia hæc *propositio*, *qui* *verè* *credis*, *&* *respiscis*, *electus* *est*, tantum illos concernit, qui sunt *verè* *credentes* *&* *respicientes*, at verò quot sunt, qui nondum credunt, qui nondum respiscunt? quomodo E. illis consulitur, si de *electione* *dubium* *moysæ* *est*? tum quia minor *propositio* non potest locum habere in *tentato*, non in *constituto* in *λεπτομερεια* *fidei*, talis enim *subsumere* *nequit*, *Ego* *credo*, cum omni *sensu* *fidei* *destituatur*, quomodo itaque *subsumere* *potest* *talis*, *qui* *non* *videt* *fidem* *in* *corde* *suo*, ut loquitur *Augustinus*? tum quia major *propositio* fundari debet in *universali* *propositione*, *quicumq;* *credis* *ex* *intentione* *DEI* *fidem* *dandi*, *&* *respiscis* *ex* *intentione* *DEI* *dandi* *respicientiam* *universaliter* *&* *omnibus*, *illo* *est* *electus*. At hanc *intentionem* *DEI* *universalem* *negant* *Calviniani*, eo ipso, quo *voluntatem* *DEI* *antecedentem* *negant*, & *electionem* *sua* *absoluto* *suo* *decreto* *superstruunt*.

V. Author I. dicit, *non esse* *questionem* *de* *extraordinaria* *revelatione*, *non* *de* *certitudine* *probabili*, *&c.* Verum quantum ad *Primum*, *Pontificij*, qui *statuunt* *extraordinaria* *revelatione* *hic* *opus* *esse*, *semet* *iplos* *refutant*, nam *Scripta* *statuunt*, in *Syllogismo*, *ubi* *una* *propositio* *est* *de* *fide* *ac* *revelata*, *altera* *evidens*, *conclusionem* *sequi* *certain* *certitudine* *fidei*, jam si hæc *major* *propositio*, *qui* *credis*, *&* *baptizatus* *fuerit*, *salvus* *erit*, *est* *revelata*, *altera* *verò*, *Ego* *credo*, *est* *evidens*. vid. *Cap. Roman. VIII, 15.* *conclusio* *certa* *erit* *certitudine* *fidei*, & *quidem* *fidei* *divina*, adeoque non *opus* *extraordinaria* *quãdam* *revelatione*, imò *retorqueri* *potest* *in* *Calvinianos*, quod illi *nullã* *certitudinem* *modi* *ordinarij* *gaudeant* *in* *sua* *de* *electione* *doctrinã*, & *consequenter* *opus* *habeant* *revelatione* *extraordinaria*, si *velint* *esse* *certi* *de* *sua* *electione*, quamdiu *non* *universalitatem* *mediorum* *ad* *salutem* *pæsupponant*: dicunt enim *gratia* *divina* *quibusdam* *offeritur* *animo* *communicandi*, *Christus* *pro* *quibusdam* *hominibus* *est* *mortuus*, *Spiritus* *S. non* *nullos* *vult* *sanctificare* *&* *preparare* *ad* *vitã* *eternã*, *stantibus* *autem*



tem his hypothefibus omnis certitudo evanefcit, fubfumat enim voluntas, DEUS non vult quibufdam gratiam offerre animo communicandi, Chriftus non pro omnibus hominibus efl mortuus, Spiritus Sanctus maximam partem hominum non vult iufificare; Unde E. ego concludere poffum, DEVM velle mihi gratiam fuam offerre, Chriftum pro Me efl mortuum, Spiritum Sanctum me quoque velle fanctificare, cum ex majori particulari nihil fequatur. Secundum quod concernit, fcribit, quæftionem efl de certitudine fidei; At Zanchius, in mifcellaneis voluntatem DEI diftinguit, quod fcil. duplex fit, præciſè talis, quod DEVS velit quofdam eligere & quofdam reprobare, atq; hanc in Scripturis efl revelatam; hanc verò voluntatem, nempe quofnam velit ad vitam aut mortem deftinare, non efl in Scripturis fimpliciter revelatam, fed tantum ab effectibus prædeftinationis probabiliter indicatam, aut itaq; Zanchio fubfcribimus, & ita Calviniani habebunt probabilem tantum & conjecturalem certitudinem de electione fuâ, cum falſum ſub ſe poteſt, aut Turvetino, & fic habebit ſibi adverſarium Hieronymum Zanchium, magni nominis Calviniftam. Tertium quod concernit, non fimpliciter difputatur de certitudine electionis & ſalutis aliena, atque illa non tantum iudicio charitatis tribuitur; Nam quid de Infantibus fiet, ubi ex Scripturâ novimus, illos in Baptifmo regenerari, & in filios DEI adoptari; ſi itaq; in infantia & poſt baptifmum moriantur, non reſiſtunt malitioſè gratia DEI, ſunt regenerati, quis illos excludet ab electione? quis dicit nos non certos efl poſſe de electione & ſalute aliena? niſi hanc certitudinem iudicio tantum charitatis, quod in adultis ſaltem locum habet? Verum Calviniani multos infantes, & quidem ex abſoluto decreto reprobatis accenſent, & proinde circa hoc punctum non poſſunt nobiſcum conſpirare, cætera omnia, quæ adducit Author, ex dictis dilui poſſunt.

#### QUÆSTIO XIV.

Diputat, an decretum reprobationis fit abſolutum, quod à ſola eudoxia DEI pendeat, an verò peccatum propria fit ejus cauſa? Diſtinguit & Th. IV. duplicem reprobationis actum proponit, negativum qui juxta Th. VI. duo includit, præteritionem & defectionem, atque poſitivum, quem explicat Th. VIII. quò homines præteritos & in ſta-

*in corruptionis sua reliquos moribus paenis statuit afficere, qui dicatur pra-*  
*damnatio, qua duo includat, destinationem ad damnationem, & desti-*  
*nationem ad iudicia intermedia. At 1.) in ipsa quaestionis formatio-*  
*ne eudoxius causam reprobationis ponit, quae eudoxia notat beneplaci-*  
*tum & actum divina voluntatis in ordine ad homines reprobos, quo-*  
*modo autem dici potest beneplacitum, quod in neglectum tendit,*  
*in praeversionem & desertionem, in pradamnationem, & iudiciorum*  
*destinationem; Sanè hoc ipsum eudoxia non potest dici in ordine ad*  
*homines, sed potius iustum iudicium aut Jus DEI absolutum, utut*  
*secundum Calvinum sit eudoxia in ordine ad DEUM, ceitam di-*  
*rum jus placeat, & illius exercitium erga reprobos: Sanè si uni-*  
*versa non Scripturam perscrutemur, nullibi eudoxias reperiemus in*  
*hac significatione, cum Scriptura nunquam in malam partem termi-*  
*nurn hunc assumat, sed semper in bonam: praeterea quaerit, an pec-*  
*catum propria sit causa reprobationis, sed subdole; si enim peccatum*  
*est propria reprobationis causa, omnes homines, etiam electi essent*  
*reprobati, omnes enim peccavimus, & gloria DEI destituimur, &c.*  
*Rom. III. ideoq; in turbido piscatur & vult Lutheranus sententiam im-*  
*pingere, ut & Arminianis, à qua fuerunt alienissimi: Denique distin-*  
*guit; verum propriam causam aut sibi sibi sumit, aut in significatione satis-*  
*si; Non dicunt Lutherani, decreti reprobationis causam propriam seu sibi*  
*sibi sic dictam esse peccatum, quomodo enim peccatum influere possit*  
*in ipsam voluntatem DEI, sed dicunt, causam reprobationis esse pec-*  
*catum incredulitatis, ἀναλόγως & sub ratione cuiusdam motivi. b) Di-*  
*stinguit Author inter actum reprobationis negativum & positivum,*  
*atque ita cum DEO attribuat actum positivum & negativum, DEUM*  
*eiusque eudoxias causam reprobationis constituit cum Beza & Piscato-*  
*re, ut proinde frustra laboret DEUM eximere à causalitate peccati,*  
*quia non tantum pradamnationem & ad iusta iudicia destinationem re-*  
*fert in DEUM, sed etiam praeversionem, desertionem, atque ipse*  
*dicit, utramque actum praeversionis ac pradamnationis esse positi-*  
*vum à parte DEI, quia notat actum voluntatis divinae. Th. IV. & di-*  
*stinctionem hanc non esse divisionem aut generis in species, aut to-*  
*dius in partes, aut subiecti in accidentia, sed distinctionem unius actus*  
*formalis respectu variorum terminorum & objectorum, qua ἀποδίδεται*  
*con-*

consent: sufficere hæc possent ad totam distinctionem subvertendam, verum ut constet quid de toto hoc negotio sit sentiendum, 1.) Examinamus *actum negativum*, atque dicimus, illum rejici ab ipsa Scriptura, tum quia Scriptura quidem dicit, *DEVM nos elegisse ad salutem*, 2. *Thes. II, 13*, nullibi tamen dicit, *prateruisse* quosdam, neque ullibi asserit quosdam *deseruisse*, aut ad mortem *destinasse*, seu *reprobasse* ad exitium: tum quia Paulus *Rom. IX.* dicit, *DEVM vasa misericordia quidem praparasse, sed vasa ignominia non dicit praparasse DEVM*, verum esse *κατηραμένα*, aptata scilicet ex seipsis, aut à diabolo in interitum; imò *DEUM*, *οὐκ ἔλαττο*, multa misericordia illa tolerasse, toleramus autem illa, quæ displicent, quæ non aptamus ipsi, vel *prateruendo*, vel *deserendo*, vel *pradamnando*, multam misericordiam tribuit Paulus DEO in ordine ad vasa ignominia; at quomodo DEO *κατηραμένα* potest tribui, & quidem multa in ordine ad illa vasa, quæ ab æterno *prateriit*, atque *neglexit*, nunquam *caravit*, *deseruit* & *pradamnavit*? tum quia si spectemus executionem decreto respondentem, deprehendimus rem aliter se habere. Nam *Matth. XXV, 34.* dicit Rex: *Venite Benedicti, &c.* At de reprobis stylum aliter informat, & dicit, *discedite, non maledicti Patris mei, discedite in ignem æternum, non paratum, non praparatum, non ex prateritione vel desertione vobis destinatum, discedite maledicti in ignem æternum, non vobis, sed angelis & diabolo paratum*, unde etiam ipsi Calviniani rejiciunt hanc distinctionem. Joh. Crocius, *Conversationis Prutenicæ c. X.* ubi scribit: *Intolerabilem phrasin sibi visam, DEVM quosdam ad damnationis causas pradesstinasse, pradesstinationem enim significare decretum est, quod circa peccatum, quæ tale, iustissimo DEO nec attribui debeat, neque possit. Polanus apertè, hæc negatio affirmationem includit, si enim decrevit DEVS non dare vitam æternam, tam multis, aut contrarium decrevit de illis, aut nihil certè & affirmatè definitum putandum est, quod nisi absurdissimè cogitari non potest, omnes enim Angelos & homines, cum DEI Creatura sint, necesse est ad fines suos divinitus ordinatos esse, nec passer neque pilus etiam in terram cadit sine decreto ac voluntate DEI, & Angeli hominesque tam multi sine decreto & voluntate DEI in exitium æternum ruant? Imò affirmativa, activa & passiva repro-*

latio, i. e. deputatio ad mortem æternam, prior est ordine, posse-  
 rior autem reprobatio *negativa*, L. IV. *Synagm. Theol. c. X.* Dan. Cha-  
 mrier Panstrat. Tom. III. l. VIII. dicit, *reprobationem negativam & positi-  
 vam strepitu verborum variare, re autem variare*: Inprimis autem *Geor-  
 gius Francus*, Prof. in Academia Francof. scribit, ut *Hildebrandus*, refert,  
*in orthodoxa declaratione pag. 264. Sacra litera, si eas inspiciamus, co-  
 gent, ut credamus & dicamus, non saltem prædammationis, sed & de-  
 sertationis causam, peccatum seu aversionem hominû à DEO esse.* 2.) Tur-  
 netius non tantùm in actu *negativo* vult locum habere *præteritionem*,  
 sed & *desertionem*: At quomodo hæc possit consistere, non possu-  
 mus assequi, tùm quia DEUS neminem deserit, nisi prius desera-  
 tur ab homine, tùm quia DEUS etiã hominem lapsum ac mise-  
 rum non deseruit, sed potius Filium suum dedit, ut omnis, qui cre-  
 dit, &c. *Job. III.* tùm quia desertio est ex *peccato*, non ex *absoluta po-  
 testate*, quemadmodum Pater Filium deserit contumacem & rebel-  
 lem, non verò *antecedenter* ad contumaciam ac rebellionem. 3.) Di-  
 cit, *ad rebellionem ac desertionem sequi omnis generis peccata actualia.*  
*non quidem ex natura præteritionis, sed ex natura liberi arbitrij*, quod  
 illustrat *exemplo Medici & Solis*: At 1.) si homo nihil potest per libe-  
 rum arbitrium absque gratia divina, *Job. XV* si ei denegetur gratia, si  
 prætereatur & deseratur, vi desertionis, præteritionis, & gratiæ nega-  
 tiæ omnis generis peccata patrat, ut quidem liberum arbitrium sese ha-  
 beat *per modum causa interna*, sed *præteritio, desertio & gratiæ negatio*  
*per modum causa externa*, quemadmodum qui frenum subducit  
 equo, ac illum deserit per ferociam suam sese præcipitat, interim ta-  
 men præcipitii istius causa est is, qui frenum subduxit. 2.) Exempla  
 non quadrant, ponamus enim Medicum, qui omnibus medicamenta  
 sua proponat, sanè si morbum non curat in ægroto, non est causa mor-  
 tis, sed ille, qui medicamentum non recipit, pariter hic sese res ha-  
 bet: Præterea, qui morbum non curat in ægroto, non est morbi  
*causa per se*, interim tamen *per accidens*, quia *præterit ac deserit*, imò  
 gratiam medicamenti ægroto negat: Denique utut is, qui non cu-  
 rat morbum, non sit morbi causa, est tamen causa non reconva-  
 lescentiæ & mortis, cui respondet in sententia *Calvianorum* damna-  
 tio; exemplum de Sole nil conducit, neque enim DEUS Soli non  
 illu-

illuminanti comparari potest, quia gratia salutifera affulsit, & Solis instar illuxit omnibus hominibus, Tit. II, 11. mirum autem est, quod in *ἄποδοσι* dicit, si Sol non illuminet, statim DEVM deserentem hominem, & corruptionem ejus non curantem posse dici causam per accidens: tum quia hac ratione contradicit Piscatori in responsione ad reduplicationem Vorstij, parte primâ scribentis: *Sententia mea est, incredulitatem à DEI predestinatione, tanquam effectum à causa pendere*: tum quia communia sententiarum Calvinianorum, qui dicunt: DEVM causam esse peccati per accidens, obloquitur, ita enim Petrus Martyr Beroлинensis, Lud. Crocius, Timplerus, & alii, quibus se nostri opposuerunt Theologi: tum quia Jac. Martini in tract. de causa peccati per accidens contra quosdam hic adhinnientes Calvinianos scribit: *Si DEVM causam peccati faciunt per accidens ex parte causa, idem cum Sacramentariis, DEVM causam peccati calumniantibus, dicent, quandoquidem nec illi intelligere possunt causam per se, sed causam per accidens, atq; sic DEVM injustitia in sua natura ac essentia accusant; cum peccatum causam per se non habeat.*

VIII, IX. In Th. 8, agit, de actâ positivo, in quaestione autem præmittit duplicem *αἰτίαν* DEI, nempe supremi Domini & justii Judicis, priorem locum habere vult in actu negativo, posteriorem vero in actu positivo: Ast 1.) supponit DEVM in negotio prædestinationis & salutis agere ex potestate absoluta, habere sese ut supremum Dominum, quod ipsum nullo modo concedi potest, & jam discussum fuit in materia de jure DEI, imò ab ipsis Calvinianis reprobatur, Molinæo c. XIII. in Anatomia Arminiana, ipso Pareo in Iren. c. XXVIII. art. 8. & imprimis à Lud. Crocio Dissert. VII. de Voluntate DEI Th. LXXXI. ex eo, quia DEVS alioquin malum miseriam, quâ tale vellet, cum nec cum bonitate, misericordiâ & Philanthropiâ DEI conveniat, &c. neq; potest Author, qui supralapsariorum fovet sententiam hac distinctione commodè uti: 3.) In Th. X. distinctionem præmittit inter reprobationem & electionem vel absolute, vel comparative consideratam: Verum 1.) si electionem & reprobationem absolute considerat, refert illam in DEI *eudoxiam* solam; & consequenter negat peccatum infidelitatis causam esse, cur DEUS hominem reprobet, sed quod illum reprobet, idem esse, quia scilicet absolute velit. 2.) Com-

N n 3

para-

*parativa illa electio & reprobatio planè Calvinianis non conducit, quia sive simpliciter, sive comparative reprobati considerentur, non dum tamen alia est causa electionis & reprobationis absolute spectatae, & comparatae: si enim quæras, cur Saul damnatus sit, adeoq; comparative consideres damnationem, iterum respondebis, propter finalem incredulitatem, adeoque merum figmentum est, quod enim absolute & simpliciter verum est, id non evadit falsum in comparatione, quia sive reprobatio absolute sive comparative consideretur, nequit consistere in sensu Calviniano, quia DEUS Mundum dilexit, & in illo omnes homines, ac proinde neminem reprobavit, vel reprobatione absolute vel comparative, dedit Filium suum in mortem pro omnibus, ut omnis, qui credit in eum, habeat vitam æternam, Job, III, 16. hinc etiam ipsi Calviniani in conscientia convicti universalitatem gratiæ, meritè Christi, vocationis, propugnabant in Galliâ, & Bremæ, ita ut Hildebrandus, minister Ecclesiæ Bremensis integram Tractatum & Syllogen testimoniorum Calvinianorum pro hac sententia ediderit, discussis autem tribus his distinctionibus cætera ex jam dictis dissolvi possunt.*

### QUÆSTIO XV.

Disputat Author, an infidelitas adversus Evangelium ut causa præsupponatur in reprobatione, negat Th. II. & dicit, propriam esse reprobatorum vocatorum, qui non tantum negativè sint increduli, sed etiam positivè. Ast 1.) Si subsistit harmonia executionis cum decreto, quæ hæcætenus nullâ instantiâ à Calvinianis labefactari potuit, consequens est, infidelitatem præsupponi, ut causam reprobationis, quia præsupponitur, ut causa damnationis disertè Marc. XVI. qui non crediderit, damnabitur. 2.) Ipse Turretinus distinctionem præteritionis & prædamnationis dicit esse unum actum formalem quæst. XIV. Th. V. At si reprobatio negativa & positiva est unus actus formalis, cum secundum prædamnationem actus positivus prædamnationis habeat peccatum pro causa, & pro objecto hominem considerationem ut lapsam; consequens est, reprobationem non esse absolutam, sed præsupponendam esse causam, nempe peccatum vel incredulitatem: 3.) Malè distinguit inter incredulos negativè & positivè tales, cum increduli negativè non dentur sensu Calviniano, & ex falsa hypothese distinctio ista

Ita procedat, nempe Evangelium non fuisse toti orbi manifestatum, ita ut quidam increduli dentur *ex eo*, quod verbum ipsis non revelatum tantum *ex corruptione infusa*, ut ipse loquitur.

V. VI. VII. Probat incredulitatem non præsupponi in reprobatione 1. *quia sequatur reprobationem*, sed sequitur reprobationem ut actu existens, non ut prævisa. 2. quia reprobatio, versetur circa homines pares, & cum electis æqualiter corruptos. At quamvis homines obijciantur decreto electionis & reprobationis, ut æqualiter corrupti, hoc tamen fit tantum *remotè*, proximè enim non sunt æquales, & ita decretis divinis obijciuntur, quamvis itaque Authorcum *Gerbaro de Neu Ville* existimet, non dari distinctionem in *objecto*; tamen si considerentur inter se electi & reprobi, ut electi sunt meliores reprobis, quia Justificati meliores sunt non Justificatis, & vicissim, ita quoque dicimus reprobos & electos non esse æquales, equidem non per naturam, attamen per gratiam, utpote per quam idonei facti sunt ad participationem sortis Sanctorum, *Col. 1, 12*. Digni vocatione, *2. Cor. 1, 12*. imò digni redditi futuro Seculo, *Luc. X, 35*. Tertia ratio speciem habet, quia si daretur causa reprobationis, sequeretur, *nullos reprobari nisi infideles & contumaces adversus Evangelium, nullos damnari posse nisi vocatos per Evangelium, At qui ita nec Gentiles, Turcas, cum aliis reprobandos; Verùm I.)* Verissimum est; nullos reprobari nisi infideles & contumaces adversus Evangelium, disertè enim Christus ait, *qui non credit qui contumax fuerit adversus Evangelium, ad quod predicandum vos emitto, illo condemnabitur.* 2. Verissimum est, nullos posse damnari nisi vocatos per Evangelium, vocatio autem illa ab orbis condito *variis modis* administratur, neque per Vocatos nos intelligimus illos, qui per Evangelium *directè* vocati sunt, & habuerunt Prophetas & Apostolos, qui illud *directè & immediatè* annuntiarunt. 3. Gentiles & Turcas non fuisse unquam per Evangelium vocatos, malè dicitur, nam & Gentiles & Turcæ habent *notitiam Christianorum* & consequenter *famam de Christo*, fama autem de Christo est *modus quidam Vocationis Evangelicæ*, qui enim *famam* habet de aliquo, ille potest ulterius inquirere in id, de quo famam habet.

H,) Di-

II.) Dicit, *frustrà excipi, eos quibus prædicatum fuit Evangelium, damnari propter ejus contemptum, quia per se Legem naturæ ad Evangelium non disposuerunt*: At hoc modo nostri non respondent, neq; *dispositiones pravias* quasdam agnoscunt, sed ad aliud potius sese conferunt, quod est solidius. 2. Distinguunt inter id, quod est *debiti*, & inter id, quod est *potentia*, debent etiam illi, quibus prædicatum non fuit Evangelium, credere Evangelio; omnis enim, qui vult salvus esse, tenetur ex officio, Evangelio tanquam medio ad salutem adhibere fidem; si itaque non sit *potentia*, quod saltem ponimus, est tamen *debiti*, quod qui negligit, merito damnatur propter contemptum. 3.) Evangelium contempsisse eos, quibus tamen non innotuerit, non absurdum est, quia innotescencia duplex est, *actualis & potentialis*, contemnit aliquis aliquid, non tantum, quod *actu* offertur, sed & quod *potentia*, ideoque increduli dantur non quidem *negativè* tales, sed tamen in *duplici differentia* existentes, quidam scilicet, tales ex *potentia obedientiali proximâ*, quibus prædicatum est verbum, quidam tales ex *potentia obedientiali remota*, quatenus non sunt exclusi, aut exclusi fuerunt à fonte Spiritus, ab Evangelio, ex quo salutem haurire poterant.

III.) Disputat, *non feliciter ex hac difficultate se expedire, qui vocationem ad gratiam quarant in revelatione naturali*; Atqui sic suos, non nostros pungit, namque *Amyraldus* duas vocationis species ad gratiam propugnare ausus fuit, primam consistentem in *prædicatione*, alteram in *naturali revelatione, &c.*

VIII. In hac Th. progreditur ad fontes solutionum, & tangit locum Rom. II. ubi dicit, *Paulum non proponere Evangelium normam judicij universalis, sed accessere certam ejus futuritionem, & Authoris ab infallibili ejusdem declaratione, qua facta sit in Evangelio, cuius erat minister*, adeoque cum *Wittichio* verba illa non vult designare normam Judicij extremi, sed rei tantam veritatem, quod scilicet DEUS judicaturus, & Christus constitutus sit Judex à Patre, prout ipse Paulus docuerit passim in Evangelio; verum quamvis id ita *Calviniani* quidam interpretentur, simplicior tamen expositio est, si de *norma Judicij* c. 1. accipiamus, dicitur enim, *DEVM judicaturum hominem secundum Evangelium*, ut normam, iuxta quam judicaturus sit illos



illos indicet, adeoque sublimius quid revelet, non tantum denotando *Judicem*, sed & *normam*, juxta cujus ductum sit judicaturus. 2.) Nostri Theologi *normam* *Judicij extremi* haecenus dixerunt esse *Evangelium*, de quo videatur noster *Gerhardus*, *Hülsemannus*, *Scherzerus*; & quem primo loco nominare debemus, *Haseuofferus*, idque ex *Marc. XVI. Job. XI. & XII.* qui Parallelismus firmat expositionem nostram hujus loci de Evangelio, ut *norma* *Judicij extremi*. 3.) Rationem quam adjungit, non putamus esse stringendam, dixit enim, *eos, qui peccaverunt sine Lege, sine Lege quoque, perituros, & qui peccaverunt cum Lege, ex Lege fore judicandos*; At nil concludit, partim, quia qui sine Lege peccarunt, non peccarunt *simpliciter* sine Lege, peccatum enim est *ἀνομιᾶ* seu recessus à *Lege*, sed tantum sine *Lege Moysi* peccarunt; partim, quia non simpliciter perituri sine Lege dicuntur, quia qui periturus est, ille exitum experturus est & maledictionem, haec autem est ex *Lege*: partim, quia qui sine Lege peccarunt, sine *Lege* peribunt, & qui cum *Lege* peccarunt, ex ea sunt judicandi, cum enim tales sint increduli, ideoque manent sub ira *DEI*, *Job. III. 26.* si autem manent sub ira *DEI*, manent sub maledictione, & consequenter tantum probatur, etiam *Legem respectu reprobatorum* locum habituram in die extremo, quod & nostris concedunt.

## QUESTIO XVI.

Taxat *Remonstrantes*, quod praetendant, *voluntatem DEI servandi perseveranter credentes*, & *damnandi finaliter incredulos esse totum praedestinationis decretum*, sed nostri Theologi ita non punguntur, tum quia voluntatem *DEI servandi credentes perseveranter*, & *damnandi finaliter incredulos* admittant, & *voluntati consequenti* tribuunt, sed non dicunt *esse totum praedestinationis decretum*: tum quia nostri non tantum objectum praedestinationis faciunt *perseveranter credentes*, & objectum reprobationis *finaliter incredulos*, sed etiam *credentes simpliciter tales*, quos ad *ἁποκαίψας* referunt, & *incredulos simpliciter tales* praescindendo à *continuazione*; tum quia *singulares* personas non excludunt, sed & medium à *DEO* constitutum esse fidem dicunt, & insimul respectu ad personas *singulares* defendunt; Unde omnia Argumenta non tam contra nos quam pro nobis tanguntur.

o o

QUÆ

## QUÆSTIO XVII.

Disputat, an tribui debeat DEO voluntas quædam conditionata; & Th. I. Lutheranorum sententiam refert ex Hasenveffero, Eckhardo, &c. Verum voluntas *conditionalis* dicitur vel *latè*, vel *strictè*. Nostr. Theologi si quandoque *voluntatem antecedentem* propugnarunt, vocarunt & illam *conditionalem non strictè*, sed *latè*, in quantum id, quod *voluntati* involvit, dicitur *condicionale*: 1.) Theologi nostri quandoque *voluntatem* illam *antecedentem* potius dixere *absolutam*, non quidem prout *absolutum* opponitur *ordinato*, sed prout *absolutum* opponitur *condicionato*. 2.) Quidam ut insidias cavereat *Ca. vincturum* veriti sunt voluntatem antecedentem dicere *absolutam*, sed maluerunt hoc termino uti, quod illa voluntas sit *absolutè universalis*; sed quicquid sit, potest secundum *Böhmsum* voluntas *ratione prima originis* sp. &ari, quo quidem modo est *independens*, vel *ratione eventus & executionis*. atque ita dici *ordinata*, quæcunque enim voluntas in verbo describitur ordinatè, ut spreto vel excluso hoc ordine non possit aut velit DEUS conferre salutem, & quæ ita comparata est, ut ab hominibus malitiâ & contumaciâ possit impediri, illa voluntas dicenda est *ordinata*, *modificata*, non verò *simpliciter absoluta*. At talis est voluntas DEI, non enim vult mortem morientis, sed vitam verum non *absolutè*, sed ordinatè per verbum, ordinarium conversionis medium, ut habetur in ipso textu, *Ezech. XXXII, 11.* qui non credit, jam iudicatus est, *Job. III.* unde concluditur, qui vult omnes homines salvari, vicissim ex his omnibus nonnullos iudicari, & damnari, qui non credunt, ejus circa salutem hominum voluntas non est *absoluta*, sed *ordinata*, denique si voluntati DEI resisti potest, iterum hoc elicitur, nam cuiuscunque resisti potest, id non est *absolutum* aut *absolutè agens*, *Prov. I, 25.* Hisce explicatis.

Th. III. progreditur ad *Arminianos*, atque videtur sibi contradicere, quia in quæstione XVI. dicit: *Arminianos statuere decretum indefinitum predestinationis, & docere, non quid de personis singularibus decreverit DEVS, sed quid circa Qualitates salvandorum & damnandorum*

lorum constituerit, fidem ex omnibus conditionibus possibilibus eligendo in conditionem salutis; & hic in recensione sententiæ Remonstrantium faciunt quartum decretum prædestinationis seu partem illud decretum ingredientem de personis singularibus, credituris, servandis, & non credituris damnandis, quæ duo conciliari nequeunt, nisi velimus dicere personæ singulares credituras salvandas hic accipi indefinitè citra descensum ad Paulum, Petrum, &c. non autem definitè descensu suadmissio.

IV. 1.) Dicit, non per omnia idem his sentire Theologos Reformatos Socios Religionis: 2.) Pio quodam pacis Ecclesiasticæ promovenda consilio, & fortius cum Remonstrantibus disputandi studio quadam hyporbeses adoptasse, peripheriam gratis latiore ducendo. 3.) Statuendo DEVM aliquo modo voluisse, & homines pariter omnes servari potuisse, modo crederent. At 1. hoc ipso dissensum Theologorum in Gallia Comenensis, Amyraldi, Capelli, &c. non potest premere, qui dissenus est circa Palladium doctrinæ Calvinianæ, ut ipsi Calviniani agnoscunt, & contradictoriis constat propositionibus. Nam qui dicit, DEVM velle omnes homines salvos fieri, Christum pro omnibus esse mortuum, gratiam voluntatis esse universalem, ille contradicit propositionibus in Calvinismo receptis, DEVS non vult omnes salvos fieri, Christus non pro omnibus est mortuus, &c. At prius faciunt Amyraldistæ, posterius Gomaristæ, & imprimis Spanhemius integro libro conscripto, in quo hanc sententiam Colosso Nebucadnezaris comparat, qui caput aureum habeat, corpus autem illi dispardeinat in metallum vile; Virginitibus, quæ in serpentes desierint: Pomis Sodomiticis colore palcris, actu verò evanescentibus in cineres & favillas.

2.) Quomodo pium consilium esse potest pacis Ecclesiasticæ promovendæ illud, quod præceperunt Amyraldistæ, Impium enim dicendum est, non tantum ex intentione Syncretismi generaliter sic dicti nobiscum, qui Samaritanismus est, sed etiam specialiter: tum quia secundum ipsum Turretinum in centro controversiæ conveniunt Amyraldistæ cum cæteris Calvinianis, quod centrum controversiæ semper detestati sunt, & adhuc dum detestantur nostri Theologi: tum quia illud non potest dici pium pacis Ecclesiæ promovendæ consilium, quod ludit Lutheranos, quod imponit simplicioribus, quæ enim decipiunt,

non possunt dici profecta ex bono consilio; Jam *Amyraldi* sententia imponit, crepat omnia salutis media esse *universalia*, & tamen *prædestinationem absolutam* unâ propugnat, ac intentionem DEI fidem dandi *absolutam & particularissimam* facit; tùm quia non videmus, quomodo pio consilio pacis Ecclesiasticæ promovendæ susceperint hoc negotium *Amyraldista*, quia dicunt *fortius cum Remonstrantibus disputando studio illud quoq; esse susceptum*; si verò fortius cum *Remonstrantibus* disputandi studio susceperunt *Amyraldista* hoc opus, atq; *Remonstrantes* accenseant *Lutheranis* & dicant cum illis facere, atque ferant ulterius saltem illos progressus esse: quemodo consilio *Pacis* dici possunt suscepisse, quod *consilio fortius* disputandi susceperunt? Sanè fortius disputandi studio aliquid suscipere, est suscipere aliquid studio fortius bellandi, irritandi, victoriam consequendi, & Adversarios conculcandi. 3.) *Aliquo modo voluisse DEVM & homines pariter omnes servari potuisse, modò crederent*, dicunt *Amyraldista*, sed illud *modò crederent*, ita explicant, ut *conditionem* quandam dicat, & quidem *conditionem impossibilem*, impræstabilem ab illis, quibus DEUS vult salutem, unde etiam *Spanhemius* agnovit glaucoma tantùm objici *Lutheranis*, illi enim non statuunt DEUM omnium velle misereri, *si credant*, quod nequeunt, sed ita velle omnium misereri, *ut credant*. Atque hæc sententia, quæ passim regnavit in Gallia, refutatur partim ex eo, quia DEUS media salutis & verbum annuntiaricurat, ut homines per id regenerentur, & ita fidem concipiant, cum regeneratio nunquam fiat absq; fide, *1. Pet. 1, 23.* partim, quia DEUS non tantùm verbum toti orbi exhibet, & prædicari curat, ut fidem ex eo homines concipiant, *Rom. X.* sed & ipsam fidem & remissionem peccatorum sistit & offert, *Act. XVII, 31.* partim, quia si actui ipso, sed *hypotheticè tantum* gratia divina est *universalis*, reverà non est *universalis*, a Deus enim, qui habet annexam *conditionem*, non tantùm *incompletus* est, sed etiam si conditio illa de facto nulla est, reapse actus ille voluntatis sub conditione impræstabili nullus erit, At illa *universalis* voluntas ex mente *hypotheticorum* habet annexam *conditionem impossibilem* respectu reproborum, non enim possunt credere ex viribus naturalibus, neque DEUS ipsis fidem destinavit, *ex parte sui*, sed potius *per absolutum decretum* negavit. E. Quid? quod DEUS etiam

etiam gratia præveniat illos homines, qui actu moriuntur in peccatis suis? universalis itaq; est gratia non sub *hypothesi*, quia hypothesis rem de futuro, non de *presenti* verificat. E. &c.

VIII. Circa statum quæstionis dicit, *non quæri, an in DEO detur voluntas aliqua præcipiens & approbans, sed an detur voluntas aliqua intendens salutem*, atque dicit, *aberrare à vero quæstionis cardine, qui præstandi agi hic tantum de voluntate évapésiæ, non verò évdoxiæ.* Sed 1.) Non tantum datur in DEO voluntas aliqua *præcipiens & eadem approbans*, verum etiam voluntas *intendens fidem & salutem, eamque exhibens*, Act. XVII, 31. & quod de singulorum sub *condicione fidei* salute consilium DEI proponit, & pro illis Christum in mundum mittere decreverit, hoc ad *Lutheranos* non spectat, sed ad *Amygdalistas*, & *Calvinianos hypotheticos*: 2.) Distinctionem aliàs repetitam & receptam, inprimis à *Perkinso & Chamiero voluntati évapésiæ & évdoxiæ*, quæ tamen nullum fundamentum habet in Scriptura, tum quia *voluntas évapésiæ voluntas beneplaciti* est, Rom. XII, 21 & quidem non *arcana*, sed *revelata*, ut patet ex hoc ipso textu, & Col. 1, 9. ubi jubet Paulus ad *Ἰηζουάν* illius pervenire nos, pariter *voluntas évdoxiæ* est *voluntas beneplaciti*, ut constat est Matth. III, ult. & Luc. II, 14. 3.) dicit, *non agi hic tantum de voluntate évapésiæ, sed etiam évdoxiæ, quia patet agi non de eo, quod DEVS vult à nobis fieri, sed quod vult ipse facere ad salutem dominum, & de decreto mittendi Christum pro ipsis, quod pertinere ad voluntatem évdoxiæ, non verò évapésiæ, nemo non videat.* Verum quod DEVS vult à nobis fieri, id etiam vult ipse facere, cum fieri in negotio salutis nullum sit, nisi quod DEVS per suum facere introducit.

XXV. in Th. Authore ex prima promissione Evangelii Gen. III, 15. *Voluntatem universalem* impugnatur, & ad solos *fideles* promissionem illam restringit: sed invitè veritate, idque ideo, ut, quia *particularis* est secundum ipsum *promissio, particularis* quoq; *voluntas* DEI defendatur, sed ut dixi *invitè veritate*: Nam 1.) per semem serpentis intelligit homines reprobos, Ecclesie Christi adversos, quemadmodum id constare potest ex sequentibus, aut per semem serpentis non intelliguntur homines, sed *Satanas* cum caterva *dæmonum*, quod patet

tum ex eo, quia sicut filii Abraham dicuntur, qui imitantur fidem Abraham, ita hic filii diaboli seu semen serpentis non sunt tales *generations* sed *imitatione*, non *physicè* filii, sed *moraliter*: tum quia sicut serpens non fuit homo, qui decepit Evam, sed diabolus vel illius instrumentum, ita quoque semen serpentis non sunt homines, sed diaboli, cum semen sit ejusdem generis, ex quo profuxit: tum quia si per semen serpentis intelligerentur homines, consequens foret, tantum inter fideles & infideles debere esse odium, quantum inter homines & serpentes, cum tamen Christus dicat, *diligite inimicos vestros*, *Matth. V. v. 44.* sed excipit Turretinus *etiam reprobos dici progeniem viperarum, ὡς οὐροῦ, & consequenter comprehendit sub semine serpentis, præ: esse in ipsos optime quadrare, utpote in ipsis venenum sit serpentis & ingenium.* Aliud est, quod per *consequentiam* ex textu deducitur, & aliud, quod *literaliter* in ipso comprehenditur, per *consequentiam* deduci ex textu potest, reprobos quoque referendos esse ad semen serpentinum, sed *literaliter & directe* hoc in textu non indicatur. Præterea distinguendum hic accuratè est inter homines consideratos sub voluntate DEI *antecedente*, & sub voluntate ejus *consequente*, prout Evangelium agit de voluntate *antecedente*, & spectat homines, ut in *communimiseria* existentes, adeoque ad omnes & singulos pertinet, dum autem impii dicuntur *progenies viperarum, filii diaboli*, iam spectantur sub voluntate *consequente*, quatenus *media gratiæ* contemunt, ut patet ex locis allegatis. Denique quamvis etiam prædicata convenient reprobis & impiis, ipsis tamen competunt non *Primariò*, sed *Secundariò*, unde ipse Turretinus agnoscere cogitur, *Christum semine mulieris primariò & exochicè* designari. 2.) Per semen mulieris intelligit *collectivè* Ecclesiam seu fideles, At per semen mulieris non intelliguntur *literaliter* fideles vel Ecclesia, sed saltem illud individuum, rempe Christus, quod patet tum *ex scopo* hujus Oraculi, qui est consolari lapsum genus humanum adhuc in miseria existens, nondum Ecclesia facta, nondum *discrimine* constituto inter fideles & infideles: tum *ex conditione operis*, quia huic femini mulieris tribuitur contritio capitis serpentis, at contritio capitis serpentis, victoria diaboli est opus infinitæ virtutis & perfectionis ut constat ex *Nos XIII, 14. Zach. III 2. Rom. XVI, 20.* Non itaq; in participationem hujus operis admittuntur

filii

fideles vel alii homines, qui eo ipso, quo lapsi, victi sunt à diabolo & contriti: tum *ex seminis significatione*, sanè ipsum vocabulum non *collectivum* est, sed etiam quandoq; granum notat, & semen mulieris notare individuum patet ex explicatione ipsius DEI, *Gen. XVII. 18. XXVI. 4. XXVIII. 24.* hinc etiam refert ad Christum, ut unicum Individuum, *Act. III. 25. & Gal. III. 16.* neque obstat, quod excipit Turretinus, non tantum respectu Christi hoc semen esse intelligendum, sed etiam respectu fidelium, qui sub capite suo in statu gratia debebant esse, semen illius mulieris, cui DEVS promissionem gratia proposuit, & quam etiam voluit à lapsu: Praterè licet semen mulieris absolute positum non designet omnes homines quæ tales, tamen cum ponatur comparatè & contradictorie ad semen serpentis, rectè de illis predicari. Nam ipse Turretinus agnoscere cogitur respectu Christi potissimum esse explicandum hoc semen, qui futurum erat semen extraordinarium. 2.) Respectu fidelium hoc semen esse accipiendum, absurdè dicitur, Eva enim quæ talis non fuit mater fidelium, neq; in Scriptura ut talis proponitur, sed Sara, *1. Pet. III.* verum fuit mater hominum, quæ talium: tum quia aliud est *Victoria* de Sathana, aliud *Victoria fructus*, in *Victoriam* de Sathana non coadmittuntur homines, est enim hoc opus solius DEI, qui Sathana superior, præstant enim quoque demones hominibus, si scilicet secundum naturam illi considerentur: Participes verò sunt homines *fructus victoria*, & admittuntur in usum, qui redundat ex contritione capitis serpentis, ut patet ex *Rom. XVI.* 3.) Per contritionem capitis serpentis notatur Passio, mors & resuscitatio Christi, quæ soli Christo sunt propria, & omnem admirationem superant, tum quia si spectetur illa contritio ratione *Persona*, habet illum conterentem, qui dicitur admirabilis, *Isa. IX.* tum si spectetur ratione *ipsius contritionis*, victoriosa mors designatur, de qua *Hebr. II. 14.* tum quia si spectetur ratione *Capitis serpentini*, omnis vis & potestas diabolica designatur, *Ecc. XXV. 27.*

XXVII. Progreditur ulterius, & dicit, *Particularitatè huius non obscure dare voluisse argumentum in promissionis complemento*; At ita DEO adscribit distinctionem piorum & impiorum, discretionem illorum in diversis Familiis, voluit itaque DEUS secundum *Turretinum* Abeli conferre fidem in Messiam, non autem Caino, & sic conse-

consequenter in cæteris familiis, at *absolutè* negare fidem est *absolute* negare medium salutis, est *absolutè* reprobare, quod DEO *sine crimine causa peccati* non potest applicari: 2.) Potius non obscura sunt argumenta *universalitatis* in complemento, nam etiam Cainus à parentibus in vera religione fuit institutus, etiam Chamus à Noacho habuit illam informationem, Israël & Esau, E. oppositum potius concludendum, nempe quamvis habuerint fidem traditam, Cain & cæteri à parentibus, tamen sponte suà prævalente malitià ipsos secersisse à piorum cœtu, adeoq; omnia fuisse *universalia ex parte DEI, particularia* autem reddita *per apostasiam & malitiam reproborum*: 3.) Apertè huic sententiæ repugnat Lud. Crocius *Dissert. XII. Th. XXI. & seq.* ubi Oeconomiz gratiæ divinæ triplicem temporum periodum constituit, *Adamitam, Noachicam & Christianam*, atque *Scaltesum* cum Fratre suo *Johanne Crocio* consentientes allegat, adeoque agnoscit hinc periodis gratiam *universalem* generi humano fuisse exhibitam *Th. XXII. usque ad XXVI.*

XXVIII. Tandem in hac Thesi dicit Turretinus, *cum ex hac hypothese velleitates & vehementia desideria, sed vana & irrita DEO tribuantur, quibus statuitur id intendere & seridè velle, quod volens novis tamen nec futurum unquam, nec fieri posse, idè derogari nominis Majestati, obscurari gratiam, &c. At 1.) affingit nobis velleitates, Amyraldista & Socii religionis istiusmodi velleitates DEO tribuunt; Præterea nos non vana & irrita desideria DEO nisi eventualiter talia tribuimus: Denique absurdum non est, seridè velle & intendere, quod volens novit tamen nec futurum unquam nec fieri posse, interim tamen ut salva maneat nominis Majestas: annon enim DEUS intendebat ut Adam persisteret in statu integritatis, imaginem non abjiceret, cum tamen nosset vi infinitæ luxæ perspiciatæ, id nunquam futurum? 2.) Quomodo obscuratur & imminuitur gratia divina in sententia nostra, dum amplitudo ejus propugnatur, dum de ratione Summi Boni esse statuitur, *communicativum* in esse omnibus, & inefficacia in hominem rejicitur: 3.) *Scripturam desideria DEO ἀνθρωπίνως* adscribere malè dicit, si simpliciter intelligat, annon enim Deus dicit, *si fecerit hac, qua in Legè scripta sunt, homo viveret in eis, cui confinia sunt illa Psal. LXXXI, Esa. XLVIII.* Aliud itaq; est ἀνθρωπίνως loqui, aliud *condi-**



*conditionatè loqui, in allegatis locis non loquitur à benevolentia, sed conditionatè, atque benevolentiam & beneficia sua, eorumque dispensationem suspendit, ut in Lege à complemento perfectæ obedientiæ, ita in Evangelio à testimonio fidei dilacido operosæ: Cætera omnia ex jam dictis dilui possunt.*

## QUÆSTIO XVIII.

*Agit de ordine in decretis divinis, ubi & nos a) ordinem admittimus: b) Reprobamus ordinem, quem constituunt Reformati in Gallia: & c) subscribimus ordini, quem Formula Concordiæ nostræ habet Art. XI. atque octogradibus definit, qui tamen ad tres deduci possunt, nempe principium, quod tractat de universalitate Voluntatis & mediorum Gratia, Medium, nempe fidem, & Finem, nempe salutem.*

## LOCUS

### De Creatione.

*Malè statuit Author, Imaginem divinam pertinere ad substantiam animæ, tum quia homo conditus est ad imaginem divinam, at eoque præsupponitur Imago divina, ad quam est conditus: tum quia si animæ substantia pertineret ad imaginem divinam, adhuc dum in statu lapsus homo gauderet imagine divinâ, quia habet animam adhuc immortalem: tum quia renovamur ad imaginem in statu gratiæ, renovamur autem non ad animæ substantiam, sed ad qualitatem conformationis cum DEO.*

## QUÆSTIO XII.

*Discurrit de arbore vitæ. & dicit, arborem vitæ non fuisse à DEO datam ad mortem arceandam, sed partim ad immortalitatem homini in statu illo obscurandam, partim ad vitam ejus in æquali vigore semper conservandam: Sed 1.) Quamvis arbor vitæ Adamo non data fuerit ad mortem arceandam, idque idèd, quia nullum vel mortis vel mortalitatis seminium in se habuit, ut præservativo mortis remedio opus fuerit, non tamen dici potest, vitam ejus non pependisse ab usu hujus arboris; si enim pependit vita Adami certâ ratione à reliquorum cibo-*

tam esu, quanto magis dici potest pendisse ab hujus arboris esu, naturaliter enim promovere vitam hanc arborem potuisse, vel ex eo constat, quod DEUS prohibuerit Adamum ab esu istius arboris post lapsum, & quidem ne viveret  $\square\text{h}y\text{h}$ , h. e. in æternum, seu fructu, qui habebat facultatem prolongandi vitam in longum tempus, vel æternum, h. e. quam diutissime viveret. 2.) Arborem hanc statuit esse Sacramentum, tum *perseverantia*, tum *immortalitatis æternæ*, At hæc ex *Calvini* Schola petita sunt: si enim accuratè rem æstimes, nullum Sacramentum locum habuit in statu *insegro*, quia illa data sunt in *remedium peccati*, præterea negat vim *intrinsecam* huic arbori vitam conferendi, & *obsignandi tantum facultatem* largitur, adeoq; vult Sacramenta nostra non esse *signa prædonata*, sed tantum *signa vana & obsignativa*. 3.) Quamvis ad vitam Adami in æquali vigore semper conservandam conduxerit hæc arbor, non tamen potest negari, alios cibos infervisse viribus attritis reparandis, ita enim potuisset Adamus abstinere omnibus cibus, & soli arbori vitæ inherere.

### QUÆSTIO XIII.

Disputat Author *de origine animæ*, & querit, an animæ à DEO creentur, an verò per traducem propagentur, prius affirmat, posteras negat: Itaq; in Th. I. dicit, *priorem sententiam orthodoxos ferè omnes sequi posteriorem pleròq; ex Patribus & Scholasticis, posteriorem Lutheranos amplecti, quibus semel olim prævicerit Tertullianum, quem hic Lutheseriani & varij ex Latinis secuti sunt: Augustinum hic citare, & licet de hac questione sæpè scribit, nil tamen determinare in eâ voluisse: At r.) falsò dicit, Priorem sententiam de Creatione Orthodoxos ferè omnes sequi, per quos intelligit Calvinianos, nam ex Calvinianis nostræ sententiæ pollicem premunt, Baro Mavinixim, Sobnini, Poncerus, Timotheus Brighus, Johannes Combachius, & qui nuperrimè scripsit Samuel Marofius. b) Dicit, sequi Orthodoxos, h. e. Calvinianos interpretes, imò pleròq; ex Patribus. At & hoc falsum est, cum nostratium sententia habeat Patres prævios, ut ipse agnoscit Tertullianum, antiquiorem Augustino, Apollinarem, imò ipsum Irenæum & Clementem Alexandrinum, in primis verò Athenagoram & Negenem Ethernæ:*

num. 3.) Dicit, *Scholasticos sequi orthodoxos*, verum an Scholastici *epiphymadov* conspirent *Calvinianis*, merito dubitatur, eam quidam in contrarium disputent, & ipse *Claudius Perigardus* in Circulis suis *Pisanis* agnoscat *Augustinum* inclinasse in nostram sententiam.

2.) Dicit, *Lutheranos amplecti sententiam Traducianorum*, sequentes *haereticos Luciferianos*: At 1.) *Luciferiani* non sequuntur *Tertullianum*, in cujus sententia duo sunt: unum quod existimavit animam esse materialem & corpus quoddam, alterum, illam propagari per traducem; Primitus rejiciunt *Lutherani*, Posterius tantum in genere accipiunt, atque ita cum *Tertulliano* conspirant b) *Luciferianos* quod concernit, fuerant illi utique haeretici, sed num in hoc tales fuerint, quod traducem propugnarint, à *Turretino* probari nequit, sanè si *Augustinum* & *Gennadium* consulamus, deprehendemus *Luciferianos* nos, non tam errasse, in assertione traducis, quàm in modo, dum scilicet dixerant animam ex semine corporeo, eandemque esse de carne & carnis substantiam. c) Quod de *Augustino* infert, id quoque simpliciter non est verum, nam 1.) *Augustinus* pressus fuit à *Pelagianis* in hac ipsa quaestione, adeoque *Pelagiani* haeretici, quibus sola opposuit *Augustinus*, potius supposebant, animam creari, atque ita contra *Augustinum* argumentabantur, si anima ex traduce non est, sed sola caro tantum habet traducem peccati, sola ergò caro poenam meretur, injustum enim est, ut hodie nata anima non ex massa *Adami*, tam antiquum peccatum portet alieni, quia nullà ratione conceditur, ut *DEUS*, qui propria peccata dimittit, unquam imputet alieno, ut ipse *Augustinus* refert *Epistolâ CLVII. ad Octavianum*, & itaque hisce haeretici se *Augustinus* opposuit, non debuit simpliciter *inclinari*, sed inclinare in sententiam *Traducianorum*, ut obtineret, quod vellet. 2.) Quamvis *Augustinus* difficultatem viderit hujus quaestionis, hunc tamen eundem nodum proposuit *Hieronymo*, & rogavit ut ipsum solveret, qui tamen nunquam hoc praestitit, unde etiam à *Pelagii* Sectatore dictus est *Augustinus Traduciana nationis primas*, At quomodo primas dici potuit, si non inclinasset in sententiam *Traducianorum*? 3.) Loca quaedam producuntur ex *Augustino*, ex quibus constat, inclinasse ipsum in sententiam *Traducianorum*, adeoque sententiam nostram *Augustini* potius conformem, quàm difformem esse,

esse. III. Ad omne id, quod in hac Th. I. Author differit, respondere possumus ex *Maresio*, qui scribit plurimos veterum in *Occidente* Doctores, imò totam quondam *Occidentalem Ecclesiam* admisisse sententiam *Apollinarij* de *Traduce*, sive de propagine animarum, ex *Hieronymo* referre *Augustinum* Epistola 157. ad *Octavianum*, ipsum verò *Augustinum* in eam semper propensioem fuisse, ut inde dicatur *Traducianorum Pater*, & ita à *Juliano Pelagiano* tradneeretur, imò ex *Augustino* affect simile, per quod declaravit, & *B. Meisnero* ab Authore nostro tribuitur de lucerna, quæ ab altera accenditur, & sine detrimento alterius alter inde ignis existit, sic animam de anima parentis traduci in prolem: quid quòd *Occidentalis Ecclesia* non tantùm, sed & *Æthiopica* nostræ sententiæ subscribat & calculum addat? vid. Scriptum *Dav. Imperatoris Æthiopici* ad *Johannem III. Luffiania* regem, ubi planè eodem simili, quo *Augustinus*, quo nostri usi sunt, utitur Rex ille *Æthiopum*.

II. Dicit Author, non omnes idem sentire, qui *Traducem* sequuntur, quosdam velle animam ex Parentum semine traduci, & educi è potentia materia, quosdam velle ab anima Patris per traducem esse, quosdam, &c. Verum 1.) prima sententia malè imponitur *Traducianis*, tam quia traductio &eductio sunt modi oppositi, tam quia neminem novi, nec ullum allegare potest Author, qui dixerit, animas rationales educi è potentia materia: tam quia Theologi, Medici, & Philosophi nostri Recentiores educationem è potentia materiæ in universum reiecerunt, nec in brutis etiam locum habuisse vel habere, modumque à Scholasticis fictum damnarunt, vid. *Sennertus in Hypomnematis*. *Scharff. in Physic. Sperling. passim.* 2.) Sententiam *Jac. Martini* vellicat, qui ut ille refert l. 3. *questionam Miscell. disp. VII.* sententiam amplectitur, quod anima Filij sit ab anima Patris per traducem, & sanè ita est, nam repetit hanc sententiam in disputationibus suis, quas adornavit contra *Bezanum*, verum an hæc sententia sit simpliciter rejicienda, annon inter *probabiles* referenda, meritò dubitamus, partim, quia disertè animæ egressæ dicuntur è femore *Jacobi Gen. 46.* non autem ex femore vel *Leæ*, vel *Rachelis*, quod emphaticum est: partim, quia Scriptura generationem filiorum patribus attribuit, v. g. *Gen. 8.* ubi dicitur, *Adamum genuisse filium ad imaginem*  
 & ff.

& similitudinem suam, si autem genuit ad imaginem suam, utiq; anima filii ab Adamo patre traducta erit, matres quidem dicuntur parere & concipere in Scriptura, generare autem tanquam opus proprium tribuitur patribus: partim, quia in recensione Genealogiarum non *Matres*, sed *Patres* tantum attenduntur, tanquam primaria generationis & multiplicatae familiae causa, unde Jac. Martini semper fuit in hac sententia & secutus est magnum *Theologum Wittenberg.* qui ante ipsum paria docuit, nempe *Salomonem Gesnerum*, qui in Disputationibus suis hæc habet: *Pleraq; testimonia ex Patribus adducta non opposita sunt nostræ sententiæ, quæ statuimus animam sobolis de anima parentis ut Lumen de Lumine accendi, imò habet consentientem Jacobus Martini, Iohannem Combachium, Calvinianum, Professore[m] Marpurg.* qui in libro suo de homine, 2. p. 48. scribit: *Ab utroque parente eandem numero animam derivari fieri non posse iudico, verum ita sentio, saltem aliorum iudicio; quemadmodum terra, quæ matris instar est, semen in se recipit, idq; vivificat, ita censeo, semen quoddam à patre descendere, speciem simul largiri, & consequenter animam, matrem verò materiam quoad corporis mole[m] & conformationem requiritur conferre.* Tertia sententia est *Timothei Brighti*, Theologi Calviniani, quam nos nunquam probamus, sed in sententia *Meisneri* & nostrorum subsistimus.

III. Hæc in Th. Author *Creationem animæ* probat 1.) ex creationis Legge, ostendens, quia eadem debeat esse origo animarum nostrarum, qualis fuerit *Adami*. 2.) Ad instantiam nostram respondet, & 3.) ex origine animæ *Evæ* concludit animas inspirari, imò diversam fore speciem animæ *Adami* & nostram, si duplex via admittatur, *Creationis* scilicet & *generationis*; Verum &c. 1.) ad majorem propositionem, illam non procedere, tum quia est mera petitio principii, disputatur enim, an eadem sit origo animarum nostrarum, qualis fuit animæ *Adami*, & hoc ipsum quod controvertitur, loco majoris propositionis ponit, tum quia ipse *Turretinus* agnoscere tenetur, aliam esse viam *Creationis*, & aliam esse viam *generationis*, via *Creationis* tantum obtinebat in sex dierum *Hexæmero* respectu plantarum, animarum & hominum, orbe autem condito nil restat nisi via *generationis*, generatur itaque nunc anima, non creatur: tum quia satis luculenta vestigia occurrunt in ipsa historica descriptione creationis, quæ docent

cent animas nunc non creari, non tantum, quia Deus quievit ab omni opere, quod creavit, quæ inter referendæ anima, *Gen. 11, 2.* sed etiam, quia creavit hominem, ut benedixerit ei, & dixerit, *Crescite & multiplicamini, & replete terram.* At per benedictionem non intelligitur tantum concursus communis, sed specialis, imò specialissimus in opere generationis: Nam non benedixit nisi supposito jam *Concursu* ad cæteras creaturas, communi, itaq; supposito superaddidit verbum benedictionis, specialem influxum in bruta & in hominem, ut constat ex 24. usq; 28. dixit, *Crescite*, non incrementum corporis tantum inveniendū, quia erant perfecta staturâ creati, sed augmentandi homines, corpore & anima constantes, quod ex sequente patet, dicit, *replete terram*, repletur autem terra hominibus *vi divina benedictionis*, qui anima & corpore constant, quemadmodum vi ejusdem benedictionis terra repletur animantibus brutis, quæ se multiplicant secundum corpus & animam. II. Probat majorem propositionem ex eo, quia imaginem ferre debeamus Adami, & creatio, utpote primi individui totius speciei sit exemplar formationis omnium hominum, ut conjugium primorum Parentum fuerit exemplar reliquorum: at nihil probat, partim, quia non habemus imaginem Adami, aut enim haberemus imaginem illam integritatis, aut illam, quæ adhuc superesse dicitur in statu lapsus, non primam, quæ plane decocta, non alteram, quis nulla imago DEI in homine datur *sensu scripturario* post lapsum, sed tantum *sensu Ecclesiastico*, unde etiam nil probat locus *1. Cor. XV. 47.* aut enim primus homo de terra & terrenus dicitur *ratione loci*, ut *Beza* voluit, quia in terra creatus vixit, habitavit, atq; ita terrenus fuit, aut dicitur *ratione qualitatis*, quod sc. homo post lapsum sit terrenus & ad terrena pronus, ut exponit *Chrysostomus*, aut terrenus *ratione originis*, quia de terra sumptus, ut cæteri Interpretes volunt, quocumque autem modo terrenum accipiamus, nil concludi potest pro *identitate productionis animæ nostræ & Adamiticæ*, si enim primum obtinet, dicimur similes tantum Adamo terreno, quia in terra habitamus: Si secundum, similes Adamo dicimur in peccato, quod excludit imaginem divinam; Si tertium, Adamo similes dicimur in animalitate, in vita animali, usu cibi & potus, quo opus etiam habuit primus homo de terra sumptus, & sic nulla *similitudo imaginis*,

his, sed *similitudo animalitatis* stabilitur: partim, quia creatio primi individui, si est exemplar totius speciei formationis omnium sequentium, etiam in brutis hoc ipsum obtinebit, adeoque primum individuum canis, cui anima est creata, erit exemplar formationis omnium canum, ita ut etiam illis non ingeneretur forma canis, sed creetur, imò ipsum quoque corpus, quod creatum fuit: partim, quia dispar est ratio conjugii primorum parentum & illorum productionis, conjugium enim primum potuit poni exemplar reliquorum, quia homine jam condito conjugium obtigit, & consequenter jam benedictionis & præceptivæ, quod præceptum, quæ benedictio ad posteritatem derivari potuit, ut sc. eodem modo conjugium incant, quo Adamus iniit, At productio primi hominis non potest exemplar productionis esse reliquorum hominum, cum alias homines deberent creari ita, ut ex limo formarentur ratione corporis & anima insufflata ipsorum naribus, uti factum Gen. I. III.) Probat minorem propositionem, & dicit, *animam immediate à DEO creatam esse, cum insufflaveris naribus Protoplastorum spiraculum vitæ, Gen. II. ut pateret animam non educam esse ex potentia materia, sed extrinsecus advenisse per creationem & in corpus infusam fuisse per ipsum DEI inspirationem: Act 1.)* videtur Author insufflatione spiraculi vitæ in nares Adami, quasi scilicet singularis modus hæc phrasi nobis exprimeretur, qui *dignitatem* commendaret animæ Adami, quod nos negamus, quia non sequitur, singulari se modo accinxit DEUS ad productionem animæ Adami, E. in illo singulari modo est querenda *dignitas animæ Adami* vel uniformis universalitas productionis animarum, sanè hoc non probat inspiratio, neque major nobilitas ex illa sequitur, sed potius nobilitas animæ queri debet in instructione imaginis divinæ, quod scilicet tale spiraculum vitæ DEUS insufflaverit, quod capax tanti Characteris, quod imagine divinâ dotatum, adeoque non in termino inspirationis, nobilior enim creationis modus hic est, si aliquid DEUS ex nihilo solo verbo producat, quàm si dicatur producere aliquid inspirando, & quàm planè nullum præsidium sit in hisce verbis pro spiritualitate, dignitate vel naturæ, in omnibus animalibus universaliter ex eo patet, quia *Gen VI.* Spiritus vitæ dicuntur esse in omni carne, etiam brutorum, quo posito aut dicendum, etiam spiri-

Spiritus brutorum adhuc creati, aut quia idem Spiritus dicitur in brutorum & hominum carne, admittenda erit generativa animæ propagatio, *Gen. VII, 15.* dicitur statim seu spiritum vitæ omnium animalium per diluuium suffocatorum fuisse in animalibus, inspiratio itaque aut Spiritus datio ut est actio non dicit specialem prærogativam animæ humanæ præ anima brutorum, idque idè quia communis est hominibus cum brutis: 2.) Dicit Author, *insufflasse DEUM in nares Adams spiraculum vitæ, ut pateret, animam noneductam esse ex potentia materie.* E. in hoc discernit animam humanam ab animabus brutis, quod illa non siteducta, hæc verò educantur: At ut nihil dicam, educationem animarum brutalium esse figmentum Scholasticorum, tantùm hoc urgeo, ex insufflatione illâ non probari posse illam prærogativam, quia adhuc controversum est, an verbum insufflare sit accipiendum *causaliter*, an *formaliter*: sanè quamplurimi Interpretes vocem *insufflavit* non reddunt *inspiravit*, *insufflavit*, sed *effectivè* accipiunt ac interpretantur *spirare fecit*, ut actio hominis designetur, non actio DEI: 3.) Dicit, *extrinsecum advenisse animam Adams & inspirando infusam fuisse*: At si urgeremus *Turretinum*, ut probaret animam Adams extrinsecum advenisse, vix se argumentis armare & defendere possit: quamvis enim quidam ex *Patribus* & etiam ex nostris Interpp. statuunt, insufflasse DEUM limospiraculum & prius præduxisse, deinde corpori immeruisse, hæc tamen sententia patitur suas difficultates, tum quia si anima Adams momento quodam fuisset extra corpus hominis, fuisset in *statu imperfecto*, qui autem credibile est, DEUM in prima rerum creatione fecisse aliquid in statu imperfecto, & num non anima in illo statu fuisset, quo hodiè est post mortem & separationem à corpore, tum quia si aliquo temporis momento anima fuisset extra corpus, hoc ei fuisset *naturale*, & consequenter *præternaturale* esse in corpore, adeoque omnem hominem esse in *statu præternaturali*: tum quia sententiam hanc, *quod scilicet DEUS non extrinsecum produxerit, sed in medio hominis limati formavit animam, adeoque producendo uniperit, & uniendo eaque produxerit*, defenderunt *Gregorius Nyssenus, Damascenus, Hieronymus, Augustinus & Thomas.*

2.) Rectissimè excipitur hoc ad Argumentum, *idem etiam fore descendum de corporis origine*, nec quicquam obstat, quod *Turretinus* re-

gret,



merit, *disparitatem esse ratione causa Efficientis, respectu verò causa materialis posse collationem rectè fieri*, tum quia si disparitas est ratione causa efficientis, disparitas illa erit admittenda, non tantum ratione corporis, sed etiam animæ, ita ut quemadmodum corpus *immediate* fuit à DEO productum tanquam efficiente, nunc verò *mediate* per parentes tanquam *causam Efficientem*, nec tamen quicquam corpori decedere, quia sit idem cum corpore primitus creato, ita etiam nihil operari contra animæ productionem *mediatam* illam dependentiam à parentibus, quin sit eadem specie cum primâ condita: tum quia supponitur corpus Elementare & materiale posse ab homine produci per generationem, animam autem immaterialem & simplicem creari tantum posse, quasi verò illud, quod *simplex & immateriale* est, creari tantum possit. Annon enim Angelis sunt simplices & immateriales, & nihilominus ipsis DEUS potest indere vim sui multiplicativam, ut Angelus Angelum generaret, sitaque hoc admittendum in spiritu *completo*, quanto magis in spiritu *incompleto*, qui non tantum spiritus, sed & forma est, & proinde vi benedictionis primævæ sui multiplicativa: tum quia dicit, *respectu causamaterialis posse collationem rectè fieri*, cum tamen respectu animæ causa materialis non detur, præterea si dextrè colligit, ut anima Evæ ex nihilo creata est, ita & animæ posterorum, & ut corpus ipsius ex terræ pulvere formatum est, ita & corpora nostra ex semine, non comparatio instituenda est ita, sed hoc modo: ut corpus Adami ex pulvere terræ formatum est, ita & nostra corpora ex pulvere formantur: Denique an *Turretinus* non concedit creationem corporis Adami, utut factam ex limo? Nam creatio *secunda* seu *mediata* æque est creatio atque *immediata*, si itaq; rectè colligitur, anima nostra creatur, quia prima fuit creata, E. & rectè colligitur, corpus nostrum creatur, quia primum fuit creatum, adeoque omnis generationis via excluditur.

3) De origine animæ Evæ disputat, atque dicit, *fuisse non per Traducem, quia Moses non reticisset, & Adamus ipse dicat, hoc est os ex osibus meis*: At 1) Non dicit Moses, *DEVM insufflasse Spiritum in id, quod ex Adamo est desumptum, in corpus Eva*, Ergo pariter concludi poterit contra *Turretinum*, *reticuit DEVS modum insufflationis, nul-*

*lam enim ejus vestigium in in totâ historia, E non insufflavit E. non creavit animam Evæ: quia ille ex reticentia origenis per traducem concludit animam Evæ non fuisse traductam. b) Quamvis κατὰ πύρον non dicat Moyses, animam Evæ fuisse traductam, virtualiter tamen dicit, dum scilicet costam ex viro desumptam vocat viventem, neque enim credibile est, DEUM in primâ rerum creatione per desumptionem costæ privasse animâ illam costam, atque ita cadaveris deinde insufflâsse animam, quo postea actio illa non tam fuisset *Creatio vel traductio*, sed *cadaveris resuscitatio*, dicit autem Moyses. *DEVM edificass. feminam ex costa*, edificare verò est formam artificialem introducere lapidibus & lignis, atque ex illis construere ædificium, cum itaque DEUS edificavit, & quidem ex costâ Adam, feminam Adam, formam desumpsit ex Adamo; eamque introduxit vel introductam supposuit corpori Evæ: Dicit Moyses. *DEUM edificasse ex costâ feminam*, quam desumpsit ab Adamo, accepit itaque ab Adamo ut costam ita & animam, cum adduxerit Adamo, cum in animorum & animarum conjunctione, unione & identitate voluerit consistere matrimonium. 3.) Nil facit locus *Gen. II. pro Tueretino*, quia non tantum dicit, *hec esset ex ossibus meis*, sed etiam *hec esset caro de carne mea*, caro sanè non vitâ privata, quia caro vitâ privata non est caro, quemadmodum oculus ex ossibus & vi visivâ privatus non est oculus, sed æquivocè ita dicitur secundum Aristotelim, *E. caro viva & consequenter animata ab Adamo*, prout aliàs in Scriptura caro non tantum de corpore usurpatur, sed vel maximè de homine anima & corpore constante, ut patet ex *Gen. VI, 3.**

IV. Locum allegat *Eccel. XII.* qui tamen non agit de *ordinaria anima origine*, sed de *prima origine*, quam concedimus fuisse *creatam*: b) Pulvis redit in terram, Spiritus autem ad DEUM ut iudicem, quòd intelligatur animam confestim post obitum sisti iudicio divino: c) Si de propria & peculiari quâdam ortus ratione, quæ corpori non competit, illa datio est accipienda, idem nobiscum dicitur, quia & nos in via generationis animæ non tantum *concursum communem* statuimus, sed *specialem*, imò *specialissimum*, idque *vi benedictionis*, quæ ulterius quid dicit, quàm *concursum primum cum causis secundis.*

V. Pro-

V. Producit dictum *Zach. XII.* verum semetipsum refutat, partim, quia dicitur DEUS *spiritum formare in medio hominis*, atq; in Hebr. habetur *וַיִּפְּחֵם*, quod non semper *Creationem*, sed quandoq; *formationem*, ex *o- litionem* notat, ut consequenter pro *Creatione* ex hoc concludi nequeat: Præterea per *spiritum* intelligit *Timotheus Brigibus*, Anglus, non *animam* hominis, sed potius *voluntatem*, quam DEUS fecit pro arbitrio: deniq; formare DEUS spiritum dicitur in *medio hominis*, adeoque in ipso homine; ita ut creando uniat, & uniendo creet, si valimus creationem defendere, & consequenter non dupliciter DEI actio hic habetur, nempe prima *Creatio*, deinde *Unio*, quod volunt illi, qui creationem defendunt, sed *unica & indivisibilis* actio: 2. Dicit, *spiritus formationem conjungi cum extensione Cæli & formatione terra*, quâ observatione plus non obtinet, quam loqui Zachariam de *prima Spiritus Creatione*, de insufflatione in nares Adami, quod est extra statum controversiæ. 3.) Allegat *Psal. XXXIII.* & *Esa. LVII* planè impertinenter, partim, quia non habetur *Psal. 33. וַיִּפְּחֵם*, sed cor, quia insuper rectè reddidit Lutherus de *moderatione cogitationum cordis*, quia denique *Esa. LVII.* nihil habetur de *animarum productione*, sed *Spiritus Sancti communicatione*; ipse *Maresius* observat, non legi, *DEUM fabricando mulierem ex costa ejus naribus animam insufflasse, ut fecerat in Adamo.*

VI. Argumentum petit ex *Hebr. XII.* verum planè non convictivum, partim, quia dicitur DEUS pater *πατὴρ* non in regno *potentia*, sed *gratia*, loquitur enim non de omnibus hominibus, quibus tamen DEUS spiritum tribueret per *Creationem*, si ex eo spiritum Pater diceretur, sed Pater spiritum in regno *gratia*, adeoque tantum fidelium, *regeneratorum & electorum*, & Pater *πατὴρ* non est Pater *πατὴρ* *terminativè*, sed *formaliter* ratione *regenerationis*, adeoque *πατὴρ* dicendus, scilicet Pater spiritualis, quemadmodum tres testes dicuntur esse in cælo; non localiter, sed *quæritivè*, h. e. tres testes *cælestes*, *Job. V; 7.* partim, quia non tantum sequeretur, DEUM tantum producere animas fidelium, non omnium hominum, sed & in totâ Scripturâ, quando oppositio instituitur inter carnem & spiritum, voce *carnis* non designatur pars hominis, sed totus

homo anima & corpore constans, videatur tanquam locus *Gen. VI, 34*  
 E. si patres nostri dicuntur patres carnis in oppositione ad Patrem spi-  
 rituum, dicuntur tales ratione productæ non tantum carnis, sed &  
 animæ, & *notanter* loquitur Paulus, dum dicit, patres carnis no-  
 stræ, caro autem nostra est caro humana, humana autem caro non  
 est absque anima: partim, quia dicit, *si castigationem Patrum car-  
 nis toleravimus, quare magis paternam castigationem DEI Patris sole-  
 remus & vivemus?* Pater itaque carnis non tantum notat patrem cor-  
 poris, sed & patrem *corruptæ carnis*, quemadmodum caro plerum-  
 que usurpatur in Scripturâ post lapsum, vid. *J. h. III, 6*. At si Patres  
 nostri sunt patres corruptæ carnis, non tantum habebimus ab illis  
 materiam & corpus, sed & animam, utpote *περὸν δεικνύει* corrup-  
 tionis, quæ in locum imaginis divinæ successit. Si Pater spirituum  
 dicitur DEUS, & adlitur, *si revereamur ipsum, nos victuros*, adeo-  
 que non tantum *vita gratia* in hoc seculo, sed & *vita gloria* in altero.  
 Pater spirituum non notabit *principium productivum animæ*, sed *prin-  
 cipium vivum spirituum* in nobis, adeoque Patrem regenerationis,  
 cujus consequens est *vita spiritualis*: Denique Apostolus ita argu-  
 tatur, *si Patres carnis nostra sumus reveriti, ex quibus carnem cor-  
 ruptam accepimus, & consequenter mortalitatem & mortem, quare ma-  
 gis patrem spirituum revereamus, castigationem illius paternam patienter  
 feramus, ex quo sequitur vita æterna.*

VII. Producit in hac Thesi tritum illud Calvinianorum Argu-  
 mentum, atque 1.) concludit *duas animas in unum coalitas*, quod  
 patidum, & exemplo duarum lucernarum, ex quibus accenditur lu-  
 men, refutari potest: 2.) Dicit, *si sic anima ex radice vel à patre vel à ma-  
 tre tantum, nullam rationem dari posse, cur ab uno potius, quam ab alio  
 propagetur*; At si *Jacobum Martini* sequamur, atque dari potest ratio,  
 quia *Scriptura* dicit, *animas egressas esse à semine Jacobi, non Rabeli, non  
 Lea, Gen. XLVI.* 3.) Dicit, *si pars propagetur, divisibile fore ani-  
 mam*, at si hoc supponit totum & partem locum habere in Spiritibus,  
 cum tamen totum & pars prescè accepta sint tantum affectiones  
 corporum, utiq; nondicimus ab *anima semen quoddam procedere, sed  
 tantum liberorum esse ab anima Patrum.*

IX. Impugnat illum modum, quo anima dicitur esse à Parentibus, non per alienationem anima parentum, sed per communicationem, uti Lumen de Lumine accenditur: 1.) ex eo, quia communicatione, quae fit unius ejusdemq<sup>2</sup>, absq<sup>2</sup> alienatione, locum tantum habeat in Essentiâ infinitâ, at verò hic impingit, tum quia in defensione propagationis non defenditur communicatio, quae sit unius ejusdemq<sup>2</sup> individualiter, sed tantum specificè, non enim dicimus, animam Parentis egredi, relinquere corpus generantis, & traduci seu transferri in generantem, tum quia ipse admittere cogitur obtinere istiusmodi communicationem in essentiâ infinitâ, tum quia firmiter contra Calvinianos hæc concluditur, qui, si dicamus, animam generari, etiam necesse habemus dicere, animam corrumpi, dicunt, nam Filius in divinis generatur ex essentiâ Patris, nec tamen corrumpitur, estque perpetua instantia, non ex identitate rerum, sed ex consequentia similitudine petita, quam perinde etiam Sam. Marsus urget contra Socios religionis. 2.) Quia anima Filii non possit produci ab anima Patris, neque terminativè, neque decisivè, neque constitutivè, sed & hæc ratione nil obtinet, tum quia terminativè produci non dicitur, ita respectu termini à quo, sed respectu termini ad quem, Author verò opponit, quod terminus à quo pereat productio terminus ad quem: & quid quaeso respondebit, si de formis materialibus, si de animabus brutorum ipsi fiat quaestio, atque instantia petatur, num & illæ non possit produci terminativè, quia terminus à quo perit: tum quia nostri Theologi nunquam dixerunt, animas natorum decisivè esse ab anima Parentum: tum quia terminis ludit, dicendo, non constitutivè produci animas natorum ab anima parentum, aut enim intelligit constitutionem Effectivam aut formalem, si prius, factum est, animas natorum non posse dici constitutivè produci ab anima parentum, eo ipso enim, quo dicimus animas propagari, produci à parentibus, dicimus produci constitutivè, casualiter & effectivè: Si posterius, ut ratio subjuncta docet, nullus unquam fuit, qui traducem propugnavit, qui in hanc constitutionem consenserit. Tertia ratio est, de similitudine Luminis, quia Flamma sit substantia corporea, & lumen educatur è potentia materia, atq<sup>2</sup> fieri decisivè particularum ignearum, quae transmittantur à face accensâ ad extinctam: At & hæc nil facit contra nos,

tùm quia adhuc maximè dubium est , an lux in suo *formali* non dicat *spirituale* quid , cùm DEUS dicatur Lux , 1. *Job. 1.* an lux , quæ aërem collustrat , non participet de *spiritualitate* , quia in momento illustrat : annon id , quod lucis nomine venit , sit secernendum à *subiecto Lucis* , & proinde comparatio institui talis : ut flamma & candela , quæ constant tùm luce , tùm materiâ lucis , producant lucem quandam per modum *Effectus* se habentem , ita etiam homo generans producat & *Spiritum* , qui lux , & *materiam* seu vehiculum , quod est semen : tùm quiaeductio è potentia materiæ figmentum est *Scholasticorum* : tùm quia non est necessarium , ut decisionem particularum ignearum in hoc puncto admittamus , & si quocùq; illam admittamus , non datur ratio , cur non ad materiâ & subiectum lucis restringamus.

XI. Progreditur ad fontes solutionum , & dicit , *DEVM quievissè ab omni opere suo , non vacando ab administratione rerum , sed cessando à creatione novarum specierum vel individuorum , quæ essent principia novarum specierum* : Verum 1.) non premit textum , non enim dicitur tantum , *DEVM quievissè ab omni opere* , sed *ab omni opere suo , quod parârat* , At si anima , quam inspiravit Adamo , fuit opus DEI , fuit opus , quod parârat DEUS , utique cessavit , ut ex lato fingendo hominem seu corpus , ita ab inspirando animam , & sub *benedictionis multiplicativâ* illam relinquendo. 2.) Cessavit itaque DEUS à creatione *novarum specierum vel individuorum* , si autem cessavit à creatione non *specierum* tantùm , sed & *individuorum* , cum animæ natorum ex Adamo sint individua , cessavit quoque non tantùm à nova specie humana condendâ , sed & ab *individuis* animabus inspirandis. 3.) Cessasse , dicit , à *novis individuis , quæ essent principia novarum specierum* , at de hoc ne quidem vestigium est in textu , finge itaque esse aliquem , qui hanc sententiam foveat , etiam animas brutorum *immediatè* à DEO creari , à qua forsan non alienus fuit Lippius in *Metaph.* qui statuit *animas brutorum esse spiritus , nec interire intereunte animali , sed servari usq; ad corruptionem sæculi* , poterit illudere ipse argumentum de creatione sumptum , de quiete DEI ab omni opere suo , dicendo , *DEVM quievissè quidem ab omni opere suo , à creatione novarum specierum vel individuorum , quæ essent principia novarum specierum*

*specierum*, quomodo respondebit *Turretinus* istiusmodi Philosopho? vanam itaque est, quod adiecit de principiis novarum specierum vel individuorum, quia simpliciter dicitur, *DEVM* quiescere ab omni opere suo.

XII. Dicit Author, *quamvis anima non sit ex radice, non tamen desinere vim benedictionis, &c.* At 1.) si non desineret vis benedictionis divinae, sed sese exereret in generatione hominis, tamen minueretur, adeoque à vi nativâ significationis in benedictione recederetur. 2.) Etique vis benedictionis divinae expirabit, nam *DEUS* non tantum benedixit homini, sed & brutis, brutorum autem benedictio extendit se ad *animam* & illorum *corpus*, si itaque in homine se non extenderet ad *animam*, sanè in *principali parte* hominis expirabit benedictio divina, homoque generans in opere illo inferior erit brutis animantibus. 3.) Dicit; *ita sese exerere benedictionem divinam, quatenus DEVS generantibus cooperetur, non solum dando vim prolificam & conservando, sed & corpori animam infundendo*, At hæc non sufficiunt, vis enim benedictionis dicitur quid superius concursu communi, cooperatione divina, quia est considerata tanquam *actus quidam divinus peculiaris ad generationem animalium, cum rationalium cum irrationalium determinatus*, neque potest vim prolificam dare *DEUS*, nisi det vim prolificam *animatam*, neque si infundat animam corpori, benedicit homini, quia infusio non fit per *benedictionem*, quæ ad ordinarium naturæ cursum spectat, sed per *creationem*.

XIII. Dicit, *non necesse esse, ut homo hominem generare dicatur, ut omnes partes essentielles compositi producat, aliam verum DEVM & hominem non genuisset virgo, &c. & sicut mors dicit dissolutionem, ita generatio unionem anima cum corpore, &c.* At 1.) falsam supponit hypothésin, quod scilicet non necesse sit ut homo hominem generare dicatur, partes essentielles compositi non producendo, quid enim est homo, nisi *Ens* quoddam constans ex partibus *Essentialibus*, anima & corpore, neque probat hoc ex generatione Christi ex *B. Virgine Maria*, supponit enim animam Christi esse immediate à *DEO* productam, cum tamen animam & materiam dederit Mater Filio suo, ut constat ex *Matth. I, 11*. Patet id aperte, quia Christus dicitur esse *Filius* *MARIAE*.

*Maria, Filius hominis*, ut passim legitur, filius autem hominis per generationem est ejusdem essentiae & partium cum homine generante, quia generatio est *processio viventis à vivente secundum similitudinem naturae*: 2.) Falsum est, sufficere ad productionem hominis *preparationem & subtractionem materiae*, hoc enim est *dispositivum*, non hominis generantis, neque unio animae cum corpore sufficit, quia v. g. si diabolus animam quandam separatam cum corpore uniat, generasse dicendus foret, neque sufficit, si completè tendit ad compositum, non per productionem partium ed tendere: 3.) Quod de morte dicit, *consistere illam in solutione unius*, id idè est, quia nemo animam potest destruere, *Matth. X.* ideoque qui hominem occidit, solvit unionem, non autem consequens est propterea, etiam generationem hominis dicere unionem & in eà constituisse, patet id ex destructione bruti, cujus mors non consistit in dissolutione animae à corpore, sed in destructione animae cum corpore.

XIV. Adamus potest dici, scribit Aauthor, *genuisse filium ad imaginem suam, licet animam non producat, cum ea sit corporum ejusdem temperamenti cum parentibus productio*: Verum falsum est, 1.) Adamum dici, *genuisse filium ad imaginem suam*, corporum ejusdem temperamenti ~~supposita~~ productione; quid si non fuisset ejusdem temperamenti corpus Sethi, num dicendum fuisset, Adamum non genuisse Filium ad imaginem & similitudinem suam. 2.) Nimis exiliter phrasin hanc expendit, quasi scilicet *generatio filij ad imaginem & similitudinem generantis* in hac causa consisteret *temperamenti identificari*, sanè quando Adamus dicitur genuisse filium ad imaginem & similitudinem suam, imago & similitudo occurrunt in textu, adeoque oppositio instituitur inter DEUM *creantem* hominem ad imaginem & similitudinem suam, & inter hominem *generantem* ad imaginem suam, utigitur imago & similitudo, in qua creatus est primus homo, constitit in anima tanquam in subiecto, quod DEUS insufflavit & cum illo imaginem Adami, ita generatio hominis consistit in imagine peccaminosa & similitudine, cujus *αὐτὸν δὲ λέγουσιν* idem est anima. 3.) Haec exceptio, similis est illi *Photiniana*, quae voluit *resulisse Sethum vultum & lineamenta Adami ex similitudine temperamenti*, atque his verbis designari, quam refutavit *Spanhemius*, scri-



Scribens, hoc tanti momenti non fuisse, ut gentis nomen à scriptura  
 res deseruetur.

XV. Dicit, eam animam dicuntur egressa ex femore Jacobi, non pro-  
 priè intelliguntur, sed synecdochicè, pro Personis, Ab 1.) si animæ egre-  
 ssæ sunt ex femore Jacobi, intelligunt quidam Calviniani synecdo-  
 chon partis pro parte, secundum quos dicendum esset, corpora ex fe-  
 more Jacobi esse egressa, quod putidum. 2.) Modestus itaque est Au-  
 thor noster, qui synecdochen partis pro toto hic obtinere putat, ut vo-  
 rò persona egressa est è femore Jacobi, quæ dicit suppositum quod-  
 dam intelligens, dicit aliquid constans ex anima & corpore, anima  
 cum corpore egressa est dicenda, & quia principale in homine est  
 anima, ideoque ad animæ egressum maximè respicit Moses. 3.) Di-  
 cit, sufficere, ut concurrerit Jacob ad productionem istarum animarum con-  
 junctione, at Jacobus non fuit causa physica suorum liberorum, sed  
 causa tantùm moralis hoc modo, neque qui conjungit, emittit ali-  
 quid, ut egressa dicatur anima, neque aliter se habebit Jacobus ad  
 liberos suos, quàm incendiarius ad combustionem domus.

XVI. Dicit, licet Christus non minus fuerit in Abrahamo quàm  
 Levi, non sequi fuisse Levi in ipso Abrahamo secundum animam; Verum  
 1.) fuit quidem Christus in Abrahamo, cum dicatur semen Abrahæ,  
 non autem semen inanimatum sed animatum, ut non decimatus fue-  
 rit in Abrahamo, quia decimatio dicit expiationem peccati. 2.) Le-  
 vi utique fuit in Abrahamo secundum animam, ut ut non formalitè  
 tamen virtualitè, & consequenter anima Levi per traducem fuit  
 propagata. 3.) Si Levi respectu personæ fuit in Abrahamo se-  
 cundum rationem seminatam, & vires naturales patris & matris,  
 à quibus oriundus fuit in illo respectu ipsius animæ, cum ratio se-  
 minalis & vires parentum instructæ sint anima, quæ multipli-  
 canda,

## LOCUS VI.

### QUÆSTIO II.

Quærit hic Author, An providentia DEI rectè dicat Fatum, & Th. 1.  
 dicit, quætionem necessariam esse non falsam, &c. sed etiam ut doctri-  
 na Calviniana liberetur à Calumnia: Ab 1.) hic dissimulat sententiam

*Calvini, qui in Institutionibus scribit, et nos de verbis inviti Binghamus, fati tamen vocabulum non recipimus, tum quia est ex eorum genere, quorum profanas novitates refugere nos Paulus docet: tum quia odio ejus conantur gravare DEI veritatem; sequitur Calvinus Deo. Chamier, qui contra Jesuitam Sandesiam defendit Providentiam divinam non esse fati nomine appellandam, neq. hoc vocabulum, à Christianis esse usurpandum, l. 2. c. XI. At 1.) fatum quoad rem ipsam habetur in Scriptura, Paulus enim habet ἀπερὶ τῶν τῆς θεοῦ λόγῳ, quod nil aliud est nisi fatum, nisi decretum immutabile, Hebr. VI, 17. b) Ex Petribus ipse Augustinus utat fuerit inimicus huic vocabulo, tamen non scribit, si qui DEI voluntatem vel potestatem fati nomine appellat, sententiam tenent, linguam corrigat, vid. Suarez. Did. Ruiz. Disp. IV. sect. 7. num. 3. c) Ipse Author hoc nomine utitur, Providentiam divinam insiguit eo, dum scilicet circa finem Th. VI. dicit, fatum, quod vocamus Christianam, est series & ordo causarum pendens à divina providentia 2.) Dicit in hac Theſi, quæſtionem hanc esse necessariam, ut doctrina Calviniana liberetur à Calumniis Pontificiorum & aliorum, qui subinde illi Parcarum tabulas objicere soleant, At rectissime objiciant Parcarum tabulas Calvinianis non tantum Pontificii, sed etiam nostri Theologi, tum qui ipsi Calviniani has statuunt & admittunt, ut patet ex Rhetorforti pag. 102. tum quia qui terminum vitæ omnem fatalem esse statuunt, illis sanè parcarum tabulæ objici, & mortem in fatum rejicientium nomine accusari possunt: tum quia aperte id ex exemplis Calvinianis potest potest, quas dederunt ad Job. Everovicium, Medicum Dordracenium, de termino vitæ humanæ, quem fatalem, imò fatalissimum propugnat Geſb. Voetius, cum cæteris Galvinianis. 3.) Dicit, Objici ipsi fatalem & stoicam rerum omnium & eventuum necessitatem, At non tantum hoc ipsis objicitur, sed etiam ex fonte veritatis hoc ipsum imponitur, qui enim dicunt divinam præscientiam omnem fundari in decreto, illi decretum voluntatis præferant, adeoque præfinita esse omnia absolute dicunt, & consequenter stoicam ac fatalem rerum omnium & eventuum necessitatem admittunt.*

III. Disputat de Varietate fati, & dicit, esse quadruplex, Physicum, Mathematicum, Stoicum & Christianum ex Pico Mirandola l. IV. peti-

petitum, At L. *Picus* fuit *Pontificis* Scriptor, si E. Pontificii imponat Calvinianis, *fatalem & foicam* necessitatem, male adducitur *Picus* in confirmationem hujus distinctionis, præprimis si consideremus Caput illud, in quo hanc distinctionem habet, ubi etiam de Angelis differit, quæ non sunt orthodoxa: 2.) Cur afferit *quadruplex* fatum, cum non tantum dentur hæc genera, sed etiam fatum *Platonis*, qui ita agnovit idipsum, ut non eripuerit homini libertatem, nam ut *Alcinous* habet, omnia quidem in fato esse dixit, non tamen esse in fato decreta, addatur *Plutarchus* de placitis Philosophorum, & *Chalcidius Platonis*, qui referunt, *Platonem* tria hæc distinxisse, primum DEUM, alterum providentiam, & tertium hujus prolem fatum: neque nocere voluisse ullo modo Libero Arbitrio. 3.) Ipse *Arator* plura agnoscit genera, de quo in sequentibus, dum scilicet meminit *Pharisaici & Judaici* fati Th. IV. In eadem Thesi meminit fati *physici*, & per illud intelligit ordinem & seriem causarum naturalium, At 1.) dari fatum physicum secundum *Calvinianos* videtur plane esse absurdum, tum quia fati nomine *physici* necessitas intelligitur, cum tamen non omnia natura, neque naturæ impetu fiant, verum multa *libere & contingenter*: tum quia nec Effectus naturales in hoc inferiore mundo, pluviz, venti, fati naturalis necessitate eveniunt, observante *Socratio*, quod enim est sub fato, id impediri nequit, idque idem, quia DEUS dixit, factus est ac decrevit, & sæpè impediuntur & impediri possunt interventu causæ liberæ; tum quia multa *extraordinaria & supernaturalia* providentiæ imperio contingunt, *Sodomæ* consumptio, populi *Judaici* excisio, *Monarchiarum* decreta & incrementa, unde quidam ex Calvinianis negant, fatum hoc esse admittendum.

IV. Producit fatum *Mathematicum*, ad quod refert *Pharisaicum & Judaicum*, At 1. fatum *Mathematicum* non fuit uniforme, sed distinctum, ut habet *Lucretius*, *Chaldæam* doctrinam refutans, *Astrologorum* artes convincere tentans, adeoq; *Babylonis & Chaldæi* distinguit. 2.) Quod *Pharisei* concernit, ex *Iosepho* quidem probat, fatum eos statuisse, verum quæ fuerit *Phariseorum* sententia, non satis liquet, quidam enim cum illis fecerunt *Stoicis*, quibus consentiebat *Chrysisippus*, atque ita omnem voluntatem non adimebant: quidam cum *Epi-*

R r 2

phanis

*phanis l. 17.* omnem libertatem adimebant, & sic cum illis Stoicis faciebant, quibus consensit *Diodorus* : 3.) Modestos Judæos si consulamus, præprimis *Menasse Ben Israël*, lanè is fatum reficit, ut aperte patet in oonciatore suo ad locum *Exod. VI.* imò in illo ipso loco de Induratione ita loquitur, ut magis reverenter de DEO sentiat, quam ipse *Chamier T. 3, l. 3, cap. 6.*

V. Examinat fatum *Stoicum*, qualis fuerit hæc in parte *Stoicorum* sententia, dicit, *non liquere*, in Th. verò VI. fatum *Christianum* describit, tum *active*, tum *passive*, At 1.) Longè fatius fecisset *Turritinus*, si distinxisset fatum stoicum in *rigidius* & *mitius*, qui primam sententiam sequebantur, ipsum DEUM fato innodabant, ac servum fati vocabant, imò *Sarpedona* non potuisse eripere *Jovem*, quia fato oppositum ereptionis decretum; qui alteram sequebantur sententiam, fatales quidem eventus statuebant, sed DEUM excipiebant, atque cum *Lipio* & *Bravardina* versus allegabant, ex *Hermeo*, *Seneca* & *Stoicis*, qui mitius quid sonabant, de quo etiam videri potest *Grevingovius*. 2.) Hanc mitiorem Stoicorum sententiam amplecti *Calvinianos* tam certum est, quam certum est Solem lucere in meridie, tum quia statuunt, *omnia esse in aternitate præfixa*, & consequenter *Decreto DEI circumscripta*, ut aliter fieri nequeant neq; potuerint, decretum absolute propugnant, quod nil aliud est nisi fatum: tum quia maximam partem in tempore statuunt *predeterminationem physicam* voluntatis humanæ, cum *Didaco Alvarezio*, quâ sententiâ stante iterum summa introduitur necessitas: tum quia *Libertatem* humanam tollunt, illamque in *spontaneitate* collocant, gratiam *irrefragabilem* defendunt, adeoq; rei fiant *Stoica* sententiæ, his ipsis hypothésibus. Imò deteriores sunt *Stoicis*, dum scilicet inevitabilem peccandi necessitatem in Judæ aliisque esse dicunt, idque idem, quia DEUS fecerit suo decreto: Unde in hæc quæstione est centrum totius *Calvinianismi*, ad quod hætenus ductæ lineæ in præcedentibus quæstionibus collimarunt. Hinc malè concludit Th. VIII, *Providentiam non rectè factam dici, neq; Calvinianos uti posse in hoc argumento*, tum quia si orthodoxi Theologi admittunt fatum, & Providentiam eo nomine insigniri posse asserunt, qui tamen *absolute decreto* simpliciter reauunciant, quanto magis providentiæ in sensu *Calviniano* fatum erit

erit appellandam ? tùm quia nullius momenti sunt ipsius argumenta; nam etiam *Esbnicâ superstitione* contaminati sunt dies *Martii & Mercurij*, usque tamen hæc appellationes rejiciuntur: Falsum itaque, *Calumniâ Adversariorum* esse obnoxium hoc vocabulum, sed *doctrina adversus Calvinianos*, falsum denique *providentia* vocabulum in *Scriptura tradi*, non autem *fati*, nam hoc ipsum demonstravimus non tantùm in *Hebr. Pl. 57.* sed etiam ex *Jobi XXXII, 34.*

#### QUÆSTIO IV.

Disputat Author, num *providentia sita sit tantùm in conservatio-  
ne, an verò etiam in gubernatione & concursu non tantùm indifferenti,  
sed particulari, specifico & immediato.* Th. III. rejicit *Burandam*, cum  
quo facit *Ludovicus a Bela*, nec longè abest ab hac sententia *Laleman-  
des*, & rectè quidem, nam & nostri Theologi præter *virium contri-  
butionem & conservacionem, cooperationem & concursum DEI* adse-  
runt atque defendunt. In Th. IV. *Jesuias* producit, qui *concursum*  
præter *conservacionem* defendunt *generalem & indifferente*, atque  
*Socinianos & Remonstrantes* ipsi associat: Ast 1.) *concursum genera-  
lem & indifferente* DEI non possumus negare *simpliciter*, rectè  
enim *Augustinus l. 7, de Civit. DEI c. 30.* scribit, *sic administrat omnia,  
quæ creavit DEVS, ut etiam proprios exercere & agere motus suar:*  
2.) Quamvis illud simile de *Sole* non per omnia velimus accommo-  
datum, cum *luculentam disparitatem* indicet *Professor Glasvuenfs,*  
interim *quantum ad ipsam indifferenciam,* non putamus, esse exhibilan-  
dum. 3. *Socinianos Remonstrantibus & Jesuicis* associat, At *Sociniani*  
*concursum simultaneum* nunquam propugnarunt, nec in sententiam  
*Jesuitarum* concesserant.

V. In hac Thesi aperit pectus suam, partim *Thomistis & Domini-  
tanos*, statuentes prædeterminationem physicam, adducendo, par-  
tiam non tantùm prædeterminationem illam ad actiones *bonas* restrin-  
gendo, sed etiam ad *malas* extendendo, partim *Calvinianos* illis ad-  
jungendo, atque sententiam *Alvarezij, Dominicani* approbando. Ver-  
um prima propositio est impia in ipsam DEUM, ù enim præde-  
terminatio *physica* locum habet, urgetur voluntas humana ad  
actus suos & libertas in periculum adducitur, nec non fato omnia  
feri

fieri afferuntur. 1.) Malè extendit etiam illam prædeterminationem physicam ad *actus malos*, unde *Zumelhus*, utur prædeterminationem *physicam* defendat, ad *actus tantum bonos* illam tamen restringit, abhorret à *malis*, in quo piè & religiosè loquitur, ut ait *Suarez*, atq; hæc sententia admitti nequit, tum quia neque homo aliter causatur malitiam *formalem*, v. g. furti, nisi *ponendo entitatem positivam et actum liberum* acceptionis rei alienæ, imò ipse homo non vult malitiam *formalem*, sed potius furtum vellet poni *sine malitia formalis*, quia tamen posito furto sequitur malitia *formalis*, inde est, quod volenti *materialis peccati* cum advertentia, imputetur etiam *malitia furti*; quid? quod homo dicitur causa peccati alterius, quatenus impellit eum ad *materialis peccati*, non enim suadet ei *formalitatem* malitiæ, sed saltem acceptionem rei alienæ, quam optaret fieri sine malitia: tum quia DEUS non saltem prohibet *formale* peccati, sed & *materialis*, dicitur enim, *non furaberis*, *non occides*, sane si quis suaderet Petro, & moveret eum ad occidendum Paulum, & simul ab eo nixè peteret, ne in illa occisione peccaret, suo ista foret inepta & ridicula, quomodo E. stare potest, DEUM ex una parte prohibere, dissuadere, deterrere à *materiali*, ex alia verò *prædeterminare* & ad ipsum impellere? tum quia tanta est connectio interactum odii DEI & illius malitiam, ut ratione illius connectionis non possit homo nec sibi nec alteri desiderare actum liberum odii DEI, neque DEUS eum poterit desiderare, neque prædeterminare, ut ab homine producat, quia si liceret illum desiderare, desiderium esset malum, & non malum, non malum quidem, quia supponeretur esse licitum, malum tamen, quia terminatur ad objectum malum, quantum minus itaque DEUS dici potest prædeterminare ad *materialis* odii DEI, quod in Prima Tabula prohibuit, & prohibetur? III. Propositionem quod attinet, est purus putus *Calvinianisismi*, tamen quia in in concursu DEI *partialari & specifico* ponit prædeterminationem adeoq; ita DEUM *peccati causam* constituit, tum quia Author hunc concursum non rectè explicat, nam concursus est *vocabulum relativum*, & dicit *conjunctionem duarum aut plurium causarum ad unam aliquam actionem*, At non concursus *simultaneus* ab ipso defenditur, sed ut ex progressu patebit, *promotio* quædam & *præcursor*; ut disertè loquitur

quitur *Vöctius*, *promotio* autem & *conatus* non sunt unum & idem tum quia adoptat sententiam *Didaci Alvarezij*, Episcopi Salpentis, qui rigidissimus, atque ita defendit influxum DEI *primum*, ut causa secunda non possit aliter agere, quam ex illa *prædeterminatione* seu influxu *necessitate*.

VI. VII. Probare incipit illam *prædeterminationem*, idque idem, quia *Scriptura passim adiones causarum secundarum DEO tribuat*, ut causa prima, producat in super dicta *Gen. 41*, ubi DEUS dicitur, misisse Josephum in Ægyptum, cor Regis habere in manu sua, & inclinare quocumque voluerit, impite tanquam securi, virga, ferrâ & baculo uti: Idem ad loca *Act. XVII*, & *Col. I*. se recipit, & ille ad *Phil. II*. & *1. Cor. XII*. verum & nos dicimus, DEUM esse causam primam, & omnes adiones causarum secundarum esse refundendas in DEUM tanquam causam primam, sed DEUM esse causam primam dicimus non per *prædeterminationem*, sed per *concursum simultaneum*, quatenus scil. DEUS ita concurrit cum *causis secundis*, ut *immediate* se habeat ad omnes operationes causarum secundarum, agere autem *immediate* duobus modis intelligitur, cum scil. solus agit nulla adhibita causa secunda, quemadmodum *immediate* creavit mundum, vocavit Prophetas & Apostolos, miracula edidit supernaturalia; vel *immediate* dicitur DEUS agere, etiam adhibitis causis secundis, si scil. inter actionem DEI & inter effectum non intercedat efficacia creaturæ, quæ propius effectum attingat, quam DEUS: *Mediate* autem DEUS agere dicitur, si tantum facultatem agendi & vires dederit atque tribuat, & conservet, ita tamen ut creatura proxime actionem edat: Nos cum dicimus DEUM agere *immediate* *immediatione suppositi & virtutis*, attingere omnem actionem & effectum creaturæ sive causæ secundæ, utitur vocabulo *immediate* in significatione secundâ, atque ita DEUM causam primam dicimus, quia *concursum immediato & simultaneo* attingit omnes operationes, atque hunc *concursum* defendimus cum Scriptura, quæ dicit, *omnia DEUS operatur in nobis*, *Esa. XXVI*, 12. quæ dicit, *DEUM circumvestire herbam*, *Matth. VI*, 30. imò maxime huc faciunt verba illius mulieris, quæ dixit *2. Marc. V*, 1, 22. *nescio, quando in utero meo apparuisti, neque ego spiritum & vitam vobis dedi.* 2.) Loca Scripturæ, quæ producit

dicit Author, non concludunt, non prius, quia ut etiam *Torrerius*
 habet, ex Hebræis verba ita habent, *nunc non vos me huc misistis, sed*
**DEUS**, fratres enim Iosephum non miserant in *Aegyptum*, sed vende-
 runt *Ismaëlitia & Midianitis*, **DEUS** autem rem ita direxit, ut in *Aegy-*
 ptum venderetur, idè **DEUS** dicitur misisse in *Aegyptum*, non fratres
 Iosephum, adeoq; *non prædeterminatio* quædam innuitur, neque ve-
 stigium illius, sed diversa actio **DEI** ab actione fratrum Iosephi, quæ
 suppositâ venditione, supposito peccaminoso actu à fratribus Iose-
 phi se habuit ut actus consequens, ut directio actionis malæ in bo-
 num finem: Non secundus ex *Proverb. XXI.* tùm quia **DEUS** dicitur
 eos Regis habere in manu sua, adeoq; de peculiari possessione
 cordis Regii est sermo: tùm quia dicitur inclinare, non prædetermi-
 nare, longè verò aliud est *inclinatio*, & aliud *physica prædeterminatio*.
 Prior enim dicit qualemcumque flexionem; prout hoc vocabulum
 usurpatur, *c. Vl. s. Sam. XII, 29. 1. Reg. XI, 23.* prædeterminatio
 autem *physica* dicit *vim physicam & operationem quandam irresistibilem*
*in voluntatem hominis*: tùm quia **DEUS** ita dicitur cor Regis in-
 clinare, ut non mentio fiat inclinationis in malum, sed per conse-
 quens inclinatio in bonum debet accipi, præsertim si attendamus,
 quòd accipi ita oporteat, cum ab *inclinatione* **DEI**, à *volitione* di-
 vina absit omnis iniquitas, & odio ejus subternatus, *Psal. V, 31*
 Locus denique *Isa. X.* non concludit pro prædeterminatione, par-
 tim, quia securis est instrumentum in manu Artificis, sed *causa se-*
*condæ* non sunt instrumenta respectu *causæ primæ*, ut in sequenti
 quæstione exponatur: partim, quia verba *Esaie* non habent, quòd
**DEUS** virgam, baculum vel ferram ipse fecerit Senacheribum, vel
 creavit ad hoc opus, atque contra jus & fas immiserit, sed Senache-
 ribus *propria voluntate* accommodavit sese, in baculum, ferram at-
 que virgam: partim, quia **DEUS** toto hoc capite comminatur *Affy-*
*ris & Sancheribo* peccam dicit, si verò ipse prædeterminasset ni-
 lum, non potuisset peccam denuntiare propter opus, quòd ipsius **DEI**,
 unde etiam malè vertunt quidam, *haus Affur*; vel *is Affur*, ut sit
 *vox compellentis, velexitantis, aut adhorrentis*, sed potius verten-
 dum, *ve affur*, prout hoc vocabulum in hac significatione in hoc
 ipso capite legitur *1. Is. totum* itaque negotium illius *Affuris* spe tra-
 tur.



tur vel ut *actio peccaminosa*, vel ut *castigatio populi Judaici*, priori modo sese non habuit Assur ut securis, &c. Posteriori autem modo, adeoque *terminative*, prout illa expeditio fuit castigatio populi, in tantum sese habuit Assyrus, ut virga quæ correxit populum suum DEUS. Locus *Act. XVII.* tantum probat *concursum*, tum quia dicimur moveri, adeoque DEUS proponitur, at movens, tum quia dicimur moveri in ipso, particula in pro per posita, ut ex collectione locorum *Matth. IV. & Luc. I.* patet: tum ex testimonio *Arati*, qui DEUM Patrem sistit: Locus verd *Col. I.* dicit tantum, *omnia in se consistere*, adeoque de *conservatione* agit, non excluso *concursum*, tum quia in proximè antecedentibus agit de *Creatione visibilium & invisibilium*, ac igitur quis existimet DEUM ut Architectum constructa domo causari desuisse, ideoque addit *in se* consistunt in ipso, h. e. conservantur, quia conservatio est perpetua creatio: tum quia conservationi semper proximus est concursus, & sequitur, hinc exponi potest, omnia in ipso consistunt, h. e. conservantur, reguntur, gubernantur, tum quia locus parallelus id evincit *Hebr. I.* ubi dicitur, *quod Filius sustentat omnia verbo potentia sua*, h. e. non tantum *creat*, sed & *conservet* atque *gubernet*.

VIII. Secundum Argumentum non stringit, partim, quia eo ipso, quo DEUS est moderator mundi, non *prædeterminat agentia libera*, sed ita concurrat, ut moderetur unumquodq; secundum naturam suam, atque regat cum agentibus *liberè liberè*, cum contingentibus *contingenter*, cum agentibus *necessariis, necessariè*, partim, quia solâ conservatione & concursu *generali* simultaneo præesse potest mundo, ut designato ordine regat eum: partim, quia ita est Dominus mundi, & singulorum in mundo, ut imperio suo habeat motus sibi subiectos, sed non *ratione prædeterminationis*, verum *ratione directionis*.

IX. Proposuit Tertium Argumentum, & concludit, *omnes creaturas pendere à DEO in operari*, at nullus Theologus negavit creaturam pendere, non tantum *in esse*, sed & *in operari* à DEO, eo ipso, quo *concursum, simultaneum* admiserant, sed aliud est pendere à DEO *in operari*: aliud ita pendere in operari, ut *omnes & singula actiones prædeterminentur*. 2.) Vanè metuit, *ita creaturam non dependere in operari à DEO, imò potius DEUM pendere à Creatura*, sicut

nostra sententiâ, nam modo *concurſus ſimultaneus* ſubſiſtat, pendē-  
 bit creatura in operari à DEO, neque tam abſurdum eſt, ut putat  
 Author, dicere quodammodo *DEVM pendere à Creaturâ quantum ad  
 ſpecificationem actus*, ut enim Sol generaliter influit, determinat  
 verò à *cauſa inferiore*, ut naſcatur rana, culex, vel aliud quoddam  
 animal, ita quoque ratione *concurſus generalis* ſe reſtatet reſpectu  
 DEI & Creaturæ: 3) Dicit, *Cauſam primam non amplius fore cauſam  
 primam, ſed ſortes principia, quæ cauſa: eſt ſubordinatio* hic no-  
 bis ſubvenit, munus enim & ratio cauſæ primæ ſatis ſervator non tan-  
 tam quatenus creaturas ſuas condidit, viresque illis operandi tribuit,  
 eaſque conſervat, ſed etiam quatenus cum illis ad agendum actu con-  
 currit, in omnibus eamſem actionibus & motibus, & præter concu-  
 ſum cauſæ ſecundæ ſubordinatur primæ, quæ natura & univerſa ſa-  
 cultas atque activitas cauſæ ſecundæ oriuntur à prima, conſervan-  
 tur, & perpetuum ejus influxum requirunt, imò etiam ratio con-  
 curſus cauſæ ſecundæ maxime dependet à prima, neque enim pari ra-  
 tione concurrunt ut duo homines, trahentes ovem, vires ſuas eor-  
 dem modo conjungunt, ut neuter ab altero dependeat, ſed concu-  
 ſus cauſæ ſecundæ omnimò dependet à prima, & licet uterque con-  
 curſus coſtat in *numero actionum*, illa tamen eadem actio, ut à  
 DEO eſt, eſt *independens*, ut eſt à creatura, priuſus à DEO *dependet*,  
 nec nos urget, ſi dicat, *oportere primæ cauſæ influxum ut ſit prior  
 natura, ac influxus cauſæ ſecundæ*, in concuſu autem *ſimultaneo* ni-  
 hil tribuitur DEO priuſ, quàm cauſæ ſecundæ: nam ut alia tranſe-  
 ſam, illi ipſi prædeterminantes requirunt *concurſum ſimultaneum*,  
 ſtatenter itaque concuſum DEI, prout diſtinguitur à concuſu crea-  
 turæ eſſe illo priorem ordine, dignitate, &c. quanquam illa prioritas  
 potius denotetur vocabulo *influxus*, quàm concuſus. vid. Alvarez  
 l. 3. de auxiliis. Diſput. XIX. nom. 4. Will. Turrellio vindic. l. 2. p. 5.  
 pag. 56.

X. Quartum Argumentum hoc modo proponit, *ſuſta DEVM  
 orari, ſuſta gratiaſe opti, ſi tantum daretur concuſus generalis*, Act  
 2.) hic de providentiâ diſputamus. & quidem *generalis*, ad quam  
 proinde pertinet concuſus *generalis & illimitatus*: 2) Preces & gra-  
 tiarum actio, fides, ſpes, &c. ſunt *ſupernaturalis*, atque in Ecclie

si tantum dantur : non autem disputatur , *an concursus generalis sufficiat ad preces & virtutes Theologicas*, agnoscimus enim ipsimet auxilium quoddam speciale. 3) Expendat Author, quid dicat, fingamus enim preces esse frustraneas cum gratiarum actione, si seponatur prædeterminatio, E. à prædeterminatione pendebunt preces & gratiarum actio, E. quia DEUS impios non prædeterminat ad preces, & ad gratiarum actionem, impii non poterunt precari vel gratias agere, cogentur omittere, idque ex defectu *prædeterminationis* divinitus, adeoque DEUS erit causa omnium peccatorum omissionis, quia scilicet non prædeterminavit hos vel illos ad preces & gratiarum actionem.

XI. Quintum proponit, & dicit, *posteo concursu generali & indifferenti DEUM non magis boni, quam mali fore causam*. at hæc consequentia nullo modo procedit, quia DEUS planè non est causa mali, sed generaliter & indifferenter concurrat, concursus enim generalis & indifferens præscindit à bono & malo, eo ipso quo est indifferens, quemadmodum Sol non potest dici causa fœtoris vel odoris boni, quia indifferenter influit in sinum & in rosam, limitatur ille indifferens concursus quoad specificationem actus à creatura, quæ ab utroque concursu, quæ illum detorquet ad malum, 2. Providentia DEI non subijcitur arbitrio hominum, stante postea sententiâ, sed dominium adhuc salvum manet, quia etiam actus malos dirigit in bonum suum, nec potiores atque priores voluntatis partes sunt, sed potius ex impotentia hominis peiores: nec denique determinatio influxus ad hanc vel illam actionem in specie ita est determinata, ut actio in specie foret independens, semper enim causalitas defenditur à nobis, tum ratione conservationis, tum ratione concursus, 3.) Scriptura causam omnis boni sive naturalis, sive moralis testatur esse DEUM, verum hoc non est in quaestione, sed de prædeterminationis controversiam, largimur DEUM esse causam omnis boni, sed non ex absoluto decreto, cui subordinetur prædeterminatio, extendimus causalitatem DEI in concursu etiam ad mala, sed non per voluntatis prædeterminationem, quæ stante non videmus, quatenus DEUM à causalitate peccati possimus liberare.

XII. Urget 1.) absurdū loco, *sic non fore dispositionem fortium à DEO*. At dispositio fortium præsupponit tūc *factum fortium*, cui se attemperat concursus divinus, tum dicit *directionem DEI supposito facto*, quæ directio est actus *specialis* providentiæ divini: tum quia non negatur à nobis, ut providentia specialibus in fortibus intercurrit, ita quoque *actum quendam divinum specialem* in illa directione conspici, locus autem ex Proverbiis adductus nil facit pro *Turretino*, partim, quia missa sententia *Aben Esra*, qui hæc verba connectit cum antecedentibus adeoque longè alium & diversum sensum loci huius producit: Missa etiam sententia *LXX*. Interpretum, quæ etiam aliò verba hæc flectit, si ponamus legenda esse ita, fortes mittuntur in finem, nil aliud dicitur, quàm secundum *Junium*, *Judicium* & totam ejus rationem esse à *Jehovali*. At hæc nil faciunt pro concursu *predeterminativo*: partim, quia si de *temperatura* divina fortium sermo sit, longè aliud est *temperatura*, & aliud *predeterminatio*: partim, quia si de *temperatura* temporis & moderationis illi accommodata sit sermo, seu de *temperatura rectionis*, ita ut dicatur *DEUS* regere sortes, seu de *temperatura felicitatis & infelicitatis* in eventu, planè nihil ex illa dispensatione providentiæ divini pro sententia *Adversaria* obtinetur, sed in *DEI* manu esse eventum, indicatur; pariter quod de casu passeris ingerit, nil concludit, quia si concedamus cum *Hunnis* casum passeris physicum non esse absque voluntate divina; nondum tamen concluditur, E. à voluntate *predeterminante*: 3.) Denique quod de nive, imbris, glacie, ventis, cibo, &c. differit, nil aliud probant, quàm concursus *DEI simultaneum*, propter quem omnes hæc actiones tribuuntur ipsi *DEO*, & rectè *Beharminus* dicit, *actionem humanam planè totam esse à DEO, & ab ipso habere non saltem esse genericam, sed & specificam & singularem: Esse autem specificam habere ex modo agendi voluntati humanae, nec aversè loquitur*; sicut enim concursus *Solis* ad *murem*, *ranam*, vel aliud quoddam animal determinatur specificè à causa secunda, ita & hic sese res habet, nec si actio *DEI* determinatur ad talem actionem à voluntate humana voluntati humanæ eventus *principaliter* erunt assignandi, manet enim voluntas divina causa *principalis*, & voluntas humana sese habet tantum *per modum causa proxima*, proximam autem

tem causam determinare ad *speciem actus* etiam à Philosophis admittitur.

XIII. Septimum producit Argumentum, quod scilicet *stante concursu generali decretum DEI reddatur incertum, & præscientia fallibilis*, verum hoc planè non sequitur, tum quia præscientia divina est infinitæ perspicaciæ, & proinde novit, quorsum voluntas humana in tempore se sit flexura, ut nil dicamus de veritate *objectivâ*: tum quia non absurdum est, *præscientiam divinam pendere à voluntate humana*, non quidem *effectivè*, sed tamen *objectivè*: tum quia Author decretum præfernit præscientiæ, adeoque *certitudinem eventus* non tam in *præscientiâ* fundat, quam in *prævio* decreto, quasi scit, DEUS videret hoc vel illud *infallibiliter* futurum, quia scilicet, *decreto quodam absoluto prædeterminavit*, atque hoc decretum *antevolet* ipsam præscientiam, ita ut hæc in illo fundetur; Secundum absurdum est, quod *ita subtraherentur Dominio DEI operationes voluntatis, & homo feret independens*: Ast stante *concurso simultaneo* non subtrahuntur Dominio DEI operationes voluntatis humanæ: sed subordinantur actiones humanæ providentiæ divinæ, & cum concursu DEI *conjunguntur*, ne homo ita *independens* redditur, si enim actio humana intumè imbibit *concursum* divinum, ita ut illi *identificetur*, ne homo potest agere sine concursu illo, quomodo potest dici: *Concurso communi & simultaneo posito hominem fieri independentem*, neque ex subdito fit socius DEI, quamvis enim in concursu *simultaneo* concurrant Creator & creatura, non tamen tanquam *causa sociæ* aut *parciales*, sed ita ut DEUS concurrat tanquam *causa prima*, creatura verò tanquam *causa secunda*. Tertium absurdum non stringit, *quod hoc modo plus ageret creatura, quam DEUS*, si enim DEUS causa *totalis* statuitur in *concurso*, non potest dici creatura plus agere quam ipse DEUS, motio *specialis* potior *generali* & perfectior dicitur, non autem si motio *specialis* comparatur cum *causa prima*, quæ excedit *motiorem specialem* ipsâ sui *primitate*: Denique si quod determinat, perfectius est eo, quod determinatur, homo peccans & obliquans *concursum* DEI, imò auxilia *specialia* ad peccata, blasphemiam, Sodomiam, &c. erit perfectior, quia *determinans* est perfectius *determinatum*. Quartum tandem absurdum, quod *præcipua pietatis ratio est ita*

*subvertatur, utpote quæsitæ in dependentiâ voluntatis nostræ à voluntate DEI non stringit, quia pietatis ratio non est per concursum communem, sed per auxilium quoddam speciale.*

## QUÆSTIO V.

Pressus hic agit, & quærit; *an DEVS concurret cum causis secundis non modo concursu particulari & simultaneo, sed etiam prævio: Præmittit distinctionem concursus physici & moralis, mediati & immediati, per modum principij, & per modum actionis: Denique concursum distinguit in prævium prædeterminantem & simultaneum seu concomitantem, prævium dicit, esse actionem DEI, quâ in causas earumq; principia influendo creaturas excitat, & ad agendum promovet, & ad hoc potius quàm ad illud agendum applicet, Verum 1.) concursus non dicitur prævius, unde Turretinus ipse agnoscit, concursum prævium melius dici præcursum: 2.) Dicit, prævium esse actionem DEI, quâ in causas earumq; principia influat non sustinendo, nec conservando, sed prævidendo & prædeterminando, atq; creaturas excitando, ut ipse loquitur, atque hoc ipso omnem motum, omnem excitationem creaturarum reducit in determinationem divinam, quo posito creatura aliter agere nequit, libertas in discrimen adducitur, atque creaturæ instrumenta DEI offerantur: 3.) Dicit, non tantum ad agendum promoveri, sed & ad hoc potius quàm ad illud agendum applicari, ponimus primos Parentes contraxisse fructum vetitum, peccato se & totum humanum genus contaminasse, sanè dicendum ex hac sententia DEVM ad hoc potius, nempe ad correctionem vitiosam, quàm ad illud iustitiæ originalis exercitium illos applicasse, & sic in omnibus peccantibus, quo posito DEUS directe causa peccati statuitur.*

VII. Dicit pro hac sententia militare præter Argumenta, quæ præcedente quæstione sunt adducta, ad probandum particularem DEI concursum sequentia. Primum ex natura causa prima, & subordinatione causarum secundarum, primam enim causam esse primum movens in omni actione, idè causam secundam non posse movere, nisi moveatur, neq; agere nisi a primâ, & sic non amplius esse causam secundam, sed primam, &c. Ast hoc non est candidè agere, tùm quia Argumentum est philosophicum, non Theologicum, non ex Prophetâ vel Apostolo petitum, sed

ex Aristotele, quod agnoscit Cornelius Jansenius C. 31. tùm quia ipse Aristoteles planè alienus fuit à *prædeterminatione physica* voluntatis, nam scripsit, cœlum moveri *immediatè* à DEO, & primum orbem, inferiores verò per intelligentias moveri, ideoque Cœlum & Sol ab ipso statuitur *causa universalis*; si itaque Aristoteles nullum agnovit *principium motus* in inferioribus, quod à motore primo derivaret, nisi cœlum tanquam medium quoddam, planum est prædeterminationem voluntatis humanæ non esse ex cœlo, non ex Astris, adeoque *Stoicorum* fuit sententia vel propugnatorum *Mathematici* fati, cœlum & astra agere in voluntatem humanam, eamque determinare vel ad hoc, vel ad illud: tùm quia *Wilb. Trwyse*. Anglus, contra *Suarezium l. 2. de Scientia media* scribit, *Aristoteli* ignorasse *determinationem voluntatis divinae, & propterea statuisse de futuris contingentibus non esse determinatam veritatem*, dicendo, *nonnumquam posse salvare dependentiam causa secunda in agendo*: Non prius, quia ubi detur tantùm *concurfus simultaneus*, ibi quidem DEUM operari cum creatura, sed non in ea, & causam primam ac secundam esse causas *parciales*: Non posterius, quia conservatio naturæ & virium ejus efficiat quidem, ut causa secunda dependeat à DEO in *essendo*, sed non in *operando*: tùm quia etiam dato *concurfu*, simultaneo DEUS non tantùm operatur *cum Creatura*, sed & *in ea*, tùm quia causa prima & secunda in *concurfu simultaneo* non sunt causas *parciales & sociæ*, sed ambæ *totales*, licet *diversi generis*: tùm quia non tantùm conservacionem naturæ defendimus, sed etiam *cooccursum* in operando & causando.

VIII. Producit secundum Argumentum, sed ad illud respondemus, *determinari* utique voluntatem humanam, sed à *se ipsâ* 2. Quod est in *potentia*, illud reducitur in *actum* ab eo, quod est in *actu*. At falsum est voluntatem hominis esse *ratione determinationis* ad malum in *potentia*, quanquam omne quod determinat in potentia determinandi certo modo fiet: tùm quia *causa secunda*, si fiat sufficientes, etiam possunt *se ipsâ* determinare, ad hoc vel illud agendum, non in omnibus necessaria est *prædeterminatio divina*.

IX. Tertium opponit, & dicit, *Esse DEUS non concurrat concurfu pravo, determinando antecedenter creaturam ad actum, nec*  
*possit*

*possit conjugari in agendo cum creatura concursu simultaneo.* At eo ipso, quo *concurfus simultaneus* opponitur *prædeterminationi physica*, conjugari potest creatura cum Creatore in agendo *concurfu simultaneo*, etiam præcisâ determinatione: quæ addit, habent petitionem principii: 2.) Quod addit *ambas à præpotente quâdam superiori conjungi debere, ad eandem actionem eodem temporis puncto eliciendam, non ambas natura sua esse determinatas ad operationem illam, ita ut illam non possit non producere*, potest hoc modo solvi, scil. utique conjugari debere cum creatura superiore in *essendo*, sed non cum causa superiore in *operando*, ita ut causa superior sit *prædeterminatrix*. 3.) Determinare operationem alterius imprimis in malis actionibus, dicimus causam secundam, quia causa prima non potest deviare; Et sanè si quis dicat, *si DEVS concurrat ad omnem creatura actionem, concurrere quoque ad determinationem*, E, DEUM verè determinare voluntatem, quoties voluntas seipsam determinat: Respondemus, neg. consequens, quia longè aliud est, DEUM *concurrere ad determinationem voluntatis*, aliud *determinare voluntatem*, neque enim DEUS denominatur ab omnibus actionibus ad quas concurrit, sic enim v. g. concurrat ad ambulandum, ad edendum, quotiescunque ambulamus & edimus, neque tamen DEUS propterea dicitur, ambulare, quia non ambulat neque comedit, nec minus propriam voluntatis rationem dicimus eam determinationem, quâ voluntas sefe determinat, quàm edere & ambulare, sed actus proprii edentis & ambulantis.

X. Ultimum proponitur dicendo: *DEVM absolutâ & efficaci voluntate decrevisse ab æterno omnes actus etiam liberos antecederet ad prævisionem determinationis ipsius liberi arbitrii.* Verum hoc falsissimum est, hoc infert decretum illud *absolutum*, hoc voluntatem divinam præsternit prævisioni, & *prædeterminationem temporalem* prolem esse asserit illius decreti *absoluti*. 2.) Ratio consequentiz quam petit à *convenientiæ decreti cum ipsius executione*, supponit *decretum absolutum*, supponit *decretum antevolans* ipsam præscientiam. 3.) Antecedens non probat, nam si ponamus futuritionem rerum non aliunde pendere, quàm à *decreto DEI*, tamen decretum DEI est vel *absolutum*, vel *hypotheticum*, concessio itaque quod quædam pendeant à *decreto absoluto*: quædam tamen etiam dependent à *decreto hypothetico*, nec

EXCE-



exceptionem effudit de permissione dicendo, decretum *permiffivè ver-  
fari circa malitiam alius, bono autem non obftrare, quò minus efficitur  
verfetur circa entitatem phyficam ipsius actionis*: tum quia ita decre-  
tum DEI fingit *abfolutum* circa omne id, quod in rerum natura occur-  
rit: tum quia dicit, *decretum illud verfari efficitur circa entitatem phy-  
ficam ipsius actionis*, adeoque eo ipfo decretum *permiffivè* live *permi-  
ffivum* dicit cum *Maccovio* effe *efficax, caufaliter influens ac pradetermi-  
nans*: tum quia fi DEUS verfatur circa *entitatem phyficam* ipsius actio-  
nis voluntate fuà *efficitur*, confequens eft ipsum producere & caufare  
odium DEI, blaſphemiam, Sodomiam, &c. ſcelera quoad *entitatem  
phyficam* ipsius actionis, à quà tamen *inſeparabilè* & malitia, illi  
*trinfoca*, adeoq; hęc ipſa aſſertione conſtituit DEUM cauſam peccati,  
quod tamen à ſe amoliri ſtudet quaſtione VIII. licet fruſtra.

## LOCUS VII.

### De Statu Hominiſ ante Lapſum & fœdere Naturæ.

Hoc in loco, Quaſtione Primâ, diſcutit, *quanam fuerit Libertas Adami  
in ſtatu integritatis, & quaerit, An detur fœdus natura ut contradic-  
tum fœderi Legali & Evangelico*, quod maximè diſputatur inter ipſos  
Calvinianos, & negant illi, qui contra *Amyraldum* ſtatuant, recenſ  
effe ipſius Commentum. 2.) Fruſtra diſputatur, *quanam fuerit Li-  
bertas Adami in ſtatu integritatis*, tum quia *Calviniani* præmotionem  
ſeu *determinationem* voluntatis divinæ admittunt in omni ſtatu & de-  
ſendunt; At *prædeterminatione* eſt inſenſibilis *libertate*, ſi enim voluntas  
humana *prædeterminatur*, ſi voluntas humana immobiliter ad unum  
*opporitorum* flexitur, non amplius dici poteſt *indifferens* ad utrum-  
que oppoſitorum & libera, libertate præpria *contraxerat*. 3.) Dum  
quaerit *de libertate Adami in ſtatu integritatis*, non tribuit Adami ſta-  
tum integritatis, ſi enim homo conditus eſt labilis ex ſententia *Calvi-  
nianoꝝ*, non conditus eſt reſtus, quod Eccleſiaſtes aſſerit, E. nec inte-  
ger, E. nec præditus iuſtitia originali & imagine DEI, hæc enim ima-  
go, integritas & iuſtitia originis non compatiuntur *libertatem phyſicam  
concreatam*, & potentiam quandam à DEO inditam ad labendum.

illud, sicut sententia Calviniana non videmus, quem modo non admittenda sententia Penseficiorum, qui iustitiam originalem comparant frumozureo, superaddito *paris naturalibus*, rebellioni naturæ, mortalitati & morti, quod scilicet coercuerit hos defectus concreatos, quod idem dicendum, si statuimus *libilitatem concreatam esse primo homini*, nam ita iustitia originalis illam tantum coercuit ad tempus, ne scilicet erumperet in ætrem.

V. Dicit Author, non omnium necessitatem pugnare cum libertate, nec omnem eam ea convenire: rectè quidem, si abest Calvinismus, tam et nostri Theologi hoc ipsum dicunt, verum malè explicatur, ut patet ex sequentibus. 2.) Distinguit inter necessitatem conditionalem, & necessitatem hypotheticam: atque dicit, priorem ab extrinsecis pugnare quidem cum libertate, sed non posteriorem, quæ oritur vel à decreto DEI, vel ab existentia eius: At libertas non tantum pugnat cum necessitate conditionali, sed et cum necessitate hypothetica, in sensu Calviniano accepta, tam quia necessitas, quæ oritur ex decreto divino, non est necessitas hypothetica, sed absoluta, utut enim ex hypothesi decreti hæc necessitas introducatur, tamen sicut possibile introducitur ab omnipotentia, & hoc possibile est, quod DEUS velit, adeoque dicitur, si DEUS hoc velit, possibile est, & tamen est nexus necessarius inter potentiam DEI & possibile, ut ex hypothesi potentie divinæ hoc vel illud possibile sit in rerum natura, ita quoque si aliquid ex decreto divino est futurum, illud absolute & necessitate est futurum, tam quia illa necessitas hypothetica, quam Author fingit, oritur ex decreto absolute, negavit enim in antecedentibus decreta conditionata, E. absoluta est necessitas rei illius futuræ, quæ tamen necessitati hypotheticæ subternitur: tam quia malè comparat necessitatem oriendam ex decreto, & ex existentia rei, nam necessitas ex decreto orienda, est necessitas antecedens, necessitas verd ex existentia est consequens, nec libertatem lædit, quia omne quod est, eo ipso necesse est esse. 3.) Necessitatem ab intrinseco distinguit in illam, quæ oritur ex determinatione physica, & quæ sinit ex determinatione rationali, est metis terminis ludit, tam quia hætenas pugnavit pro prædeterminatione physica voluntatis humanæ, quomodo itaque negare potest voluntatem determinari physice? & malè addit de-

*terminationem physicam & brutam repugnare libertati*; quia secundum *Dominicanos & Calvinianos* datur *prædeterminatio*, v. g. voluntatis humanæ, quæ *Physica* est, ut non *bruta*, proinde malè adjectum hoc vocabulum in mitigationem sententiæ *Calviniana*, tum quia *determinatio rationalis* ab intellectu facta est *determinatio physica*, intellectus enim est potentia *physica* hominis, quæ secundum *Tarvestinum* determinat voluntatem, itidem potentiam *physicam*, & quidem *physicè*: tum quia id rationale, non minuit aut tollit *physicum determinandi modum*, sed tantum dicit, modum illum fieri à ratione, ab intellectu, adeoque non distinguitur hic modus, à priori, qui cum libertate pugnat.

VI. Dicit, *Libertatem Adami fuisse non libertatem independentiam, nec, fuisse libertatem indeterminacionis voluntatis ad intellectum prædictum*, adeoque hoc vult, *sensu generaliter voluntas determinatur ab intellectu iudicio practico, ita voluntatem Adami fuisse determinationem à iudicio ultimo practico intellectus*: at quamvis hanc sententiam soveat etiam *Bellarminus*, *Fenestras* tamen, *Sanctorum* & *Fasquez* eidem repugnant: nam hæc ratione, si peccatum consideretur primum, 1.) peccatum seu defectus ille vel est voluntarius, vel non: si prius, adeoque voluntarius, tunc præcessit secundum illorum sententiam *iudicium practicum* decernens illum defectum, quod iudicium cum voluntas necessitatem naturæ sequatur, non erit culpanda voluntas, non dicendum est, *voluisse peccare Adamum, sed per iudicium intellectus practicum prædictam & eandem quæ fuisse voluntatem ad peccandum*: si posterius, E. nulla fuit in voluntate culpa, imò non erat omnino culpabilis, siquidem in ratione culpa & quidem prima hominis integri voluntarium & necessarium. 2.) Aut intellectus dictavit considerationem esse adhibendam, aut non dictavit, si dictaverit, E. voluntas non potuit non adhibere considerationem, & proinde falsum est, quod dicunt, *peccatum primum ortum esse ex consideratione & advertentia defectus*: si verò non dictavit, voluntas non potuit eam velle, ex eorum sententiâ, quia deficit iudicium intellectus practicum, adeoque defectus ille considerationis non voluntati potest imputari, & voluntas culpa vacabit. 3.) quia stante illa determinatione intellectu seu iudicii prædicti ad opus primum sufficit gratia

DEI, quâ illuminatur intellectus & iudicium practicum rectè constituetur, nec ullam gratiam requirunt homines ad voluptatem sanandam, aut immediatè movendam, contra quam tamen assertionem prolixè disputat noster Hülsemannus in *Disp. de Auxilio gratiæ*.

VII. Dicit: *Licet verò liber fueris, scilicet Adamus à servitute peccati, quia iustus & rectus conditus, non tamen fuit liber mutabilitate, quia qualiscumq; fueris iustus, sanctus & iustus, mutabilis fuit, à quâ profundo defectu potuit, in eâ quippe statu positus erat Adamus, ut posset stare & non stare, peccare & non peccare, quod quamvis minorem arguat perfectiorem pro statu gratiæ, qui mutari potuit, nullam tamen virtutem vel imperfectionem notas, quia immutabile non est donum natura, sed gratiæ. At 1.) molè dicit in sensu Calviniano, primum hominem non fuisse liberum à mutabilitate, hæc enim duplex est, Metaphysica & Physica, quamvis non liber fuerit à mutabilitate Metaphysica, & potentia non repugnantia, tamen liber fuit à mutabilitate Physica, quatenus omni defectu caruit, qui oppositus imaginæ divina: quæ autem ipsi tribuamus mutabilitatem physicam, concretæ illi DEUM dicere nobis necessum est, adeoque DEUM opposita voluifficæ captivum hominem statuendum erit. 2.) Si in eo statu, positus fuit Adamus, ut posset stare & cadere, peccare & non peccare, libertas eius constitutenda erit in indifferentia ad utrumq; oppositorum, & quidem in tali indifferentia, quæ cum pondere quodam prævalebat in bonum secundam nostram sententiam vel in indifferentiâ simpliciter tali, quia possit stare & cadere, peccare & non peccare, dicunt opposita: 3.) Statum gratiæ præfert statui integritatis idque ex eo, quia prior sit immutabilis: At hoc est virus illud Calvinianum, quod propagant in doctrinâ de perseverantia Sanctorum, dicentes, si quis irresistibiliter sit factus à gratiâ, atq; semel per universam vitam senserit morum illam Spiritus Sancti, immobiliter eum manere in statu gratiæ, neq; posse illa excidere, aliter quàm Adamus, qui iustitiam originalem & peccatis abiecit, & actu abiecit.*

VIII. Illi in loco dicit, ex hac mutabilitate indifferentiam oriri, quæ vulgè tribui solet Adamo, de qua queratur, an libertas eius in ea posita fuerit? 2. Respondet Neg. tribus rationibus adductis: & deinde dicit, potentiam seu facultatem Adams ita fuisse dispositam

per

per conditionem mutabilem, in qua conditus fuerit, ut possit ad malum determinari, non minus ac ad bonum; sed successivo & in sensu diviso, non simul & in sensu composito, quod tristis experientia nimis docuerit. Verum a) indifferentiam oriri dicit ex mutabilitate, & tamen in Theſi antecedenti dicit, non posse non mutabilitatem istam pertinere ad libertatem Adami, quamvis eo nomine nonnunquam veniat. b) Si ex mutabilitate oritur indifferentia, utique indifferentia illa pertinebit ad libertatem, quia pertinebit ad statum, in quo positus fuit Adamus, ut posset stare & cadere, peccare & non peccare: c) Quia primus homo erat mutabilis, ideoque indifferentem fuisse asserit, sed libertatem non consistere in illa indifferentia statuit, si vero eumque potentias & facultates Adami percurramus, tunc indifferentia erit tribuenda aut Intellectui Adami, quæ tamen non est *formalis libertas*, sed indifferentia tantum *obiectiva*, aut appetitui irascibili vel concupiscibili. Atque quæ libertatis habet appetitus in homine, *dependenter* tantum habet & per *participationem*, ordinem & respectum ad facultatem superiorem, cum itaque nulla alia facultas occurrat præter voluntatem, indifferentia tribuenda erit *voluntati*, & quia libertas in voluntate consistit, ejusque proprium *quæ sit*, est, ideoque libertas erit collocanda in illa *indifferentia*, &c.

Alterum punctum quod concernit, malè concludit, *in oppositionem voluntatis natura pugnare*. Supponit enim falsum, nempe *voluntatem necessariò sequi dictamen intellectus*, dicit *pugnare cum statu Creationis, quæ ratio longè melior*, verum utat pondus quoddam prævalens dicat in bonum, non tamen simpliciter primo homini designanda est adiaphoria: Tertia denique ratio non concludit, quia lex illa jubens DEUM tota mente & totis viribus amare, præsupponit libertatem, & consequenter aliquo modo indifferentiam voluntatis &c.

Tertium punctum virus occultat *Dominicanorum & Calvinianorum*; nam libertas seu arbitrium describitur, quod positus ad agendum requisitis possit agere vel non, & nihilominus determinationem, quem modum Alvarez l. 9. de *Auxilio gratiæ* disputat, verum *Calvinianorum* cum eo *uni versalium* DEI prædeterminationem tinentur, & consequenter nullâ ratione probabili conciliari poterunt suam sententiam cum ista definitione liberi arbitrii, quæ illi divinam prædeter-

minationem dicunt unum ex necessariis prærequisitis ad quodlibet  
 agendum liberè, quomodo itaque eorum sententia consistit, at libe-  
 ram arbitriam in sensu diviso positis omnibus ad agendum requisi-  
 tis possit non agere: dicunt enim illam definitionem esse falsam in  
 sensu *composito*, sed in *diviso* esse veram; at nonne hæc est sensus *compo-*  
*situs*, positis omnibus ad agendum requisitis; itaq; dicendum est sine  
 prædeterminatione voluntatem posse agere vel non agere, non aliter  
 igitur intelligere possunt sensum divisum esse verum, quam secludendo  
 prædeterminationem, E. perinde est ac si dicant, *liberum arbitrium pos-*  
*sit prædeterminatione DEI*, quæ scilicet ad omnem adhesionem requiritur,  
 & adhesionem necessariè inferit, in sensu *diviso*, i. e. seclusâ prædetermina-  
 tione posse agere vel non agere, quod oppidè contradictorium: Et quàm  
 varia *avocata* posita hæc distinctione sequantur, patet tam ex eo, quia  
 in unâ eademque consideratione supponitur *posse* prædeterminati-  
 onem, & *seclusâ* prædeterminationem, tam ex eo, quia posita præ-  
 determinatione liberum arbitrium non potest non agere, quomodo  
 E. dici potest posita prædeterminatione in sensu *diviso* posse non agere?  
 tam quia sepositâ prædeterminatione dicunt liberum arbitrium  
 nihil posse agere, quomodo E. dicant in sensu *diviso*, i. e. seclusâ præ-  
 determinatione *arbitrium posse agere & non agere*, cum eâ senten-  
 tiâ posita, seclusâ prædeterminatione nil possit agere? hinc quia semper  
 versantur in illâ *distinctione sensus divisi & compositi* *Dominicani*  
 & *Calviniani*, quapropter *Richardus Lenzius* contra *Alfeldam* scribit,  
*non esse tante hæc sententia cur beatus liberè DEVM non amet, siquidem*  
*posita quamvis visione DEI cum non amare noqueat, eâ tamen sublata*  
*DEVM non amare potest, & quod plus est, non eâ cur beatus liberè*  
*non infit, quamvis enim sufficienter proposito objecto illud non appetere*  
*noqueant, sublata tamen illâ propositione, objectum illud appetere*  
*possunt, & ut funditus evertamus illud latibulam distinctionis, dicimus*  
*omnem causam quantumcumq; necessaria sit, necessitate naturali, non*  
*modo dici posse liberam, quia quamvis necessitate naturali determi-*  
*nata sit ad agendum, tamen in sensu *diviso*, nempe si absit id, quod*  
*ad operandum prærequiritur, potest non operari, & reverà non*  
*operatur; sic oculus potest non videre, si desit lumen, si objectum*  
*non sit in debita distantia; sic ignis potest non comburere lignum,*  
 si long-

si longius distet, sed si non accedat concursus DEI prævius, seu pæ-  
determinatio, quam illi requirunt.

### Q U Æ S T I O III.

Disputat Author de fœdere naturæ, *eo scil. DEVS factus aliquodcum  
Adamo pepigerit, & quale?* Atque in Th. IV. dicit, *fœdus istud gen-  
tium proponi nobis in Scripturâ, naturæ & gratiæ, operum & fidei, Lo-  
gale & Evangelicum; Verum 1.) si hæc verba secundum se specten-  
tur, videtur Amyraldum sequi, & sanè nisi in quaestione VI. progred-  
deretur contra Amyraldum vix aliter verba ejus possemus interpretari:  
2.) Fœdus naturæ proponit, At fœdus naturæ non datur, sed omne  
fœdus cum genere humano est vel *Logale*, vel *Evangelicum*: unde  
etiam ipse gemini fœderis mentionem facit, fœdus *Operum & Logale*  
comprehendit sub fœdere *naturæ*: 3.) Hanc appellationem taxavit  
Socius religionis *Heidekerus*, scribens: *Amyraldus fœdus cum Adamo  
initum naturale nuncupavit, velle quidem, quatenus in eo stipulatio obe-  
dientia secundum Legem naturæ primo homini congenitam facta est, quia  
tamen Scripturæ passim contradistringit opera & gratiam seu fidem, sicut  
fœdus illi oppositum, quod DEVS cum homine integro percussit, propter  
illam ipsam Antithesin fœdus gratiæ vocetur, ita rectius & stylo  
Spiritus Sancti convenientius est, ut fœdus cum Adamo initum  
insigniamus fœdus operum, quæ ratiocinatio seu appellatio falsa ra-  
tificationibus viam præcludit.**

V. Describit fœdus naturæ, quod DEVS Creator cum homine in-  
tegro tanquam sua creatura pactus sit, de illius felicitate, &c. Verum 1.)  
potest disputari, an datur fœdus naturæ, tàm quia ipse Th. I. ex con-  
ditionibus fœderis concludit, certum esse fœdus DEI cum homine stri-  
ctè loquendo intercadere non posse, tàm quia de hoc fœdere nil serè  
habent Theologi *Lutherani*, & videtur illud esse novum *supra* à *Cal-  
vinianis* propositum, præprimis *Cloppenburgio*, in *Synagm. de fœ-  
deribus DEI*: tàm quia fœdus alias *promissionibus & comminationibus*  
suis constat, *promissionem* autem fœderi naturæ esse additam, nulli-  
bi habetur in *Scripturis κατὰ λέξιν*, sed tantùm *comminatio*, ut si  
transgredieretur primus homo præceptum de arbore vetità, morte  
moriturus secundum *Gen. II. inter cætera* volumus. hic agere contra *Tar-*

*rationem*, nam 1.) ille *scelus naturæ* non contradistinguit *scelus Legali*, sed affert dici etiam legale, quia conditio ex parte hominis fuerit observatio Legis naturæ, quam sibi habebat insculptam, dicæ operum, quia obedientia ejus propria operibus nitetur: *scelus* illud non DEO adscribit jure suo utenti, sed supremum dominium bonitate suâ temperanti, adeoque fixum manet, *scelus DEI cum homine strictè loquendo intercedere non posse, sed tamen ex immensa bonitate DEVM potuisse addere scelus quod promissione præmij & stipulatione obedientia confert*: 2.) Si Theologos nostros consulamus, sanè illi quoque hujus *sceleris* mentionem faciunt, patet hujus inter DEVM & homines; Martinus Chemnitius *Loco de Dissert. V. & N. Test. pag. 229 & seq.* Henr. Höpffner, *Dissert. I. de Justif. Apbor. 6.* Polycarpus Lyferus junior in *Dissert. peculiaris de hac materia*, Hülsemannus de *parto primo in quâdam Dissertat. Calixtus, Titius, &c.* nec Clopbergius primas fuit, qui materiam de *sceleribus* tractavit ex Calvinianâ, quamquam perpoliverit, nam ante ipsum Olevisanus, Prof. Heidelberg. *Tract. de Substantia sceleris. 2. & 3.* illam materiam exhibuit; ut & Rollocens *Tract. de Vocatione Eff. acti, &c.* tum quod fertinâ spectat, adhuc disputari potest, num non DEVS possit *scelus erigere, quod non fulcitur promissis, sed illi tantum comminationem addat in casu transgressionis tanquam Supremus creatura Dominus, quemadmodum κατὰ λέξιν hoc ipsum scelus habetur comminatione saltem manitum, Gen. 11.* Verum si rem rectè judicii lance expendimus, non tantum fuit pactum cum primo homine comminatorium, sed & promissorium, adeoque *scelus* promissione fultum, quod ipsum patet tum ex ipsa definitione, quia scilicet *scelus naturæ* est, quod DEUS pactus est cum creatura, de illo felicitare & vitâ æternâ donando: tum ex eo, quia aut nullam unquam fuisse Theologiam *Legalem* de justificatione operantis, & danda mercede vitæ æternæ, adeoque nunquam verificari posse Scripturæ assumptionem *Lev. XVIII. 5. Luc. X. 25. & Gal. III. 12.* afferendum aut dicendum, fuisse ante lapsum, quia post lapsum non est data lex, quæ posset vivificare, juxta illud *Gal. III. 20.* tum ex amore vitæ in medio Paradysi, *Gen. 11. 9.* quæ Sacramentum fuit mansionis beatæ in cælo cum fruitione æternæ beatitudinis sub conditione perseverantiæ in obedientiâ, quod vincit collatio loci *Gen. III. 22*



cum 2. Cor. XII, 2. & Luc. XXIII, 43. & Apoc. II, 7. 2.) Author dicit, *scdm naturam DEVM pactum esse sub conditione perfecta & personalis obedientia*, & Th. XI. *hominem sub gemina ratione spectandum exhibet, vel quod iustum, vel quod primum: priori modo vires habuisse docet praestandi officium praescriptum, posteriori dicit, Adamum uniuersum genus humanum representasse: At I.) haec distinctio est frustranea, utatenim Adamus iustus fuerit in se & in propria persona, iustam tamen originem, ex qua denominatus est iustus, accepit non tantum pro se, sed pro toto genere humano, ut caput illius, non itaque distingui potest in eum, qui iustus est personaliter, & eum, qui iustus est representatiue. b) Male dicit, ipsi promissam fuisse felicitatem vitam aeternam sub conditione personalis obedientia, nam foedus DEI cum Adamo contractum non fuit personale, Adami tantum personam spectans, sed nationale & ad totum genus humanum Adamo inexiitens referendum. c) Pactum hoc, quod cum Adamo DEUS iniit, *Legale* fuit, analogum Sinaitico, At DEUS in pacto Sinaitico non tantum foedus iniit cum praesentibus, sed etiam cum futuris, Deut. XXIX, 14. quid, annon dominium in creaturas, fecunditas sese multiplicandi omnes homines spectabat? Qui itaque non pactum siue foedus illud? Quomodo dici potest pactum obedientiae personalis. Annon nos omnes ferit Lex illa, Deut. XXVII. ex transgressione Adami? *Maledictus, qui non permanserit, &c.* 3.) Vita aeterna dicitur esse in hoc foedere promissa, quaeritur verò, quomodo promissa, qualis conventio: Cloppenburgius *Disp. de Foedere DEI, par. 3.* dicit, quod *si facta fuerit eiusmodi conuentione, qua debitorem se fecerit DEVS homini facienti debitum officium per promissionem liberalem mercedis vita aeterna caelestis, acquirenda merito perfecta obedientia proprio: Johannes Coccejus, cum meritum de congruo & condigno rejecisset, Tractat de Foedere DEI, c. 2. par. 4te meritum ex pacto admittit, cui Apostolus Rom. IV. καὶ χάρις tribuitur At I.) si homo implendo legem fecisset debitum officium, quod Cloppenburgius agnoscit, quomodo meritum illi tribui potest, cum de ratione meriti sit, ut sit *indobitum*, quod enim herus aliquis exigit sub ratione debiti, id seruus non potest allegare sub ratione meriti. 2.) Quando Coccejus meritum de congruo & condigno rejecit, & meritum ex pacto conungit, iterum videtur non sana verba loqui, quia vi pacti**

Illius homo DEI mancipium mercedem non meretur, sed ut præmium consequatur, debitum quidem vi pacti, sed liberaliter promissum: 3.) Quia Paulus allegatus ex *Rom. IV.* dicit: *Si Abraham ex operibus Legis iustificatus est, habet, quod gloriatur, non autem apud DEUM, & consequenter nec ullum apud ipsum habet meritum, καύχημα habet seu gloriationem, sed hic spectatur DEUS & creatura in conventionis respectu cuius expressè Paulus negat meritum, quæ propter dicendum, si Adamus perfectam obedientiam præstitisset, vitæ æternæ hæreditatem adiisset, ita tamen ut ea hæreditas fuisset merces præstitæ obedientiæ καὶ τὸ ὀφείλημα propriè sic dictæ ex debito propter opera, quibus legem sibi latam implevisset, sed merces ex debito ita quod ex conventionis tantum & promissione legali, non ex vi & natura operum ipsorum, nam si hominem integer obedivisset, quod facere debuisset, fecisset. *Luc. XVII, 10.**

VI. Incipit probare fœdus naturæ seu legale cum Adamo initum; & dicit, *negare illud Episcopium, & cum eo Remonstrantes*; Verum cum Remonstrantes sive Arminiani operum pactum negent cum Adamo initum, merito dubitamus: tum quia Arminiani fœderatos constituent in dupliçi differentia, nempe ante lapsum & post lapsum, ubi deinde obedientiam sub nova conditione & pacto DEUS exigit, si itaque deinde obedientiam post lapsum exigit, exegisse antelapsum concluditur, si sub nova conditione & pacto, sequitur veterem conditionem & pactum obtinuisse in statu integritatis, si abrogatum est fœdus operum, & substitutum Evangelicum, abrogatum est fœdus operum, quod DEUS iniit cum Adamo, tum quia ipse Arminius DEUM positam legem fidei quam ab omnibus exigit, teneri omnibus auxiliam sufficiens ad legem illam præstandam ex gratia conferre, quo ipso supponit viros primo homini datas esse ad servandum fœdus, sed ab ipso deest: tum quia semper de fœderatis dicunt, & eo ipso duplex fœdus agnoscunt: 1) Non negandum est, Episcopium negare fœdus naturæ cum Adamo initum, verba enim ipsius *I. II. c. 1.* ita habent: *Revelationem Adamo factam fœderationis expertam fuisse, quod mandata quidem illi data ac non nisi comminatione sancita, sed nulla stipulatio, nulla promissio, sine quibus fœderatio dicta non fiat.* 2) Episcopium hæc verba idem produxit, ut eò melius Legis promissiones & com-

Et conditiones sub eadem formalisatione pacto Evangelico inferere posset, quod male factum, notum enim est, quod *Arminiani* dicant, *DEUM ex aquitate teneri novam vires conferre homini lapsi, ac scil. obedientiam praestes, quam DEVS accipiet tanquam perfectam: Adcoq. legatum iustificationem etiam in statu lapsu propagare.*

VIII. Postquam duo argumenta in antecedentibus proposuerat, delabitur ad locum *Ms. VI. 7.* ubi *Israelitae* dicuntur transgressi sicut Adam. Et dicit, *quamvis verba exponi possent etiam de inconstancia hominum, nil tamen ob stare ad Adamum quod refert, ut dicatur violasse sicut ad iussu Adams, qui sicut misere fecerit: Ast hic supponit, quod est in controversia; nam 1.) quamvis B. nosker Lutherus etiam vererit, Sic überretten den Bund wie Adam / tamen an illa versio ita consona sit textus circumstantiis, merito dubitamus, utut Rabbi *Salomo & Abarhanel* conspirent hic cum B. *Luthero.* 2.) Opposimus *Turretino* Socius religionis *Tremellium & Janium*, qui ita vertunt, *transgressi sunt Israelitae sicut tanquam hominis in Genitivo, ut sensus sit, agunt mecum ut agerent cum homine, ac si possumus hominibus iniisere, non cum DEO, accedunt Tremellio ipsorum, Vasabian & Tigurtini in sua Versione: hac autem Interpretatione stante nil concludit pro fecere, quod DEUS creaverit cum Adamo seu primo homine: 3.) Si *Calvinum* consulimus, nihil ille habet de federe DEI cum Adamo inito, sed adiectivè accipit verbum *Adam*, atque reddit, ipsi quasi homo transgressi sunt, ostenderunt hominac se esse in federe DEI violando, ut subit tacita Antithesis & comparatio inter DEUM & Israelitas, quasi diceret, *Ego bono fide pepigi cum eis, dum infirmi serum calum & ipsi fuero hominis contra me, & s. Jeros & inconstantes*, eaque interpretatio probatur multis, tum quia Rabbi *David Kimshi* ita interpretatur: tum quia *LXX.* Interpretes eo inclinant: tum quia *Riverus* haec verba ita accipit, sed videamus, quibus fundamentis nitatur; nititur 1.) voce *federe*. An verò fedus *Legale* hic intelligatur, an *Evangelicum* non exponitur ab ipso, nec prius probatur 2.) Nititur voce *Adam*, at an sit nomen personae vel appellativum, ut hominem ariet, probet 3.) Nititur voce *transgressionis*, an verò transgressio prima intelligatur nec ne, in medio relinquitur. Quapropter alia ratio videtur succurrendam esse huic textui, ita ut statuamus**

tenamus per foedus intelligi *Evangelicum*. & nihilominus per transgressionem respici ad peccatum primum Adami, quod patet tum ex eo, quia in immediatè antecedentibus dicitur, *miserentiam volo, non sacrificium*, quod est Summa Evangelii, & allegatur in N. Test. atq; ab ipso Christo producit *Matth. IX, 15.* tum ex eo, quia tenet civis N. Testamenti, quod illi transgrediantur foedus *Evangelicum*, quemadmodum Adam transgressus fuerit foedus *Legale*: tum ex eo, quia non tantum transgressionis reos agit, sed transgressionis perfidæ, adeoque Pharisaos, qui non tantum transgressi sunt mandata DEI propter traditiones hominum, sed etiam perfidè egerunt contra DEUM, grandissimum peccatum committentes, nempe in Spiritum Sanctum, juxta *Matth. XII.* sanè si totus textus expendatur, agit ille de N. Testamento, revelatione gratiosa & beneficiis illi tempore dispensandis.

### QUESTIO VI.

Quærit, an Adamus promissionem habuerit *vita eterna & celestis*, & peractio obedientia in calum evadenda fuerit, atq; rectè affirmat, tenet autem 1.) *Socinianos Th. I. Et 2.)* Suppresso nomine *Mosen Amyraldum*, quatenus circa finem illius mentionem faciat, atque probat franc suam sententiam ex eo, quia *lex operum habuerit promissionem vita eterna & celestis*, 2. etiam *lex præscripta Adamo*, quia eadem *Lex* (utrobique, quoad substantiam: 1.) Peremptorio argumento, quia *Christus vitam eternam & celestem, quam nobis confert, non aliter acquisiverit, quam quia factus sub Lexe, Legis dixit opera pro nobis impleret, & 3.) quia comminatio, qua denuntiatur transgressoribus completatur & temporariam & æternam mortem in inferis.* Sed in contrarium utitur *Amyraldus*, atque sequentia Argumenta producit pro sua sententia, 1.) *quia de vita spiritali in cælis habenda scriptura in toto hoc negotio tacet, non tacitura tamen eam eximiam promissionem, si illa foret, cum præsertim unice facere posset & ad benignitatem DEI erga hominem deprecandam, & ad traducendam salutem hominū & ingratus ingratum, qui spem tantam ulterè spernatus abiecit.* 2.) *Quod scilicet illud naturale & fuerit, & etiamnum ab omnibus appellatur, propemodum ætatem absconditum esse naturale scilicet eam promissionis consistere, qua natura eodem*

modum infinito intervallo superet: 3.) Quia debuerit esse analogia quadam inter officium ipsum & promissionem, quamvis enim primum primum in fœdere natura non promissatur ex merito, neq; etiam creatura de Creatore mereri quicquam potest, promanet tamen ex ea bonitate, atque ex eo amore DEI erga creaturas, qui in perfectione morali creatura acquiescit, & eisdem veluti obprobres, perfectionem autem illam fuisse naturalem, quapropter & primum naturale esse oportere consentaneum. Quia 4.) ratio quâ illud fœdus promulgatum est, sit naturalis, nam si promulgationem externam species, in eo uno posita fuit, quod DEVS operibus suis tam illustres virtutum suarum notas indiderit, ut proclive fuerit hominibus integro ex eis colligere, quid ipse DEO reddere, quid ab eo sperare deberet, cum præsertim haberet ante oculos amantissimum illum ac fructuosissimum hortum, ita conditum & ornatum, ut nihil ad vitam, nihil ad honestatem & naturam congruentem voluptatem deesse posset. Si internam verò promulgationem species, nullam ad eam rem facultatem suppeditaverit, præter rationem incorruptam, & naturam convenienter constitutam, qua in istiusmodi objecti contemplatione naturâ ipsâ ducere versaretur, obiecto E. nihil exhibente supra naturam modum, facultateq; nihil præterea per se divino valente, nihil ultra esse comminandum; Quia 5.) si supra naturam modum aliquid eâ promissione comprehensum, id oportuisse hominibus innotescere, debuisse enim præmij promissionem eandem personam, à qua officium exigitur, sui spe ac amore allicere, ad faciendum officium, qui itaq; fœdum, cum in omni fœdere contrahendo DEVS habeat præcipuè ac primario rationem promissionis, interminationis verò & comminationis non nisi secundariò tantum, disertis tamen verbis DEVS hominibus sit interminatus, si peccaveris, nullius præmij spem ostenderit, si scilicet illud in re supernaturali collocaverit. 6.) Quia omnes consentiant, arborem vitam, cuius usum permissum erat in Paradiso, fœderis naturalis sacramentum fuisse sacramentum autem illud certè naturale fuit, nec ullam promissionem obfigurare, aut ullius præmij spem facere potuit præter naturalem nisi accipisset peculiaris quadam ad eam rem institutio, qua adamo diserte declararetur; Hæc sunt illa Argumenta Amyraldi, quibus probat, nullam promissam fuisse in fœdere natura Adamo vitam celestem & æternam: unicum adhuc subjungit, dum dicit, fœdum naturam nullum Mediatorem habuit, nullam aliam vim conciliatricem, præter eam comminationem, quâ à natura est inter Creatorem quâ talis est, & creaturam, qua

*ab integritate sua non defecit, quicquid supra est, obtineri non potuit, nisi ex vi alicujus fœderis, cujus conciliator esset Mediator, supra naturam conditionem evadens & apud DEUM extra ordinem favorabilis; procurator fœderis operum & fœderis Evangelicæ, fœderis operum Simoniacum habuit Mediatorem Moysen; quicquid hæc disputet aliàs Amyraldus, secundum Evangelicam verò Mediatorem habuit Messiam, utat Amyraldus statuat promissionem vitæ æternæ in cœlis peragendam tantùm annexam fuisse fœderi Evangelicæ vi Mediatoris nostri, nempe Christi, qui reconciliaverit nobis Patrem suum, & fœderis consequens voluerit esse beatitudinem æternam. Ast 1.) ipsum lumen naturæ, ipsa conscientia hominis, ipse sensus internus homini implantatus contrarium docet hæc assertioni Amyraldina, tum quia disertè DEUS dicit, non frustra semini Jacobi dixi, quærite me, Isa. XLV, 19. At si DEUS non frustrà aut in cassum dixit semini Jacobi, quærite me, Colite me, cultus DEI præmiū habebit consequens, ne frustranea sit inquisitio, ne in cassum cultus, quo DEO religamur, qui locus est probè observandus, & à Coccejo maximè urgetur in Comment. super Ep. ad Rom. tum quia Rabbinarum consensus est in hoc axioma, merces & pœna sunt apud DEUM, vel observanti vel transgredienti Legem: tum quia etiam gentiles extra Ecclesiam ex conscientia testimonio & sensu interno hoc didicerunt & docuerant, Episternus apud Arianum l. 1. cap. 12. & Seneca Epist. 95. 2.) Si excipiat Amyraldus probari quidem DEUM nolle frustrà coli, verum in hoc sese conspirare & consensum de qualitate præmij disputare, an scilicet illud sit honesta & jucunda vita in his terris, an verò beatitudo perennis in cœlo, adeoque num illa adenda fuisset Adamo post curriculum completum, producimus apertum testimonium, quod legitur Sap. 11, 23. DEUS condidit primum hominem in vitam æternam, vitæ autem æternæ nomine quid veniat, id ipsum ex eo constat, quia cum cœli beatitudine commutatur; nec obstat, quod hoc testimonium sit ex libro Apocrypho, tum quia idem reposuit nostris Theologis Smalcius in Raccæy. Catechismo; tum quia conspirat hoc dictum cum exteris scriptis Canonis; tum quia noster Gerhardus in acie illud posuit contra Photinianos; 3.) Sigillatim Argumenta excutiamus Amyraldi, & quidem ad Primum, falsum esse 1.) Scripturam planè tacere de vitæ spiritualis &*

æternæ consecratione, nam id ex opposita *comminatione* potest colligi, si enim DEUS comminatus est mortem Adamo non *temporalem* tantum, sed & *æternam* in casu transgressionis sub ratione pœnæ, consequens est in casu non transgressionis, in casu perseverantis Legalis observantiæ promississe oppositum pœnæ, nempe vitam æternam, quæ mortis æternæ opposita: 1.) Si vellemus retorquere Argumentum, diceremus *utq; Anpñdwlwlogi promissum fuisse homini primo vitam in hâ terra acquisitionem jucundam & honestam vi fœderis naturalis*, producat enim *Amraldm*, si vir est vel jota quoddam, quod mentionem faciat hujus præmi: 3.) Ingratitudinem & stultum transgredientis hominis ingenium satis luculenter DEUS Adamo objecit, recensendo pœnas *hujus vite*, quarum extrema est mors, *Gen. III. 14. 17. 18. 19.* quam mortem temporalem, si peccatum nondum est expiatum, sequitur mors æterna.

Solvitur Secundum hoc modo 1.) non dari *fœdus naturale*, comtradistinctum *fœderi operum*, sed hanc appellationem à quibusdam Theologis esse introductam. 2.) Fœdus naturale potest illud pactum dici, quod DEUS iniit cum Adamo, non quod naturale fuerit *in sensu diminuto*, quasi spectarit ad ordinem naturæ, & respexerit finem naturalem, sed ratione Legis iniitæ, quæ naturalis erat primo homini, super quâ fœdus illud factum est, quemadmodum imago divina primitus concreata, dicitur naturalis non *diminute*, sed *ex æquo*. 3.) Angelis etiam congenita erat Lex naturæ, & cum illam *perseveranter* observarent, accessit confirmatio in beatitudine quæ itaque ratio diversitatis potest assignari, cur Angelis beatitudinis celestis confirmatio cesserit in præmium, & primo homini non cessura fuisset beatitudo celestis in præmium si perseverasset, & in integritate persistisset.

Tertium, 1.) quod consentaneum sit, nos potius ostendimus per ipsam pactum, nam Adamus & Eva conditi erant in integritate in Justitiâ divinâ, & cum homine in Justitiâ divinâ jam constituto DEUS pactus est seu fœdus iniit, adeoq; majus quid & melius vi illius pacti pollicitus est DEUS post *consummatum obedientia cursum* obtinendum, quam id quod jam modo possidebat: perpende autem, an non homo *antecedenter* ad fœdus, Justitiâ divinâ instructus jam haberet

buerit jus ad vitam æternam, si enim pii habent primitias Spiritus in hac vitâ, Rom. VIII. & consequenter eandem beatitudinem, quam possidebunt in alterâ vitâ in messe omnium bonorum, quidni judicatio Adamo jam primitias, sed primitias accepisse in imaginis donatione æternæ beatitudinis, atq; post cursum consummatum expressasse tantum confirmationem, & immutabilitatem imaginis DEI, qua in nobis reseratur in alterâ vitâ. 2.) Anne ex proportione potest colligi, quod fœdus naturæ non habuerit promissionem vitæ cœlestis, quia nulla proportio inter officium tanquam conditionem pœcti ex parte hominis, & promissionem vitæ æternæ? num non illa promissio vitæ æternæ fœderi annexa fundata fuit in proportione dignitatis vel in persona: vel in merito, sed tantum in liberalitate beneficentia & gratia DEI fœderantis? 3.) Hâc ratione etiâ disputari potest dispositio DEI circa Angelos, num enim proportio fuit perseverantiæ Angelicæ cum collatione subsequenti confirmationis? & quamvis opponi possit Angelos nil habuisse promissionis præter continuationem felicitis illius, in quo creati sunt, status, non tamen est improbabile, majorem & superiorem aliquem beatitudinis gradum Angelis concessum esse postquam in veritate confirmati fuerunt, & excellentius quid eo, in quo primitias creati sunt; si enim Angelorum gaudium crevit, cum virtutes DEI, in illustri redemptionis opere resplendentes, illi contuiti sunt, Eph. III. si in consummatione sæculi omnium Electorum tam Angelorum quam hominum beatitudo consummabitur, & DEUS sanctificabitur in Sanctis suis, quidni dicamus in bono confirmationis etiâ accessurum Adamo gradum supra terrenam felicitatem, supra vitæ hujus jucunditatem & hunc statem.

Ad quartam respondemus 1.) externam promulgationem utiq; nos ad sublimius quid deducere, nam DEUS non tantum operibus suis hoc ipsum promulgavit, sed etiam verbo & revelatione, nempe interdicto arboris scientiæ boni & mali, concessione arboris vitæ, quæ scil. spondebat homini vitam beatam. 2.) Ipse hortus, ipse Paradisus, in quo collocatus fuit Adamus, typus erat beatitudinis cœlestis cum arbore vitæ, uti aperte patet ex Apoc. II, 7. 3.) Supponit falsam, quasi scil. primus homo nihil habuerit facultatis præter ratio-



sationem incorruptam, non enim *negativè* tantùm caruit incorruptione, sed etiam *positivè* rectitudines potentis illius instructis fuerant luce & sanctitate, tanquam qualitatibus positivis, ita ut ex facultate internâ divinare, imò firmiter concludere valeret, summum hominis bonam consistere in fruitione ipsius DEI, consequenter beatitudine celesti visione DEI Triumphantis.

V. 1.) Utique homini primo innotuisse, nam cum Paradisus *terrestribus* instructus fuerit *delitiis & singulis* iucunditatibus, ad vitam hæc animaleam pertinentibus, quarum usus in perfectissimâ illa & immediata DEI fruitione non habet locum, à cælo autem omnis iste apparatus exclusus sit, Adamus potuit colligere, eorum multè commodias habitaculum hominis glorificati censendum esse, quam terrestrem paradisum. 2.) Utique innotuit idque ex eo, tam quia *Levit. XVIII.* dicitur, *qui fecerit hæc, vivet*, ubi *Chaldæi* Interpretes adiecit, vitâ æterna, nec potest dici, hæc non dicta esse Adamo, sed populo Israëlítico, non enim DEUS cum populo Israëlítico pepigit fœdus quoddam operum, cum nunquam intentio ejus fuerit per viam Legis hominem lapsam perducere ad vitam æternam, si enim ex Lege esset justificatio in statu lapsus, Christus frustra fuisset mortuus: *Gal. II, 22.* in his itaque verbis fœdus operum aperte fuit Sacramentum, quod cum nullo erigi potuit, nisi cum homine integro: tam quia Christus ipse hoc indicavit, dicens *Luc. X. Fac hoc, & vivetis* tam quia non nostram est rationes exquirere, cur DEUS comminationem addiderit fœderi operum, retinuerit autem promissionem, quanquam commodè assignari queat, tam ut hominem eò magis deterreret comminatione à comestione fructus vetiti, adeoque demonstraret hæc comminatione, se nullo modo esse causam lapsus, utpote qui eum severè prohibuerit: tam ut dominium in primis hominem sibi assereret, & ostenderet, sese habere potestatem in transgressionis casu acriter animadvertendi in peccatum, per anathema illud, Sacramentum arboris, Sacramentum boni & mali, quam sibi reservavit: tum quia ultorem sese sistere voluit primi hominis non tantùm in transgressione *Legis naturæ*, sed etiam *præcepti positivi*.

VI. Supponitur 1.) in hoc Argumento ex Calvinianorum hypothese Sacramenta esse tantùm signa, ideoq; & arborem vitæ signum fuisse

*XX*

*fœderis*

*factus naturalis operum*: at non signatantum nos Sacramenta dicimus, sed etiam *media exhibitiva*. 2.) Nullum Sacramentum datur in statu Integritatis accuratè loquendo, si velimus Sacramentum æstimare ex naturâ suâ, omne enim Sacramentum tam Ver. quàm N. Test. ordinatum est in remedium peccati, peccato itaque non existente nullum Sacramentum obtinet. 3.) Posito fuisse Sacramentum non tamen fuit *Sacramentum naturale*, utpote quod speciali voluntate propositum fuit, & melioris vitæ sanctificationem habuit, ut enim revelata Sacramenta in totum pendent à voluntate & dispositione divinâ, ita & hoc à DEO ejusque voluntate fuit institutum, imò apertè refutat hæc arbor vitæ sententiam *Amyraldi*, nam signum arboris vitæ in celo in beatitudine, ut constat ex *Apoc. 11, 7. & XXII, 2.*

VII. Ad Ultimam respondemus 1.) DEUM pepigisse *factum* enim *Adamo naturale*, eo ipso quo *factus* naturale fuit, non opus habuit Mediatore, *factus* enim *naturalis* dici potest illud *factus* operum, quia cum homine lege naturali instructo est institutum, adeoque cum homine in naturâ suâ integrâ, natura autem integrâ non requirit Mediatorem, sed patet illi accessus ad Deum immediatus eo ipso quo Adam fuerat *Filius DEI naturalis*, & secundum quosdam *per factum adoptivum*: 2.) Opus est Mediatore, ubi requiritur vis conciliatrix, quæ supponit differentiationem, inter DEUM & hominem factam per peccatum, adeoque ubicunq; opus est Mediatore & Reconciliatore, ibi iratus DEUS & offensus supponitur per peccatum, jam verò in homine integro nullum dabatur peccatum: 3.) Si *Calvinum* audiamus *l. 7. Instit. c. 12. paragr. 1.* Mediatore utique etiam opus habuit Adamus, quanquam falsò hoc dicat *Calvinus*, *quævis enim*, scribit ille, *ab omni labore integer peccatis homo, humilior tamen erat ejus conditio, quàm ut sine Mediatore ad DEUM penetraret*: Quod itaque de *Mose* dicitur, ipsam fuisse Mediatorem, nos non ferit, tum quia solidè probari nequit, *Mosen* fuisse Mediatorem inter DEUM & *Israelitas*, aliud enim est *Intermedium*, aliud Mediator, Priorem fuisse *Mosen*, Concedimus non autem posteriorem: tum quia dicitur unus Mediator inter DEUM & homines, nempe *Christus* in sac. lere Evangelico *1. Timoth. 11.* tum quia si concederemus, *Mosen* fuisse Mediatorem typicum tamen tantum fuisse nobis dicendum esset,

LOCUS

## L O C U S IX.

## De Peccato.

## Q U Æ S T I O VII.

Disputat Author, quomodo labi potuerit homo integer, quoniam epus lapsus erat causa, atque rectè differit contra *Pelagianos*: 2.) *Causam* proximam & propinquam peccati assignat liberam hominis voluntatem, qui à diabolo decipi passus, denique Th. VIII. eternam causam ponit diabolum: in Th. verò XIV. & XIII. nec non in loquentibus suum Calvinismum prodit, atque dicit, 1.) *fateri se cum permissione accessisse negationem gratiæ & auxiliij efficaci, quo ad hunc statum, si enim tale auxilium dedisset DEVS, Adamum non lapsum fuisse*: 2.) Inter suos dissentium notat Th. XV. *cum suis, qui hanc gratiæ negationem per desertionem solam exprimere non privativam, quasi gratiæ internæ & habitualis jam data ablata fuerit, sed negativam, &c.* & contra hanc sententiam disputat. 3.) Th. XVI. concludit, *non negandum hinc esse sapiensiam DEI Bædæ, occurrentis ad mirandam potius quam rimandam, quod rationis caput longissimè superet & aliquam suam sententiam producit, atque dicit, difficultatem qua hic occurrit, non posse hanc rationem sufficienter solvi, satim I. esse hinc acquiescere in solo liberrimo DEI beneplacito gratiam suam vel danti vel neganti, prohibitu sine cuiusq; injuriâ.* At hinc prodit suam sententiam, quæ DEUM in peccati consortium adducit, atque totam questionem subvertit, ejusque decisionem, quam proposuit in Loco VI. *de Providentia DEI actuali penultimam*, an scilicet ex doctrinâ Calvinianâ sequatur, & legitimâ consequentiâ elici possit illos facere DEUM Authorem peccati, nihil esse, quod dicat, durioribus phrasibus in re difficili explicandâ Antecessores fuisse usos, cum adhuc foveant sententiam istam, quæ evidentè ex illa assertione produci potest, adeoque etiam Recentiores conspirare in hoc puncto, nihil esse quod Analogæ locutiones extant in Scripturâ: aliud enim est, *Idiotismum Lingue Hebrææ peculiaris, aliud assertiones in Mercurio communi*, neque locutiones illæ procedunt ex hypthesi illâ falsâ, quam Calviniani sententiam

fuz subternunt, ex quâ propositiones ipsorum heterodoxæ sunt di-  
 judicandæ: nihil quod duriores Phrasæ Adversariis excidisse affe-  
 rat, *Thomæ* enim & *Dominicæ* adducendo, lutum luto pur-  
 gat: nihil, quod Doctores Calviniani *formaliter* damnent in  
 Scriptis suis, hanc Assertionem DEUM esse causam peccati, quia  
 damnare quis potest propositionem, quæ sequitur ex ipsius hy-  
 pothesi, utramen hypothesis strenuè defendat: Imò quomodo da-  
 mnare possunt id, quod disertis verbis dicunt: videatur tantum Col-  
 latio Hag. *parte ultimâ*, necnon *Acta Romanæ. Corvinæ & Episcopium*,  
 nihil quod à verbis quibusdam & phrasibus truncatis, detortis &  
 per Sophisticas consequentias traductis opponit, totâ enim se-  
 ries Theologiæ Calvinianæ, si singula cohæreant, quemadmo-  
 dum cohæreere debent, hanc assertionem a partè prodit. Excutiamus  
 verò, quæ hic disputat: 1.) Dicit, *cum permissione accessisse negatio-  
 nem gratiæ & auxiliij efficaciæ, quæ adu flaret, si enim tale auxilium  
 dedisset, Adam lapsurus non fuisset, atq; ita confitetur DEVM causam  
 lapsus sive peccati*, nam si absque gratiâ divinâ in statu integritatis  
 nil boni potuit producere Adamus, consequens est negatâ gratiâ re-  
 lictum fuisse hominem in manu consilij sui, & consequenter non pe-  
 tuisse non labi, 2.) *Auxilium efficacæ* contradistinguit *auxilio sufficien-  
 ti*, atq; per auxilium efficacæ intelligit tale auxilium, quo illi opus  
 fuit ut staret, negato itaq; auxilio DEI actuali efficacæ non potuit  
 stare Adamus, necessariò fuit lapsus, quemadmodum subratâ co-  
 lumnâ, quâ ædificium superstructum stat, necesse est domus ruinam  
 sequi. 3.) Apertè dicit, *si DEVS tale auxilium dedisset, Adamus lapsus  
 non fuisset*, E. quia tale auxilium non dedit, Adamus lapsus fuit,  
 adeoque refunditur peccaminosus ille lapsus in ipsam DEUM, auxi-  
 lium negantem. b) *Liberat DEVM vult à confititio peccati, quia nul-  
 lam gratiam internam ei subtraxerit, sed tantam novam confirmatio-  
 nis gratiam non dederit?* At 1.) ex Calvinianorum sententia Adamus  
 non tantum opus habuit *gratiâ internâ*, sed etiam *externâ*, quæ ei fuit  
 debita, termino debiti rectè accepto, utur itaq; DEUS gratiam inter-  
 nam non subtraxerit Adamo, imaginem divinam non abstulerit, suf-  
 ficit tamen negass: gratiam externam, sine qua stare nequivit: præter-  
 rea enim non ad consensum impulisse, quod paulò post expendendam.

2.) No-

2.) Novam confirmationis gratiam tantum non dedisse vel efficaciam, per quam actuaretur gratia, quæ in ipso erat, nihil facit ad rhombum, non enim Adamus lapsus est *ex defectu nova gratia confirmativa*, sed *ex intermissione gratia externa hæc illi dispensata secundum Calvinianos*, unde ipse Turretianus hoc explicat, dum dicit, *negatam esse efficaciam, per quam actuaretur gratia, quæ in ipso erat, seu imago divina*, efficacia itaque gratiæ externæ subducta fuit Adamo, quam tamen dare DEUS tenebatur, si voluisset Adamum perseverare, cum absque illa non potuisset perseverare, & dicit non dare voluisse consilio sapientissimo ad explorandum obsequium creaturæ, quomodo autem potest dici sapiens consilium, quod tendebat in ruinam primi hominis, ex qua obsequium explorabat. 3.) Dicit, *nec si sine tali auxilio lapsus ab Adamo vitari non potuit, sequi DEUM à culpâ immunem fuisse, quia necessitas illa non abrogaverit ejus libertatem, nec obstitit, quod minus liberè peccaret. & maximè cum sponte arce*; at si sine tali auxilio lapsus ab Adamo vitari non potuit, in lapsus consortium venit sanè ipse DEUS, qui auxilium hoc Adamo denegat: Præterea necessitas illa nunquàm abrogavit ejus libertatem, quia fuit *accidens*, non *consequens*, neque potest dici liberè hominem peccasse, quia spontaneè peccavit, hæc enim propositio brutificat, bruta enim etiam sponte ad pabula feruntur, non tamen consequens est, bruta agere liberè: 3.) Ut dicamus, quod supra tetigitur, dicimus stante *Calvinianorum* sententiâ hominem necessariò lapsurum fuisse, & quidem ex triplici necessitatis gradu, tum quia DEUS *absolutè* decrevit illum lapsurum ab æterno secundum *Calvinianorum* sententiâ, non enim decrevit *ex provisione* lapsus sive peccati, quia decretum se habet antecedenter ad lapsum, & lapsus ille fuit primum peccatum, quod non movit DEUM, ut decerneret hoc peccatum, tum quia DEUS in tempore prædeterminavit voluntatem Adami, ad hanc edendam actionem, ad fructum vetitum comedendum, non potuit itaque prædeterminatus aliter agere quàm quo modo & quâ ratione erat prædeterminatus: tum quia dicunt *Calviniani*, DEUM ad manifestandam gloriam justitiæ & misericordiæ suæ prædestinasse ex Angelis & hominibus alios ad felicitatem æternam, alios autem reprobase, æternis pœnis adjudicando, si verò hoc, non fuit in manu con-

fili, nec potuit aliter agere, quam ex pacto gloriæ manifestandæ, quam DEUS ab æterno decrevit, & sanè si vel sola subtrahio auxilii necessariò requisiti ad cavendum lapsus defenderetur à Calviniano immotum staret nostrum principium, ex illorum sententiâ consequi, DEUM esse causam lapsus, sive peccati.

XV. 1.) Author dicit, *est qui hanc gratia negationem explicent per desertionem non privativam, sed negativam*. At qui tales sunt, Calviniani, 1.) nesciunt quid loquantur: nam *desertio negativa est ἀνυπόχληρον*, cum nemo aliquem deserat, nisi cum privet præsentia sua, auxilio vel ope, adeoque omnis *desertio est privativa, nulla negativa*. 2.) Passimè explicant *desertionem negativam per suspensionem gratia nondum data*, per gratiam enim nondum datam intelligunt gratiam externam, Ast non tantum *interna gratia & habitualis* seu Imago divina jam data erat homini & concreata, sed etiam *gratia externa* erat conjuncta gratiæ internæ, quam *Augustinus* vocat *auxilium sine quo non*, quomodo itaque suspendi potuit gratia nondum data, cum intereisa fuerit gratia externa jam data? 3.) Author ipse dicit, *desertionem propriè videri supponere deserti culpam aliquam antecedenter*, at si culpam aliquam præsupponit antecedenter, *desertio illa est partialis*, cum in pœnæ vicem Adamum DEUS deseruerit, & consequenter DEUS non constituitur causa peccati, si dicatur, DEUM Adamum *pœnitentem* deseruisse, quia ad culpam jam commissam DEUS ipsam deseruit; unde & *Walau* refellit eos, qui dicunt DEUM deseruisse hominem ante lapsum, & auxilio suo destituisse, ut ejus constantiam exploraret, quia omnis desertio pœna sit delicti antecedentis: *Maro* disertè contra *Tirinum Controv. XII.* cum, inquit, *desertio divina & subtrahio gratiæ sit pœnalis, nemini DEVS gratiam suam, qualicunq; sit, subtrahit, quid non sit meritis, neminem DEVS deserit, nisi primò deseruerit ipsum.*

XVI. Hic se recipit ad sapientiæ diviniæ βῆδος, & dicit, *quosdam stultos DEUM Adamo paratum fuisse confirmationis gratiam largiri, si voluisset ad eum confugere, & salvati*; Ast 1.) βῆδος, quod *Paulus Rom. XI.* admiratur, non in affectu animi consistit ad Adamum reflectentis, sed ut ex antecedentibus constat, in quadam admiratione varietatis, quam DEUS observat in vocatione ad gratiam ejusque modo.

modorum supposito homine lapsa : 2.) Quàm absurdum est dicere, DEUM paratum fuisse Adamo gratiam confirmationis dare, si homo voluisset ad eam confugere, eaque uti : annon hoc est absurdissimum ex sententiâ Calviniana? voluntatem Creatoris ita suspendere à voluntate creaturæ? annon hoc est contradictorium in sententiâ Calviniana? quomodo enim potuit homo confugere ad gratiam confirmationis eaque uti, quæ tamen ei non est destinata ab æterno? qui fuit prædeterminatus ad oppositum, nempe neglectam gratiæ confirmatricis, si fuisset oblata. 3.) Ipse Author hoc refutat, dicendo, *Non fuit peccatum ille neglectum, non idè suspendi debuit DEI auxilium, si fuit peccatum, E* datum est aliquod peccatum prius primo & subjungit consimile argumentum, usque demum addit, *satis esse acquirere hîc in solo DEI beneplacito, &c.* adeoque hîc habemus, in quem refundendus sit lapsus, nempe in beneplacitum DEI absolutum. Si autem hoc non est, DEUM constituere causam peccati & lapsus, nescimus quid ulterius requiratur ad lapsus causam, si Filius labatur ex beneplacito Patris, qui voluntars præmoveret & prædeterminat ad lapsum, quis est, qui non dicat, Parentem esse causam lapsus?

### QUÆSTIO XV.

Author hîc disputat, *an peccatum possit esse poena peccati, & Affe* b) *Occasionem huius quæstionis refert in veteres Pelagianos, quos hodie sequuntur Jesuita, Sociniani & Remonstrantes, ad quos accedunt ex Calviniani, qui peccati primi imputationem negant : c) Observat circa statum quæstionis, non quæri, an peccatum formaliter & reduplicativè sit poena, sed an peccatum materialiter & specificativè spectatum poena esse possit. At r) in Affirmatione huius quæstionis probe est observandum, quod scilicet non sit usurpandus ille loquendi modus, DEUS causat peccatum, ut est poena peccati alterius, tam quia à communi loquendi modo Antiquitatis abhorret : tam quia ille loquendi modus ex vi verborum significare potest DEUM voluisse & fecisse posterius peccatum eo sine, ut prioris peccati poena esset, adeoque DEUM ita insinuat causalitatis peccati: tam quia etiam Pontificij notarunt hanc Phrasin in Cajetano, qui ad s. Sam. XII. quem locum in acie ponit notor Terrasius, concessit, DEUM esse Authorem peccati, ut est po-*

na peccantis, aut est poena alterius hominis, quapropter cautius dicitur, rationem poenae, quae reperitur in peccato causari à DEO, sed non nisi ex suppositione culpae, cui annectitur illa ratio poenae, Judicis enim est inferre & applicare poenam, maxime, ut induit rationem ultionis: 2. Quod occasionem spectat, pungit quidem *Pelagianos, Jesuitas, Remonstrantes, & Socinianos*, verum an dextrè, meritiè dubitatur: partim, quia nequit differri in eadem sententiâ esse *Theologos quosdam Calvinianos*, nempe illos, qui sunt in Gallia, in primis *Jesuum Placem*, contra quem Synodus decrevit, locius itaq; est *Placem* cum suis in hac controversiâ *Jesuitarum Socinianorum & Remonstransium*, partim, quia *Placem*, & qui illum sequuntur, non negavit imputationem peccati, sed tantum immediatam, mediata concessit, cui quoad verba adstipulatus est ex nostris *Aegidius Hunnim*, qui quaestionem de Imputatione peccati ita resolvit, ut dicat, *DEVM peccatum Adami posteris ita imputasse, non immediatè, sed mediatè*; partim, quia *Placem* dupliciter considerat peccatum primum, aut *ut actum peccaminosum à primis Parentibus commissum*, aut *ut vitium quoddam inherens*, maculam relictam, quae in nos propagatur; Posterioris imputationem non negat, peccatum enim Originale inherens vult utique imputari, sed de imputatione actus peccaminosi, quem patravit Adamus, disputat; rectè tamen refutavit & prolixè quidem sententiam *Placem* Author in loco hoc, *Quaestione IX.* Nam etiam ex nostrorum Theologorum sententiâ Adamus sustinuit rationem *Capitis physici & moralis* totius generis humani, ut itaq; malus illegitimus actus alicujus Syndici imputatur toti Reip. ita etiam non tantum labes inherens, sed etiam actus primus peccaminosus toti Adamiticae posteritati imputatur. 3.) Malè format statum controversiae, dicendo, peccatum *formaliter & reduplicativè* non esse poenam, tum quia Th. III. asserit peccatum esse poenam sui ipsius, quia ut virtus sibi est merces optima, ita peccatum sibi ipsi est poena, & sanè peccatum *formaliter & reduplicativè* quatenus est peccatum hoc sensu esse poenam sui ipsius vel ex eo patet, quia foedit hominem, ponit eam extra statum gratiae, dividit à DEO, qui est Summum Bonum, anne autem major poena dari potest, quàm separatio à Summo Bono, quae aeterna erit in damnatis? tum quia si accipitur poena

ut in



ut in quaestione sumitur, quatenus scilicet est peccati, præcedentis quod; sequitur peccati commissionem, ita frustra disputatur, an peccatum *formaliter & reduplicativè* quò peccatum sit pœna, nam si eà ratione peccatum est pœna, pœna non erit actus Judicis, sed omisso vel commissio illegalis judicandistum quia qui prædeterminationem statuant voluntatis humanæ, non possunt subterfugere, ut etiam statuunt peccatum *formaliter* tale esse pœnam, ut enim pœna DEUM non constituit causam peccati, ita secundam eos neque prædeterminatio ad malum DEUM causam peccati constituit, unde *Dominicani, Didacum Alvarez, Calviniani, &* qui illos sequuntur, utut prædeterminationem acerrimè defendant, DEUM tamen nolunt fateri causam esse peccati, dicit itaque *statum controversia esse, an peccatum materialiter & specificativè spectatum ratione actus substrati & relatè ad subjectum quod insicit, possit esse pœna, quod negent Adversarij, Affirmant Orthodoxi, h. e. Calviniani*; Ita verò prodit Calvinismus suum, dum 1.) dicit, peccatum *materialiter* spectatum esse pœnam peccati, peccatum enim etiam *materialiter* spectatum est peccatum, est prohibitum, quia DEUS dum dicit: *Non furaberis*, non tantum malitiam furti prohibet, sed etiam actum substratum, adeoque peccatum *materialiter* spectatum: *Non committes adulterium*, non tantum pravitatem prohibet, sed ipsam quoque conjunctionem & sic consequenter. 2.) Dicit, peccatum *specificativè* spectatum esse pœnam, vel posse esse pœnam; Alit peccatum *specificativè* spectatum est utique peccatum *proprie, verè & realiter*, quia complicatur cum objecto, & speciem suam ex illo desuavit, v. g. extensio manus *generaliter* accepta est actus indifferens, ad bonum & ad malum, sed extensio manus ad fructum vetitum in Paradiso *specificativè* accepta non potest non esse peccatum, odium in se est indifferens affectus ad bonum & ad malum flexibilis, possumus enim & odisse virtutes & vitia, at verò odium DEI *specificativè* acceptum non potest non esse peccatum, & quidem gravissimum, si itaq; peccatum *specificativè* spectatum potest esse pœna, pœna poterit esse id, quod in se & sua naturà est peccatum: 3. *Quærit, an ratione actus substrati & relatè ad subjectum, quod insicit, pœna esse possit*, peccatum autem, quod insicit, insicit ratione virtutis corruptivæ, quæ est in peccato, quemadmodum venenum, quod in-

Yy

fici

ficat subiectum , inficit ratione qualitatis innatæ & nocivæ , ita etiam si peccatum potest esse pœna , quæ inficit , potest esse pœna quatenus corrumpit mentem , voluntatem , & cæteras hominis facultates , adeo-  
 que hæc Affirmatio non est Orthodoxorum , sed herodoxorum .

III. Hæc in Th. explicat , quomodo peccatum possit dici pœna , verum quid si diceremus , DEUM non tantum non causam esse peccati , neque id velle , sed etiam non esse causam pœnæ , nec velle ullam pœnam , quod probare possemus ex testimoniis Scripturæ , rationibus solidis , & Authoritate Patrum , Testimonia Scripturæ , quæ faciunt pro hæc sententia sunt illa *Exech. XVIII. & XXXIII.* ubi DEUS juramento præmissio dicit ; *nolle se mortem peccatoris* , At quid est mors an culpa , an pœna ? Non prius , E. pœna , ut patet ex comminatione homini in casu peccati dictata , *Gen. II.* non autem solet DEUS comminari peccata , sed peccatorum pœnas , E. si DEUS non vult mortem peccatoris , quam tamen commertus est , eo ipso quo peccavit , consequens est , DEUM non velle pœnam peccatorum , neque per volitionem causam esse hujus pœnæ . Addantur *Loca Sap. I. 19. & II. ult.* ubi DEUS removetur à causalitate mortis & prodromorum illius , atque invidiæ diaboli transcribitur hujus mali introductio : Rationes peti possunt partim ex *Obiecto* , partim ex *modo tendendi* , partim ex *affectu* , jam supposito malo illo ; Ex *Obiecto* quidem , quia DEUS non potest velle id , quod oppositum est objecto volitionis humanæ , at volitionis humanæ objectum est bonum , E. id , quod directè oppositum est objecto huic formali , malum scilicet culpæ & pœnæ , DEUS velle nequit : Si *modum* consideremus , sanè quod est ratio justitiæ , illud ipsum non potest esse ratio volendi & amandi , sed potius odio habendi , at malum , quod est in peccato , est DEO ratio justitiæ , quantum ad displicentiam , E. non potest esse ratio volendi : Denique *supposito jam malo* DEUS dicitur id tolerare , tolerare autem solemus ea , quæ displicent , illa , quæ sunt contra voluntatem , E. DEUS tolerando malum pœnæ , quod est in malo culpæ , non causatur , sed extremè averfatur : Patres quod spectat , sunt in nostrâ sententiâ , *Augustinum* enim apertè *l. IV. de Trinit. c. 12.* *Causa mortis DEVS non fuit , sed tamen per ejus retributionem justissimam mors irrogata est peccatori , sicut supplicium Juxta irrogat reo , causa tamen*

tamen supplicij non est iustitia iudicis, sed meritum criminis. Paria habet Fulgentius l. 1. ad Mon. c. 27. & Prosper in Libro Sententiarum ex Augustino: Iustum, scribit, DEI iudicium est, ut peccato suo quisque peccet, cum peccatum DEVS non faciat, sicut nec mortem. Jam si DEUS non est Author & causa pœnæ, ut demonstratum, quomodo potest dici, peccatum esse pœnam peccati, & quidem ita, ut DEUS peccatum peccatis puniat, annon potius peccatum subsequens pœna est peccati dicendum, quia DEUS permittit, ut peccans de scelere in scelere ruat, & peccatum subsequens ita pœna fiat præcedentis? Neque hæc Responsio nostra est conficta, sed clarissime habetur apud Gregor. M. in Homil. super Ezechielem, utpote qui scribit: Peccatum quippe, quod per pœnitentiam non deletur, aut peccatum est, aut causa peccati simul & pœna peccati, omnis enim, quod primum committitur, peccatum est, sed si citim pœnitendo non pergitur, obligatam peccatis mortem, etiam in culpam alteram permittit cadere.

IV, Probare incipit, quod rectè dici possit peccatum pœna peccati præcedentis ex incestu Absolonis, quæ pœna fuerit adulterii Davidis à DEO immissa, 2. Sam. XIII. verum vel argumentatur ex verbis, *Suscitabo malum*, vel ex verbis, *Ego faciam coram toto Israël, quod fecit in abscondite David*; vel denique ex verbo *dandi*, ubi dicitur, *DEVM daturum uxores Davidis proximo suo, qui incestum sit commissurus*, at nihil horum concludit, non primum, quia cum dicit, *suscitabo malum*, per malum non intelligitur peccatum, vel pœna in peccato, sed infortunium, calamitas, atque afflictio, quæ sagittæ amaræ ex dulci manu in Davidem emissæ: non secundum, quia non dicit, sese facturum incestuosum concubitum, sed modum saltem concumbendi, scilicet, in publico coram populo & Sole, quod David fecerat in occulto, ut responderet calamitas voluptati Davidicæ: non Tertium, dicit enim sese daturum *Uxores in suum, sed non voluntatem Absolonis flexurum in Uxoribus ab usum, non irresistibiliter procuraturum*, ut incestus cum iis committatur, non enim dicitur, *Ego faciam, ut proximus cum dormire cum illis velit*, sed tantum dicit, *dormiet cum ipsis*, quasi dictum fuisset, volenti dabo, non impedimentum ponam, permittam, ut pessimam suam voluntatem Absolon compleat. Nec refert, quod dicit ad Exceptionem, *nihil hic fuisse*

*fuisse penale, nisi nudam permissionem, non autem ipsum incestum fuisse formaliter pœnam, quia pœna Davidis debuerit esse dedecus publicum, & damnum Davidi inflictum coram Sole, permisso autem divina non fuerit formaliter damnum Davidis, nec publicè facta coram Sole: unde DEVM non interminari commissionem istam Davidi ut pœnam, sed rem permissam nempe ignominiam polluti thori; nam 1.) nos nudam permissionem hîc non causamus, sed permissionem distinguimus in nudam & pœnalem, dicimus non nudam hîc contineri, sed pœnalem, unde frustrâ rō pœnale opponit permissioni, dicens non posse excipi nihil hîc fuisse pœnale nisi nudam permissionem: 2.) Incestum ipsam formaliter pœnam fuisse malè dicitur, pœna enim est actus iustitiæ divinæ, incestus autem formaliter est grande peccatum, quomodo itaque dici potest incestum fuisse formaliter pœnam? 3.) Si illa pollutio uxorum Davidis fuit dedecus publicum, & damnum Davidi inflictum coram Sole, non fuit permisso divina, sed permissionis divina pœnalis consequens, & consequenter non fuit Davidis damnum formaliter, nec facta publicè coram Sole, sed id, quod permissionem divinam subsequutum fuit, damnum fuit Davidis formaliter, publicum dedecus coram Sole: unde DEUS non interminatus est permissionem Davidi ut pœnam, hæc enim permissio erat non impeditio voluntatis Absolonis illius, in luxuriosum actum propendentis, adeoque pœnæ rationem non habere potuit; concedimus enim, rem permissam, nempe damnum & ignominiam polluti thori, quæ consequerentur istam permissionem, DEUM Davidi comminatum esse, ut verba si probè ponderentur, aperit hæc produnt.*

V. Argumentatur ex Rom. 1, 24. *Et DEVM in pœnam idololatriæ Gentilium tradidisse eos scdis libidinibus & in sensum reprobum* Δὲ τὸ τοῦ πᾶσι κατὰ θεοῦ ἐκ τῆς ἀπειθείας, & 2. & dicit, *scdm ἀναστασιαῖον & ἀγνοουμένων, quæ peccatum scdisissimum est, dicit ἀνεπιόδιον antecederit scoloris; At 1.) quomodo potest dici, DEUM tradidisse Gentiles scdis suis affectibus, ita ut eos causerit, cum tamen Paulum miserit Romanis, ut expiaret scdos affectus, ut Evangelium illis prædicaret, quod est potentia ad salutem vitæ credenti, vers. 16, sanè causare oppositum scdorum affectuum, remedium procurare, non potest consistere cum causatione oppositi, nempe scdorum affectuum: 2.) Scdis illi*  
affect.

affectus consistebant maximè in illà ἀκαθαρσία, quæ se polluebant  
 ἀπονοστήσαντες; At etiam hisce DEUS voluit salutem, imò actu con-  
 vertit per Paulum; dicit enim 1. Corinth. VI, 9. Ne errate, neq; scor-  
 ratores, neq; idololatra, neq; mæbi, neq; molles, neq; ἀπονοστήσαντες, neq; su-  
 ves, neq; avari, neq; raptores, hereditasem regni DEI possidebunt, & ta-  
 les quidem fuistis: Refert enim *Salmasius* peculiari habitu fuisse distin-  
 ctos istiusmodi impudicos apud Corinthios; *Beza* sanè vertit, & hoc  
 erroris unusquisq; , absurdissimè quidem, quia non omnes conversi ex  
 Corinthiis adeoque tota Ecclesia sese corripit hoc scdissimo Sodo-  
 miz crimine, interim tamen uti possumus hæc Versione contra *Cal-  
 vianios*; Si enim DEUS non tantùm Evangelium prædicari voluit,  
 sed & convertere Corinthios, atq; Romanos per illud, quemodo  
 potest dici, DEUM voluisse in compensationem idololatriæ; quam  
 illi commiserant, illam traditionem in scdros affectus, h. e. Sodo-  
 micos? 3.) Omnia reclamant in hoc textu, si probè expendantur,  
 tùm quia nullius ἀκαθαρσίας fit mentio, quasi scil. DEUS idolola-  
 triam sive fornicationem spiritualem compensaverit fornicatione &  
 impudicitia contra naturam, hoc enim fuisset lutum luto purgare:  
 tùm quia dicitur tradidisse Gentiles in scdros affectus, quos scil.  
 jam antea fecerant suos ex proprio ingenio, non quod DEUS in pœ-  
 nam sceleris illos affectus demum indiderit, sed jam in cupiditati-  
 bus suis ex propria voluntate ortis, obiectis oppositis non impedi-  
 rit; tùm quæ. verbum παρέδωκεν, in quo præsidium suum ponit *Tar-  
 retinus*, non notat actionem aliquam DEI causativam, sed tantùm  
 permissivam, partim, quia Scriptura ita exponit ἐτασεν ἔτασεν, *Psal.  
 XXXI, 13.* & *Abor. XIV, 16.* partim, quia *Chrysostomus, Theodoretus  
 & Occumenius*, ex Patribus Græcis hoc verbum ita exponunt: par-  
 tim, qui labi permitit illum, qui jam habet voluntatem labendi,  
 non potest dici propriè tradidisse illum lapsui, unde etiam ex Patri-  
 bus Latinis *Ambrosius* hic nobis planè est ἐπιόψηφος. Unde quid de  
 Syllogismo Authoris sit sentiendum, facillè divinari potest, nempe  
 Minorem propositionem esse falsam, neque confirmat hoc ex 2. *Thes-  
 sal. II.* tùm quia DEUS dicitur immisisse spiritum erroris, non per  
 immisionem quandam pœsitivam, sed potius occasionalem: tùm quia  
 credere mendacio est actio quædam ex parte hominis, non ex parte

DEI: tùm quia veritati non credere, mendacio fidem adhibere fit per *efficaciam erroris*, non *causaliter*, sed *eventualiter*. Et sanè hìc omnis deceptio, omnis seductio, omnis falsi approbatio est talis, quæ fit per Pseudo-Prophetas & falsos Doctores, per operationem Sathanæ, Ast neque Sathanas, neque falsi Doctores, *physicè* agunt in mentem hominis, sed tantùm *moraliter*, adeoque hìc permissio habetur, quod scil. DEUS ad contemptum veritatis *punaliter* fit permissurus, nempe ut illi, qui non credunt veritati, credant mendacio, non *consente* DEO mendacium in pœnam, sed tantùm *permittente*.

VI. Proponit Argumentum ex 1. Reg. XXII. & putat, *mandacium* ori Pseudo-Prophetarum inditum fuisse pœnam precedentium peccatorum Achabi, at hoc non potest doceri ex hoc loco: Nam 1.) ex eo non potest probari, quia DEUS quærit, *quis pessimet Achabum, ut ascendat & corrumpat apud Ramoth in Gilead*, si enim quis Consiliariorum vel Pseudo-Prophetarum hoc ipsum suavisset, imò persuavisset Achabo, nil mali persuavisset, Ramoth enim in Gilead pertinebat ad terram Israëlem, repetere suum non est iniquum, atque jam assignata erat per pactum Jacobo: 2.) Dicitur in textu, quod hic vel ille hoc vel illud suaserit, *hoc* vel illud *consilium* dederit, unde patet, Angelos bonos sua symbola contulisse, ut illa executio executioni daretur, Angeli autem boni non possunt suadere malum sive peccatum, quod esset pœna peccati præcedentis. 3.) Post illorum Angelorum consultationem procedit Spiritus quidam malus non anima Naboti, ut Rabbini volunt, sed diabolus, & dicit, sese decepturum esse, diabolus itaque decepit Achabum, & quidem mendacio in ore omnium Prophetarum disseminato, cui vel Achab potuit attendere vel etiam Michæ contrarium suadenti, & Prophete Domini: verum quia erat spe victoriæ turgidus, propendebat ipse in expeditionem bellicam, quocirca relicto Micha locum dedit consiliis Pseudo-Prophetarum, adeoque quod hoc loco fuit pœna peccatorum Achabi, id non fuit a DEO, sed à diabolo. Neque obstat, quod dixit DEUS: *Egredere & fac hoc*, hæc enim verba non sunt imperativa, sed *permissiva*, ut *Matth. VIII, 22.* vel hæc verba se habent consimiliter verbis Christi ad Judam dicentis, *Job. XII, 27. quod facis, cito fac*, ubi non imperium proditionis habetur, sed illius tantùm permissio,

VII. Pro-

VII. Probare conatur ex *defectione decem Tribuum*, *oppressione populi per Affyrios & Chaldaos*, *autochiria Judæ*, &c. sed hæc omnia non probant intentum, tum quia defectio decem Tribuum fuit quidem grave peccatum, sed per directionem DEI in pœnam idololatriz conversum: tum quia oppressio populi per Affyrios & Chaldaos fuit quidem peccatum à parte hostium populi, verum non in quantum peccatum defectionis & idololatriz populi, magnis limitibus distincta manent peccata ex parte hominum, & actus justitiz ex parte DEI, tum quia *ἀνομιχία* Judæ fuit quidem deterrimum scelus, sed non *causatum* à DEO, neque in ratione pœnz ab ipso profectum, sed tantum *extrinsecè ordinatum*; sic & de reliquis est sentiendum.

VIII. Ex eo, quia DEUS in pœnam transgressæ Legis denun-  
tiet etiam peccata, E. peccatum subsequens esse pœnam peccati præ-  
cedentis: Malè, tum quia excecatio, cui respondet cœcitas ex par-  
te termini, non est actus divini Domini, sed Judicii, E. DEUS non  
immittit cœcitatem, in quantum mens subest ejus dominio: tum  
quia excecatio non *possitè & irresistibiliter* immittitur homini, sed  
ad verbi prædicationem sequitur, cui homo potest resistere, & con-  
sequenter excecari vel per vires gratiz non resistere, & tandem sese  
submittere, tum quia excecatio est tantum occasionalis, quâ posi-  
tà quidem verisimile est hominem instar cœci erraturum aut ex-  
rare voliturum, sic tamen ut illa non procedat per influxum quandam  
positivum à primo & supremo Ente

IX. Ultimam rationem proponit, & dicit, *quia Justitia & San-  
ctitas habere possunt rationem boni moralis & physici, quâ non obstante in  
peccato duæ hæc virtutes culpæ & pœnz conjungi*: adeoque existimat ju-  
stitiam & sanctitatem divinam legitimare quasi & bonas reddere ho-  
sce virtutes, verum 1.) justitia & sanctitas extremè distant & peccatum  
averfantur, utpote contrarium justitiz & sanctitati: 2.) si habet ju-  
stitia & sanctitas rationem boni, oppositum erit ei omne malum, tum  
culpæ tum pœnz: 3.) Si justitia & sanctitas habent *rationem boni  
moralis & physici*, non tantum repugnant justitiz & sanctitati ea,  
quæ sunt *moraliter mala*, sive peccata, verum etiam quæ *physicè ma-  
la*,

la, ita ut ne defectus quidem *physici* referri possint in *justitiam* & *sanctitatem* *divinam*,

## LOCUS X.

### De Libero Arbitrio.

#### QUÆSTIO III.

Author disputat, *an ratio formalis Liberi Arbitrii posita sit in indifferentia, an verò in lubentia rationali, prius neg posterius affirmo, ut Calvinismum stabiliat, & quomodo prædeterminatio physica cum libertate possit consistere, quodammodo insinuet, nil enim frequentius est Calvinianis, si urgentur ex prædeterminatione physica eversione Libertatis, quàm ut reponant, illam se libertatem non tollere, cum illa non consistat in indifferentia, sed in lubentia rationali, posse enim prædeterminatum physicè nihilominus cum libertate seu lubentia rationali operari: Hoc dicit, se affirmare contra Pontificios, Socinianos & Remonstrantes, At nec nos probamus in Pontificiis, illam amplitudinem liberi arbitrii, quam propugnant, neque in Socinianis illam indifferentiam, quam homini post lapsum tribuunt, neque ut homini primo compositionem, neque in cæteris illam assertionem, secundum quam dicunt, *gratiam non operari immediatè in voluntate, quia libertati metuant: Præterea dum actum fidei liberæ voluntati tantùm vendicant, & denique de obedientia Christi ita differunt, ut si libera statuatur, fieri potuerit, ut Christus non obediisset, & consequenter non obediendo peccare potuerit, quod confirmare satagunt Scholasticorum Autoritate; statuta Controversiæ dilucidato, progreditur ad Th. IV. ubi illum ita formatur, *an scilicet voluntas posita omnibus ad agendum requisitis, v. g. decreto DEI & ejus concursu judicio intellectus practici ita semper sit indifferens, & in æquilibrio posita, ut possit agere vel non agere, dicit hoc Adversarius præterdere, ut sua relinquatur voluntati libera, Calvinianos autem negare; E. statuit I.) cum Calvinianis decretum DEI absolutum consistere posse cum libertate, verum si omnia ex divino decreto & infallibili necessitate providentiæ eveniunt, ut cum Turretino statuit Chamier, Amyraldus & Riveus, consequens est, libertatem voluntatis***



tatis humanæ posse consistere cum determinatione ad unum à *principio extrinseco*, neque est ut reponat *libertatem rationalem*, quæ cum tali decreto possit consistere, hæc quim ratione facultas locomotiva, quæ necessario obsequitur facultati superiori moventi sursum, deorsum, retrorsum, antorsum, erit libera, quia invenitur in illa *libertate rationalis*, est enim rationalis per *participationem*, libenter parat, cum tamen locomotiva nullam libertatem habeat, sed necessario pariat superiori moventi: Dicit b) libertatem ex prærequiritis habere concursum, &posito illo concursu nihilominus voluntatem esse liberam, at hoc nullus disputavit, si enim est una numero actio causæ superioris & inferioris, si identificantur concursus DEI & concursus Creaturæ, si necessarius est ille concursus ad omnem actionem voluntatis, consequens existim concursum non obesse libertati, &posito illo ad agendum requisito nihilominus manere liberam.

3.) Dicit, posito iudicio intellectus practici secundum *Calvinianos* nihilominus liberam esse voluntatem, At nos dicimus ultimum iudicium practicum voluntatem determinans ad hoc & non aliud eligendum, esse inimicum libertati voluntatis, tum quia iudicium ultimum practicum ad voluntatem sese habet non ut *principium determinans*, sed ut *conditio prævia*, idque idem, quia voluntas non fertur nisi in cognitum, & proinde opus habet prævia luce intellectus sub ratione conditionis: tum ex eo, quia motus repentini voluntatis iudicium practicum rationis non expectant, sed eo ipso, quo repentini sunt, citra illud emergunt: tum ex eo, quia etiam in actibus deliberatis, utut intellectus iudicet hoc esse eligendum, voluntas tamen non exaudit intellectum, sed ex natura sua insitit aliorum sese flectit, unde *Medea* apud Ovidium, *video meliora proboq, deteriora sequor*; sufficit itaque vel sola apprehensio in ratione *actus intellectivi*, nec opus est iudicio intellectus practici ultimo, si esim hoc requiretur, sequeretur voluntatem non posse eligere minus bonum velictio maiori, quia iudicium practicum intellectus semper majus dicit bonum præferendum esse minori, imò voluntas ex duobus bonis æqualibus ipsi ab intellectu propositis nullum posset eligere, rectum enim rationis iudicium unum non præfert alteri, adeoque in tali casu voluntas semper maneret suspensa, hinc *Bellarminus*, qui hæc in parte

conspirat Calvinianis, refutatur ab ipso Suarezio, qui l. 1. c. 3. in Opusculo de Gratia ita infert contra illum: Si iudicium rationis vi sua voluntatem determinat, necessitatem illi imponit, quia ipsius iudicium sine libertate profertur, si ergo voluntas omnino esset adstricta sequendi illud, libertas periret, adeoque nobiscum non tantum contra Bellarminum, sed & contra Turretinum agit.

V. Probat Author, quod libertas non consistat in indifferentia ad opposita, quia in nullo agente libero seu creato sive increato deprehendatur; At 1. observandum indifferentiam à nobis non omni necessitati opponi, sed tantum cuidam, nempe illi, quæ derivatur ex decreto DEI, & iudicio intellectus practici, adeoque ita defendi indifferentiam ad opposita, ut necessitatem coadmittamus. 3.) Dupliciter spectatur necessitas, vel quoad genus, vel speciem & individuum actus; Prior optime cum Libertate potest consistere, quicquid sit de posteriori, nam v. g. demones libere agunt, & tamen quoad genus non nisi male agere possunt: Homo in statu corrupto libere agit, & tamen necessarium non nisi male: 3.) Exempla, quæ adducit, ipsi non conducunt: dicit enim, talem indifferentiam in DEO non reperiri, nec in Christo, nec in Angelis & beatis, nec in demonibus & reprobis: non in DEO, qui quidem bonus liberrime, non tamen indifferenter, quasi possit esse malus, sed necessario & immutabiliter, nec hic excipi posse, aliam libertatem esse DEI, aliam nostri, se enim respondere, quod libertas DEI nostræ sit perfectior, eò remotiorem esse debere ab indifferentia, quam non tam virtus sit quam defectus libertatis; At 1.) quomodo DEUS potest dici liberrime bonus, cum tamen bonus sit necessario, cum bonitas sit attributum essentialis, natura intrinsecum & identificatum: 2.) Ponamus DEUM liberrime bonum esse, eminenter bonus erit, & consequenter alia erit ratio libertatis divinæ & creatæ, quæ enim non formaliter, sed eminenter sunt in DEO, longè aliter in ipso sunt, quam in rebus creatis: 3.) Si Turretinus loquitur de bonitate respectiva, uti loqui necessum est, quatenus DEUS ad extra consideratur, quatenus benignè sese creaturis communicat, libertate gaudet, tum contrarietatis, tum contradictionis, contrarietatis quidem, quatenus huic creaturæ plura beneficia potest conferre, quam alteri, contradictionis verò, quatenus potest hunc gradum bonitatis conferre vel suspen-

spendere : Quod verò attinet exceptionem, utique statuendum, aliam esse rationem libertatis divinæ, aliam nostræ, nam ex communi sententia *Theologorum Pontificiorum, Lutheranorum & Calvinianorum* libertas DEI & creaturæ ita distinguuntur, ut illa non sit *intrinseca* DEO, indifferentia nulla reperitur in Essentiâ divinâ, cui ut voluntas, ita etiam libertas identificetur : Si verò spectetur *ad extra ratione terminationis*, ita libertas propriè obtinet in Ente summo, quatenus illud terminatur ad hanc vel illam creaturam, libertas autem creaturæ consistit in indifferentiâ intrinsecâ ad utrumque oppositorum, idque idèd, quia ipsa creatura non est Ens quoddam necessarium, cui omnia identificarentur, sed libertas sese habet per modum *proprietas & accidens contradistinctè ad substantiam*. Tandem quod respondet, *libertatem DEI nostrâ esse perfectiorem, eoque remotiorem ab indifferentiâ, &c.* hoc cum grano salis est accipiendum, partim, quia si libertas DEI est perfectior nostrâ, eò quod remotior ab indifferentiâ, consequens est Exceptionem stare, nempe quod alia sit ratio libertatis divinæ, alia nostræ, ubi enim distinctio obtinet perfecti & imperfecti, ibi non est eadem ratio substrati, partim, quia indifferentia obtinet etiam in actionibus DEI liberis, si scilicet illæ considerantur *ad extra* : partim, quia indifferentia non est defectus libertatis, sed secundum quosdam *ratio formalis*, aliud enim est indifferentia creaturæ, quæ utique non est defectus, sed potestas agendi ad utrumque oppositorum, ex quâ creatura rationalis seu intelligens eminet supra bruta, quæ agunt ex necessitate, supra agentia physica, v. g. Solem, ignem, &c. quæ potentiam ad oppositum non habent, ut ut itaq; indifferentia non sit virtus respectu DEI *ad intra* considerati, tamen non dicit defectum libertatis, sed libertatem in certo genere & ordine.

Secundum Exemplum ponit in Christo, qui liberrimè obediverit, & tamen necessarè ob defectum peccandi: proponit exceptionem Episcopij, Christum absolute non fuisse impeccabilem, cui respondet, *absit à nobis, ut tale quid vel cogitemus, vel dicamus de Sanctissimo, &c.* tum quia DEI Filius, tum quia Redemptor: quod verò exemplum Christi attinet ejusque obedientiam, utique necessario obedivit Patri, dicit enim Filius, *oportuit Christum pati, Luc. XXIV, 26. ita debuisse fieri Matthæi XXV, 6. Marc. VIII, 31. Etiam hominibus oportuisse pati, sed ea necessitas*

non fastulit libertatem, neque opposita est indifferentiæ in Christo, tum quia secundum quosdam Christus fuit indifferens ita, ut licet in *sensu composito univocæ hypostaticæ atq; præcepti* impossibile fuerit non mori, possibile tamen fuerit in *sensu diviso*, quod ad indifferentiam libertatis sufficit, tum quia potuerit obtinere à Patre *dispensationem præcepti*, quam tamen obtinere noluit, adeoque eo ipso indifferentiam moriendi & obediendi satis luculenter demonstravit: tum quia præceptum à Patre fuit impositum relatè ad voluntatem Filii, nempe, quia Filius voluit voluntate libera usque in finem vitæ perseveranti, quâ deficienti cessaret præceptum, & integrum maneret non mori: Imò obedientia Christi potest considerari dupliciter, quæ scilicet ad mortem est, vel *in se*, vel *respectu circumstantiarum*, posite illam non admisisse aliquam indifferentiam ad omnino cavendam mortem, illam tamen admisit hoc vel illo modo, cum his vel illis circumstantiis, per hos vel illos actus aut charitatis, aut Religionis, aut obedientiæ, aut fortitudinis, aut justitiæ acceptam, quia determinatè præceptum illi non fuit, mortem hoc modo, hac circumstantia & per hunc actum acceptare, cum id conferens non fuerit ad redemptionis nostræ finem, nec communi Legum & præceptorum dispositioni consonum: Quod Exceptionem spectat *Episcopj*, & nos dicimus eam esse blasphemam, ideoque aliam conciliandi rationem necessitatis & *Libertatis* intimamus, sunt tamen interim, quæ in Responsione *Turretini* desideramus, qui dicit, *non potuisse Christum peccare, partim, quia DEI Filius, partim, quia noster Redemptor*: est an candide hoc dixerit, merito dubitamus: tum quia Christum hominem non vult esse Filium DEI naturalem, & non admittit communicationem hypostaseos, ne dicam cæterorum axiomatum: tum quia ex sententia *Calvinianorum, Chamieri, &c. Christus ita ut Redemptor satisfecit, ut si qui iustitia divina rigorosa valde oppotere satisfactionem Christi, illa inferior nec exatè quædam, & consequenter Christus Redemptor imperfectus*: tum quia in Unione hypostaticâ querenda est impeccabilitas Christi, idque idèd, quia humanitas *immediatè & formaliter* propter unionem personalem cum verbo peccare non potuit secundum *Vasquezium*, qui refutat sententiam eorum, qui fundamentum impeccabilitatis non ponunt in Unione hyposta-

statica, vel etiam non nisi remotè, proximè autem in visione beatifica, quam Christo indefinenter dispensatam fuisse volunt; rectè autem refutat primum argumentum *Episcopj* ex miserià ad tempus in Christo locum habente, quia scilicet illa non refragatur naturæ ejus sanctissimæ & faciebat ad muneris executionem, adeoque alia ratio est defectuum *naturalium*, quos Christus assumpsit & toleravit, alia *Moralium*, qui longissimè ab ipso abfuerunt.

V. Tertium ponit in Angelis & Beatis, qui summâ cum libentia DEUM colant, & ad bonum tamen sint necessariò determinati: dicit *excipere Adversarios, aliud esse loqui de libertate viatorum & comprehensorum, & respondet, cum eadè esse debeat quoad essentiam ratio formalis libertatis, si Angeli & Beati libertatem habeant perfectissimam, sine indifferentia non posse dici, indifferentiam ad essentiam ejus pertinere: At a)* quod de Angelis & Beatis dicit, actiones illorum sunt in duplici differentiâ, quædam sunt *imperate*, quædam verò *elicitæ*, si priores spectemus, sunt illæ necessariæ, sed illâ necessitatis specie, quæ dicitur *obligationis ex Lege*, tenentur enim Angeli boni & Beati actiones suas necessariò conformare voluntati divinæ, & proinde mandata DEI necessariò expediunt, sed cum summâ voluntate & libentia, ubi autem delectatio, ibi libertas: si verò *elicitæ* consideremus, utique in illis indifferentia regnat, quia sunt liberæ libertate tum *contradictionis*, tum *contrarietatis*. Hujus quidem, quia possunt variis mediis propositis Angeli & Beati hoc vel illud eligere, hoc vel illud repudiare: *contradictionis* verò, quia possunt hoc puncto colloqui, & non colloqui, & sic in cæteris actionibus: Exceptionem quod attinet, non quidem est de nihilo, aliud esse libertatem *Viatorum*, aliud *Comprehensorum*, cum in hominibus beatis libertas à servitute locum habeat in comprehensoribus, quâ tamen libertate non sunt viatores, interim volumus hanc Responsonem opponere, sufficit enim indicisse indifferentiam in actionibus Angelicis & beatorum, quapropter nec diu etiam in Responsonem ipsius morabimur, cum indifferentia in libertate Angelorum & Beatorum jam sit demonstrata.

Quartum Exemplum ponit dæmones, de quibus dicit, *quod illis & in reprobis non sit indifferentia, quia non possunt non peccare, quævis libere peccent: Verùm & hic s.)* est distinguendum inter actiones

dæmonum *imperatas & elicitas*, si *imperatas* spectemus, aut sunt in incommodum diabolorum, aut sunt in ipsorum commodum, si priores spectes, quæ scilicet sunt in ipsorum incommodum & perniciem, non solum illas *necessariò* operantur, sed & *coactè*, adeoque sine cuius indifferentia & libertate, v. g. quando Christus eiecit dæmones ex obsessis, hæc actiones *imperatas* non tantum si esse *necessariæ*, sed etiam *coactæ*, quia *necessariò* & *coactè* vi divina depulsus fuit diabolus de domicilio suo: si verò cedat actio in commodum diaboli & hominis supplicium, qui affligi & cruciari debet, tum quidem *necessariò* hoc facit, cum obtemperare debeat mandatis DEI, sed tantum *necessariæ* sunt istæ actiones *necessitate obligationis & dependentiæ*; *Elicitæ* verò quod spectat, etiam illæ sunt indifferentes quoad individuum in ipsis dæmonibus: b) Quod spectat reprobos, eorum actiones considerantur, vel *quoad genus*, vel *quoad individuum*, quoad *genus* sunt *necessariæ*, sunt enim tantum malæ, sed hæc necessitas est *servitutis* ex peccato, libertati autem & indifferentiæ non repugnat omnis necessitas, sed tantum necessitas ex *decreto*, necessitas ex *iudicio ultimo pratico*, necessitas *Coactionis*, & necessitas *physicæ operationis*: si verò quoad *individuum* spectemus illas actiones, liberæ sunt & consequenter indifferentes, potest enim reprobus, quamvis ad malum determinatus, tamen eligere hoc malum præ illo, adulterium præ furto, furtum præ falso testimonio, & sic consequenter. 3.) Si totam hanc questionem spectemus, possemus dicere in materia Theologica, de Libero Arbitrio, non disputari de *formali ratione* liberi arbitrii prout dicit aliquid concreatum voluntati, & eidem identificatum, sed de viribus liberi arbitrii *superadditis vel naturalibus vel supernaturalibus*, si verò vires liberi arbitrii spectentur in reprobis & peccatore, tantum illæ malæ sunt, & ad malum ex peccato originali determinatæ.

VII. Proponit secundum Argumentum, sed enim merè petitione principii: Petit enim principium, dum dicit, *voluntatem nunquam esse posse sine determinatione; tum extrinsecè à DEI potentia, tum intrinsecè ab Intellectus iudicio*; At nos utramq; negamus, providentia enim divina voluntatem *extrinsecè* non determinat, sed concurrunt tantum dispensat, actione autem jam existente & producta dirigit

rigit illam & determinat in finem: Neque Judicium intellectus determinat, cum judicio sæpè non sit opus, sed sufficiat simplex apprehensio, ad quam voluntas operatur: b) Quod dicit: *aliàs voluntatem non fore creatam, si non extrinsecè determinaretur, nec rationalem, quia contra rationis judicium ageret*; hoc non urget, tùm quia aliud est pendere à DEO, quod omni creaturæ competit, aliud determinari à DEO ejusque providentia, quod creaturam immutat, exque Libera facit brutam; contra judicium rationis verò agere voluntatem, testatur Experientia, nec tamen sequitur, malum sub ratione mali appetere, sed malum sub ratione boni, cum voluntatis objectum sit, non tantùm bonum verum, sed etiam apparens. 3.) Quod dicit, *non obfcare, quod dicatur esse de ratione voluntatis libera, ut seipsam determinet, quia subordinata non pugnant*, id maximè obstat Turresino, quia fingit de ratione voluntatis quidem esse, ut à se determinetur, sed non à se solà, verum etiam à DEO, at si voluntas se determinare potest, ut in ratione causæ partialis, non requireretur determinatio ab ipso DEO, quia ipsa voluntas in se est sufficiens, ut semet ipsam determinet, præprimis concurrentibus circumstantiis loci & temporis ad individuationem actus.

VIII. Colligit, *quia volitio Summi Boni & finis ultimi non possit esse sine summa libeantia, & tamen non sit sine magna & ineluctabili necessitate, quapropter determinationem & necessitatem non pugnare cum libertate*; At nil cōtra nos, quia & nos dicimus, volitionem Summi Boni & ultimi finis esse necessariam, libertas enim secundum nos non est nisi circa media, non circa finem ultimum. 2.) In appetitione Summi Boni non obtinet ratio virtutis vel vitii, quod supponit Author, sed Summum Bonum est illud ultimum, ad quod se virtus habet ut medium. 3.) Inquit, *media dari, que necessariam habent connexionem cum fine*, sed si dentur talia, concedimus voluntatem versari necessariò circa eorum electionem, neq; libere sese habere in illis eligendis.

IX. Quartum ponit Argumentum, *tollit precum & hortationum usum, promissiones DEI, omnem consolationem nostram, & abrogari imperium DEI in voluntatem*; At 1.) hic confunditur voluntas & libertas ipsius ut sic cum voluntate & libertate sub auxiliis gratiæ spectata, sanè si diceremus indifferentem esse voluntatem etiam sub auxilio

lio

lio divinæ gratiæ, tolleretur precum & hortationum usus, vana redderentur promissiones DEI, & periret omnis nostra consolatio: Nos autem hoc non dicimus, sed oppositum in materiâ de gratiâ & Libero Arbitrio defendimus: 2.) Abrogari stante nostrâ sententiâ Imperium DEI in voluntatem, nullo modo concluditur, cum voluntatem non dicamus independentem ratione *concursum*, & si positio omnibus ad agendam requisitis non potest agere vel non agere voluntas, tàm determinatio divina inimica erit voluntati, imvertet illam. 3.) Quomodo stante nostrâ sententiâ homo Author erit & causa principalis suæ conversionis, non DEUS? cum nostri Theologi statuant, ne quidem modicum illud Erasmi in *Conversione*, homini esse tribuendum, eum dicant, hominem merè passivè sese habere in sui Conversione, adeoque non operari, nec cooperari gratiæ DEI, sed pati tantùm motum divinum, cum dicant, *DEUM esse, qui dat volentem & perficit, juxta esatum Pauli Phil. 11, 13.* si autem hoc, non dicimus, indifferentiam locum habere in voluntate respectu conversionis à DEO intentæ, qui enim passivè dicit sese voluntatem habere, qui subjectum tantùm esse dicit conversionis hominem, is non indifferentem fingit hominem, aut ejus voluntatem in ordine ad operationes DEI conversivas, sed admittit hominem sese habere in statum mortuæ, cujus nullæ sunt vires, *Eph. 11, 1. & c.*

## QUESTIO X.

Proponit dubium, *An cultus tantùm, & c.* & affirmat contra *Lutheranos*; In Th. II. statum Controversiæ format, *non quasi, an omnes in universum, cujuscuq; generis sint, imagines etiam in usu civili & Oeconomico à DEO prohibeantur, quasi arte πλαστική & pictura omnes aquæ ac sculptilia damnentur: quoniam enim veteres quidam fuerint in hac sententiâ, perpetuam tamen hoc statui, vel saltem unicam tabernaculi & templi stradam docere poss. Ast 1.)* non damnat pictoriam aut sculptoriam, quia alias damnaret præcipuis *Basanos* in his artibus ingeniosos. 2.) *Clementem Alexandrinum* adducit, qui scripsit in *Prodropicis*; *Nobis est aperte vetitum, artem fallacem exercere, Si E. Pictoria & Sculptura ex mente Clementis Alexandrini est res fallax, si vetitum Christianis illam exercere, annon qui volunt Refer-*  
mate-



matores esse, ad typum Ecclēsię primarę omnia reducere, etiam damnare deberent suos artifices, qui vel in pictura, vel in sculptura excellent: 3.) Refutat hanc sententiam vel sola *Tabernaculi & Templi structura*, in quo varię figurę, at si *Origenem* audiamus *l. 17. contra Celsum*, multũ magis Judæis est prohibita ars picturę & sculpturę quam Christianis, diſerte enim in *Civitate Judæorum nullus pictor, nullus statuarius admittitur, legibus totum hoc genus aversibus*; Si E. nihilominus fuerunt figurę Cherabinorum, bouum & aliarum rerum, admissi fuerunt pictores & sculptores, ut kil. imagines fabricarent, sed non admissi sunt in Civitatem, ut imagines fabricarent quę ad cultum proſtarent, quę non tantũ imagines, sed & idola essent, adeoque prohibita fuerunt ex peculiari genio hujus populi, qui ad *Idolatriam* fuit pronus, ex *causa finali*, ne scilicet imaginibus abuterentur ad spiritualem fornicationem, atque consimiles sese exhiberent illis, qui describuntur *Zeph. 1, 5. 6.* Concedit autem Author *Imagines historicarum rerum gestarum vel Virorum Magnorum, Symbolicas, quibus virtutes & vitia representantur, Politicas, quę Monetis imprimuntur, illas autem tantũ non vult tolerare, quę dicuntur Sacra, &c.* At i. si non damnat *Imagines historicarum rerum gestarum vel Virorum Magnorum*, rōs damnare quoque poterit imagines rerum gestarum *Biblicarum*, qui enim genus admittit, etiam quamvis speciem admittere tenetur: si admittit *Imagines Virorum Magnorum*, quomodo non admittere potest imagines *Prophetarum, Apostolorum, Apostolicorum virorum & Patrum*? Præterea, si *Symbolicas* admittit imagines, quibus virtutes & vitia representantur, admittere etiam tenetur imagines *Symbolicas Angelorum*; Illi enim & vitia & virtutes representantur per *Symbola*, ita etiam *Angeli, sancti Spiritus*, per *Symbola* depiunguntur.

III. Dicit, quæri, *an liceat ipsum DEUM & Personas Trinitatis imagine quadam representare*? Ast planè ablutit à statu *Controversię* 1.) Quia nullus *Lutheranorum*, contra quos tamen hoc problema adornat, unquam statuit *Deum ipsum & personas Trinitatis* imagine posse representari. 2.) Cùm *Photiniaci* nostris objecissent illam imaginem *Trinitatis*, quę tres vultus conjunguntur in unum *tricipitis Cerberi* nomine: nostri *picturam istam detestati sunt & nunquam voluerunt admittere, ut planè incongruam*, 3.) Aliud est ipse *DEUS*, aliud

in *Symbols exteriori* se manifestans, DEUM non posse pingi, agnoscunt nostri, visiones tamen pingi posse concedunt, v. g. *Ieroſolimiticam* Jordanicam, atque *Symbola*, in quibus Pater, Filius & Spiritus Sanctus sese repræsentarunt, sanè si hîc vitium est, est *Scripturæ*, quæ ita illam *Ieroſolimiticam* repræsentat.

IV. Probè observetur, quod statuit, non *quari*, an *Imagines* *Virorum sanctorum domi* habere liceat ad *piam eorum recordationem & Exemplum imitationis*, sed an in *locis Sacris*, non ad *cultum & venerationem*, verum ad *commonefaciendos fideles*, quod *Lutherani cum Concilio Francofurtensi* statuerunt: Ast 1.) Si domi licet habere, & quidem ad *piam recordationem & imitationis exemplum*, cur vitium sit in *locis Sacris*, templisque *sacris* eas habere. & quidem ad eundem finem? *Locus* enim se non habet nisi *extrinsecè*, & si alicui licet orare in *cubiculo*, etiam licebit in *templo*. 2.) Eo ipso intelligitur *imaginum fabricationem*, in *templis collocationem* non esse *vitiosam* in se, quia quod est *intrinsecè* malum, id nullâ circumstantiâ *cohoneſtari* potest, sic quia *mendacium* est malum *intrinsecè*, malum erit, sive *domi & privatim*, sive in *foro & publicè* *mentiaris*. 3.) Sugillat *Colloquium Francofurtense*, quod tamen *laudem* meretur, quia duo tractavit, 1.) *contra Elipandum & Felicem, Episcopos Hispanos*, decernens, *Christum secundum humanam naturam non esse Filium DEI adoptivum, sed naturalem*: Deinde de *imaginibus licitè quidem in templo collocandis*, non *autem vero cultu prosequendis*, quemadmodum ex *Antiquitate docet Johannes Dallus l. IV. de Imaginib. cap. 2. 3. 4. & 5. atq; diu hanc sententiam obtinuisse in Gallia quoq; afferit*, idq; fecit *Carolus M. definiendo utrumq; dogma invito Pontifice*, imò *contra Pontificem Hadrianum*.

V. Primum proponit *Argumentum*, quia *DEVS expresse vetuit non tantùm colere imagines, sed etiam facere*; At si rem rectâ *iudicii* lance expendamus, patebit *vanitas* huius *argomenti*, 1.) quia *præceptum de non fabricandâ imagine* *immediatè* subijcitur *præcepto de non habendo Deo alieno*, tanquam *species generi*, atq; *DEVS* ita procedit, nullus *alienus Deus* est *habendus coram DEO*, neque *E. imago* *fabricanda*, quæ *juxta* me *religiosè* *colatur*: tùm quia hoc *præceptum* respicit *maximè* *Israëlitas*, non dicit *DEUS*, non *facienda*

dem esse imaginem *indefinitè*, sed tu tibi imaginem ne facias, Tu, quies ex populo Israelitico, & pronus in Idololatriam, non facies tibi imaginem: tum quia confectum additur, noli adorare aut servire eis, quia sum Ego Dominus zelotes, At DEUS non est zelotes. si imaginem aliquam habeas, alias nec illam ferre posset in domo, quam tamen admittit *Turresinus*, sed tunc non potest ferre imaginem, si scilicet, cultus religiosus dividatur inter ipsum & imaginem, quemadmodum maritus potest quidem ferre imaginem alicujus viri, quam introducit in domum suam uxor, sed non potest ferre imaginem corvialis, cum quo dividit affectum alias indivisibilem, unde patet nullam esse consequentiam, Judæis prohibita est fabricatio imaginum, qui fuerunt proni in idololatriam, E. & nobis, qui melius informamur de imaginum natura, unde exceptiones non sunt nostræ, quas adducit, nec prima, nec secunda, sed fundamenta superius adducta ex ipso textu.

VI. Hæc in Th. secundum proponit Argumentum, *quia DEVS nullâ imagine possit representari*, Esa. XL. *Actor. XVII. Deut. 17. & Roman. 1.* At Locus Esaie non stringit, tum quia aliud est, DEUM ipsam assimilare, aliud in Symbolo ipsam depingere, prius negat Esaias, posterior non tangit: Locus *Actor. XVII.* non agit de imaginibus, sed de idolis, quæ sunt ex auro, argento aut lapide, Paulus enim egit cum *Atheniensibus*, qui erant justo superstitioniores in cultu & veneratione imaginum: Locus *Deut. 17.* directus est ad Judæos in idololatriam pronos, loquitur de ipsâ effigie DEI, denique removet omnem præviam apparitionem, at qui *Jo. Quædam* Jordanicam pingunt, habent præviam apparitionem in Scripturâ expressam: Locus denique *Roman. 1.* taxat idololatriam Gentilium tum intra, tum extra mentem, nihil habet de fabricatione imaginum, nihil de illarum collocatione in templis.

VII. Tertium Argumentum proponit, *quia id à locis sacris abesse debet, quod ad cultum DEI non pertinet, & cum idololatria periculo æquum est, verum si illud abesse debet, quod ad cultum DEI non pertinet, abesse debent etiam Campanæ, quæ nec ipsæ ad cultum pertinent: 2.) Periculum idololatriæ non est nisi penes illos, qui jam habent mentem obfuscatam & in fornicationem spiritualem pronam, quam *Turresinus**

imagines virorum sanctorum, si quas domi habet, vellet remotas, si Pontificius intraret ipsius ædes, ne periculum esset idololatriæ? ) Imagines in locis sacris etiam non pertinent ad cultum DEI, licet tamen possunt tolerari quemadmodum columnæ in templo: & præterea facile potest aliquis Pastor mederi huic periculo, informando suos Auditores de Legitimo imaginum usu: Nihil est, quod dicit, *abusum non tollere debere usum legitimum, si salus aliquis detur*, nam usum legitimum imaginum exposuit satis dilucidè Carolus M. in Concilio Francofurtensi; nihil est, quod dicit, *licet Lutherani expressè non tollant imagines, non posse tamen immunes dici ab omni cultu: si non directo, tamen indirecto & participato, quia protendant, se ad imagines earumque cultum, sanctas concipere de DEO & Christo cogitationes*; At aliud est Occasio, aliud causa & principium, occasionaliter quidem possunt imagines concurrere ad sanctas de DEO & Christo cogitationes, si verò de causa sit sermo, est illa verbum divinum auditoribus explicatum, quod sanctas de DEO & Christo cogitationes ingenerat: nihil est, quod dicit, *etiamsi non colantur à Lutheranis, posse ab aliis coli, puta Pontificiis, si ingrediantur ipsorum templa*, At sic innocentes erunt imagines, omnis culpa redundabit in Pontificios templum ingredientes: quemadmodum imago alicujus pulchræ Virginis est innocens & decus à DEO tributum, si verò lascivus eam intuetur oculis luxuriosis, culpa in lascivo est, non in formâ Virginis, nec propterea removenda est istiusmodi virgo ex cœtu hominum, quia opticis stupris petitur à lascivo.

VIII. Excusat Majores suos, quod tempore Reformationis imagines omnes ex locis sacris removeri curarint, & dicit, *nihil hic factum, quod à DEO non sit præscriptum, Num, XXXIII. Deut. VII. & Ezech. XX. & Exempli variis Regum & Imperatorum confirmatum, qui in destruendis Idolis & ab omni idololatria specie repurgandis locis sacris speram sedulam navarint*; Verum r.) utique vitio verti potest, quia in Germania Marburgi, recentiori Exemplo in Belgio, in Anglia, in Galia ingentes moverunt tumultus, non tam removens imagines, quam tumultuantes in templis ad exemplum Carlsbadj: tum quia ratione modi excefferunt, dum scilicet non verbo divino, non Spiritus S. calamo removerunt imagines ex cordibus auditorum, quæ idololatriæ,

tricæ, sed hastis, bipennibus, gladiis & securibus, qui modus non decet Christianos: tum quia verba calumniosa addiderunt, *Beza* enim *Mompelgardis* aperte professus est, se detestari imaginem crucifixi: *Abrahamum Scultorem* Patrum nostrorum memoriâ circa annum *XIX.* imaginem Christi elevatam in ponte *Prægonis* vocavit *den Neufenden Bâder*, a quæ ita animos *Bobemorum* ab alienavit à *Fridericis*. Dicitur autem, quæ 2.) adducuntur, non sunt ad rem, non illud *Nom. XXXIII.* quia ibi planè nihil habetur de imagine; non dictum *Beza. VII.* tum quia hoc dictum non agit de imaginibus, sed de *Idolis Gentilium*, ad idololatriam factis, positis & consecratis: tum quia agitur de *idolis Canaanorum*, qui infideles Gentiles, non de imaginibus Christianorum, quæ adhuc dum usum habent in Christianismo: tum quia agitur de *idolis*, non tantum ratione *formæ*, sed & ratione *materiæ* abolendis, ita ut aurum & argentum destruat, quemadmodum *Moses* destruxit vitulum aureum, at *Calviniani* imagines aureas & argenteas *Mariz* vel *Apostolorum* non desiderant destruere, sed aurum & argentum in alios usus convertere. Dicitur *Ezech. XX.* non stringit, partim, quia agit de *idolis*, quæ sunt abominaciones coram *DEO*, non imagines; partim, quia agit de *idolis Ægypti*, qualia fuerunt *Crocodilus*, *Porram*, *Cæpe*, & *Allia*, quæ ipsi gentiles riserunt: partim, quia agit de remotione ex oculis & corde, quàm suscipere debebant ipsi *Judæi*, non de *ικωνοκλάσει* violentâ. 3.) Quod exempla attinet *Regum* & *Imperatorum*, recensetur quidem de *Ezechiâ*, quod amoverit excelsa, frangeritque statuas & exciderit lucum, contuderitque serpentem æneum, at non dicitur, quod amoverit imagines, sed excelsa, quæ *DEUS* prohiberat, non quod *Cherubinos* submoverit, sed exciderit lucum, in quod diis aliis serviebant, vel ad minimum *εθελοθρησκείαν* commitebant: Dicitur, quod contuderit serpentem æneum, quem fecerat *Moses*, sed addit causam, quia scilicet in idolum degenerarat, ita enim habent verba: *Et quod usque ad dies illos Israëlita adoleverunt ei*; Satius autem fuisset, si non adduxisset *Imperatores Græcos* *ικωνοκλάσεις*, nam si eadem nullam merentur, potius respicere debuisset ad laudabile institutum *Caroli M.* qui mediam viam incesit, atque nec *imagines*, nec excindi voluit, quod ipse laudat in *Quæst. IX. & XV.*

LOCUS XII.  
De Fœdere Gratix.  
QUÆSTIO VI

Disputat hic Author, *an fœdus gratix unquam universale fuerit, vel quoad obligationem, vel quoad acceptationem*; In Th. II. carpit *Remonstrantes*: In III. autem *Lutheranos & Gallicos Testardum, Amyraldum, &c.* Art. 1. Quod *Remonstrantes* spectat, non simpliciter improbare possumus declarationem sententix *Remonstrantium, artic. 2. de morte Christi*; Interim tamen nostri Theologi ipsis non accedant, dum originem novi fœderis gratix deducere volunt ex *aquitate naturali*, ita, ut quia Adamus primus fœdus operum frogerit, Deus æquitatem naturalem cum homine lapsō erigere debuerit novum fœdus gratix, quomodo enim dici potest, DEUM ex vitio hominis, ex fracturâ fœderis adactum fuisse, ut cum homine lapsō novum fœdus gratix iniret.

2. Homini lapsō DEUS vi justitiæ sœ debuit infernum & cruciatus perennes, quæ justitia nisi misericordia temperata fuisset, utique executioni debuisset dari, & pœnas illas æternas homini lapsō infligeret.

3.) Fundamentum novi fœderis non est *aquitas quædam naturalis*, sed mera gratia & indebita, misertus enim est DEUS miseriæ priori hominis, & proinde ex mera gratiâ prædicari curavit Protevangelium lapsō, quod *semen mulieris contriturrum esset caput serpentis, Gen. III.*

III. Malè conjungit *Lutheranos & Amyraldistas*, qui tantum differunt, quantum cœlum distat à terrâ: Nam *Lutherani* dicunt, DEUM *gratia universalis* complexum fuisse genus humanum, & serio affectu velle, ut omnes fiant salvi, & *ad agnitionem veritatis perveniant, 1. Timoth. II.* *Amyraldus* autem, & qui illum sequuntur, dicunt, *gratiam divinam objective tantum esse universalem, nec serium affectum propugnant, quia DEVS quidem velit omnes homines salvos fieri, si se credant, at fidem ex absoluto decreto deneg. sse maxima peccati hominum, ut verè Spanhemius dixerit: saltem glaucoma quoddam objicere hæc sententia Amyraldum Lutheranis, qui cum cæteris Calvinianis rigidis conveniat in doctrinæ centro: 2.) Lutherani desolantur deiverum absolutum, & stant pro gratia universalis illius exclusivâ, at Amyraldus accerrimè defendit decretum absolutum, & peccalia-*

*culiorem Tract. edidit in defensionem Calvinii. in quo Populus illa àxò-  
 epua legi & deprehendi possunt, 3.) Lutherani defendunt gratiam  
 universalem salutiferam ex dispensatione verbi secundum gradus ma-  
 nifestandi, at Amyraldus duplicem constringit gratiam, unam per pro-  
 videntiam divinam citra Christum, alteram verò Evangelii, quæ  
 sit efficax per fidem, nos verò detestamur gratiam illam universa-  
 lem per providentiam dispensatam, quæ omnibus gentilibus obti-  
 gerit extra revelationis mensuram, dicentes, eam esse Pelagianam, quia  
 citra cognitionem Christi non est salus, Act. IV.*

IV. Non tantùm in unam classẽ collocat Lutheranos & Amy-  
 valdistas, sed & Th. IV. scribit: fœdus istud considerari posse bifa-  
 riam, vel ratione promulgationis seu oblationis externa in gratia sub-  
 jectiva vel ratione collationis sive receptionis interna in gratia sub-  
 jectiva, atque notat dissensum suorum, dum quidam statuunt fœdus  
 istud esse universale ratione oblationis externa, & receptionis inter-  
 nae, quosdam verò statuere, ratione oblationis externa tantùm gra-  
 tiam esse universalem adeoque objectivam, quales sint illi ex Calvinianis,  
 qui gratiam universalem amplectuntur, unde patet non tantùm dis-  
 sentire Calvinianos circa universalitatem gratia, sed & remotissi-  
 mos esse à nostris Theologis Lutheranis, partim, quia nostri hisce ter-  
 minis non utuntur gratia objectiva & subjectiva: partim, quia no-  
 stri gratiam objectivam & subjectivam non dicunt esse sufficientem gra-  
 tiam, neque illam sufficientem agnoscunt in sensu Pontificio & Calvi-  
 niano, in quantum gratia sufficiens contradistinguitur efficiaci, & gratia  
 ut sic tanquam genus in has duas species oppositas gratia sufficientis  
 & efficiaci distinguitur, sed omnem gratiam sufficientem etiam di-  
 cunt esse efficiacem: partim, quia universalitas fœderis neque à nostris  
 extenditur ad gratiam objectivam, neque subjectivam, in quantum  
 illis notatur gratia quædam in Lumine Naturæ dispensata.

V. Recenset hic Author aliam communem & receptam apud  
 Reformatos sententiam, qui fœderis non minus ac gratia particularita-  
 tem tenentur, ut licet, &c. At dissimulat 1.) Reformatorum nomen,  
 qui sunt Brandenburgici, & imprimis Bergius Concionator Aulicus, qui  
 peculiarem eum suis hic fover sententiam; 2.) Abit ille Bergius à sen-  
 tentia Gomariforum, qui decretum Electionis & Reprobationis decre-

to Creationis præponunt, à *Derdraconis*, qui gratiam DEI salutiferam tam redemptionis quam vocationis ad solos electos restringunt, ab *Amyraldisis*, qui DEUM iis hominibus, ad quos Lux Evangelii non pervenit, gratiam *objectivam* dicunt largiri, cuius beneficio remissionem peccatorum è Lumine Naturæ credere debeant.

3.) Quæ sit ejus sententia, patet ex explicatione dicti, *1. Tim. II, 4.* ubi Paulus inquit, *DEVS vult omnes homines salvos fieri*, quod ille non explicat de omnibus sive generibus singulorum, neque ad Electos restringit, sed particulam omnes refert ad omnes, qui sub Novo Test. vixerunt, & vel vocati sunt, vel vocantur adhuc, adeoque in nativâ significatione relinquit vocabulum Omnes: b) *Fædus bifarium spectari posse censet secundum Turretinum, vel secundum essentiam internam, vel secundum dispensationem externam*: Ast malè scædus ita distinguit, tum quia scædus quoad *externam dispensationem* intelligit tantum quoad prædicationem citra comitem Spiritus vim vorticordiam, qualem prædicationem nostri negant, & verbum divinum reprobat *Es. LV. 10. 11.* Christus reprehendit vocando semen, quod gaudet intrinseca facultate fructificandi, *Mat. IV. 17. 18. 19.* Paulus dicendo, Evangelium esse *ἰσχυρὸν ἔργον*, *Rom. I. 16.* tum quia scædus ratione *essentia interna* malè restringit ad *Eccliam invisibilem* Electorum, cum illud oblatum esse censeatur toti Eccl. hæc, prout ex vocatis & electis constat: tum quia, cui prædicatur verbum, ei offertur scædus divinum, verbum enim est *ὄχημα* seu vehiculum, per quod dispensatur gratia, & consequenter offertur scædus: c) Patet ex toto discursu *Turretini*, non tantum dissenfus sanctorum, sed & quàm malè in classẽ *Hypotheticorum* nostros retulerit; constanter enim tuentur nostri, & *quidem omnes & singuli gratiam universalem*, quia veritatis cubo innituntur, At qui inter *Reformatos* sunt, qui specie fallere voluit, in tam diversas abeunt sententias, nihilominus in Centro conveniunt, ut agnoscit ipse *Turretinus*, dum dicit, *particulari illud facere cum Electis veris Christi membris.*

VI. Statum Quæstionis format, an scil. *fædus gratiæ, quod in Christo DEVS cum hominibus contraxit, sit universale*, 1.) in *Adamo*, 2.) in *Noacho*, postremò in *Christo* initum, atq. negat, verum malè; nam a) in *Adamo* est *universale*, quia in stirpe totius generis humani &



ni & in Protev angelio fuit comprehensum, *Semen, &c.* Dein in Noacho, quia secundum Epiphanium in *Anchorato* hæres fuit totius mundi, & tres ipsius filii cum Noacho Ecclesiam constituerunt: postremò in Christo inquit, qui apertè discipulis mandavit, &c. *Matth. XXVIII. Marc. XVI.*

VII. Pro particularitate fœderis gratiæ argumentatur ex eo, quia *scil. paucis sit destinatum, nullum propositum & voluntas universali miserandi totius generis humani*, contra *Rom. XI, 32. contra 1. Tim. II, 4* contra id quod differuimus ad *Quæst. XVII. Loc. IV. Partis I.*

VIII. Argumentatur ex ejus *Procurations, quia satisfactio Christi, &c. fuit*: At hæc iterum 1.) petit principium: 2. Christus se vadem præstitit non tantùm pro Electis, sed & pro reprobis: 3. Confundit acquisitionem & applicationem.

IX. Tertium proponit argumentum à *promissionibus fœderis, quæ ad Electos & fideles tantùm pertineant*: ast 1.) neg. promissiones divinas ad Electos tantùm pertinere, nec probat hoc ex eo, quia sint *absoluta, non conditionata*; Rectè enim negantur quidem esse *conditionata* contra *Amyraldum & hypobeticos*, qui suspendunt promissiones illas à conditione fidei, sed non sunt *absoluta* simpliciter, verum ex *divinâ dispositione ordinata*: 2.) Malè exceptionem nostram vellicat, quasi *diceremus fœdus Evangelicum considerari, &c.* Ita enim nostri non excipiunt, sed *Amyraldus* cum Sociis, & cum dicimus conditionem annexam DEUM exigere, dicimus etiam velle in illis efficere: 3.) Dicit, *quamyò conditionatum possit dici fœdus illud aliquo sensu, &c. dari*: At hæc censuram merentur, partim, quia dicit, *fœdus divinum dici posse conditionatum, quatenus conditionem habet fidei subordinatam, licet absolute à DEO efficiendam, cum tamen fidei conditio, ut loquitur, non sit absolute efficienda, sed sub condicione non resistentiæ*: partim, quia dicit, *absolutum esse à priori, quod nullam causam habeat præter liberrimam DEI voluntatem*, hoc est absolutum decretum, quod in parte prima examinavimus & rejecimus: partim, quia dicit, *à DEO constitutum esse*, At nec hoc probare pro nobis possumus, quia voluntas divina dandi fidem est bis conditionata, adeoque falsum, constitutum esse apud DEUM, &c. atque tegit hæc *Turrerinus*

sententiam suam de executione voluntatis divinæ, quæ fiat secundum ipsum & Socios per gratiam quandam irresistibilem.

XI. Proponit Argumentum à *Promulgatione fœderis*, quod scilicet illa nunquam fuerit universalis, non enim innumeræ tantam personarum, sed gentes ad notitiam à caruisse tam sub Vet. quàm sub N. Testamento, destitutas enim fuisse verbe, quod unicum fœderis gratiæ præconium: A) etiam promulgatum & pactum fuit fœdus cum illis, qui non præsentibus sunt, qui non audiunt verba fœderis, ut Moses docet: a.) Innumeræ personarum & gentes caruisse illam notitiã tam sub Vet. quàm Novo Test. concedimus, sed aliud est *propositio*, aliud *notitiã rerum propositarum*, notitiã caruerunt, idque proprio vitio defectu industriæ, quam adhibere debebant, & ingratiitudinis culpã, verum non propositio: 3.) Unicum est fœderis gratiæ præconium, verbum scilicet sed proximum, mediatum, præter quod verbum datur adhuc gratiæ extra Ecclesiam, quæ *Augustino* dicitur *præveniens*, *L. de natura & gratiã c. 67. Pedagogia externa*, quæ scilicet ducit ad Ecclesiam & verbum, quoniam nunquam gentes fuere destitutas. 2.) Dicit Author, quod ad *Vet. Test. attinet*, qui nescit, *DEVM fœdum hoc restrinxisse ad Abrahamum, exclusis omnibus aliis populis, qui dicuntur loammi, & euvansi à fœderibus, quibus non dedit, &c. Plal. CXLVII. sed quos sivit, &c. Actor, XIV.* Ast hæc iterum produuntur falsa, falsum enim est, quod *DEUS* fœdus suum ad familiam Abrahami tantum restrinxerit, cum non desint vestigia, ex quibus constare potest, *DEVM* cum Abrahamo fœdus pangentem intimasse fœdus quoddam *universale*, tum ex eo, quia promissio Abrahamo facta, quod in semine ejus, &c. *Gen. XII, 2. & XXII, 18.* tum ex eo, quia ipsa *Circumcisio*, quæ fuit fœdus cum Abrahamo, ita comparata fuit, ut Gentiles allicere debuerit ad inquirendam ridiculum illum ritum à *DEO* constitutum: tum ex eo, quia Abrahamus in fœdere fuit cum gentibus circumjacentibus *Ascol, Anor, &c.* quibus utique voluntatem *DEI* etiam revelasse, consentaneum est: b.) Ponamus, restrinxisse ad solam familiam Abrahami & populum Israëliticum, saltem restrinxit quoad *eminentiam & gradum revelationis divinæ*, uti hoc explicat *Paulus Rom. III, 2. & IX, 4.* c.) Exclusas simpliciter fuisse gentes cæteras, non potest probari, ad quod frustra adducitur *Locus Hofæ Lubi non*

*Geni-*

*Gentibus*, sed *Judæi* dicuntur *loamæni*: frustra *Ep̄h. 11.* quia ibi non agitur de *foedere oblatō*, sed accepto: Frustra *Psal. CXLVII.* quia in illo tantum commendatur *benignitas & favor* divinus erga *Israëlem* præ omnibus cæteris gentibus in *revelatione statutorum*: 1.) Quod de *dispensatione* dicit, eam clamare *foedus hoc ita particulare*, &c. nihil ad rem conducit, partim, quia *dispensatio DEI* solum probat in certo gradu *foedus hoc fuisse particulare* populo *Israëlitico*, nempe *eminentissima revelationis*, quia præterea hæc dispositio, docet gentes non fuisse exclusas, coiplo enim, quo ita se habuit, *fæmæ* non erant oppositi obices, sed potius illa dimanavit ad gentes de *Ecclēsia Israëlitica*, de *miraculo* in *eductione ex Ægypto* patris, de quo *Jos. 11. 19. 11.* &c. de *sacrificiis*, quæ ex *Novo Testamento* etiam apud gentes erant in usu. præterea non major tantum amplitudo fuit istius, &c. supponit enim certum esse, *nunquam universalem fuisse*, quod nostris simpliciter negant.

XII. Velleat nostrorum *Exceptionem*, & dicit, *qualitercūq; sit revelatio natura*, non *gradu tantum*, sed *specie differre à revelatione verbi*: præterea *gratiū supponi*, *conferri revelationem*, &c. *Astr.*) *Augustinus* ipse hunc locum non de *substantia* revelationis accepit, sed de *modo & gradu*: 2.) Utique *revelatio natura* specie differt à *verbi* revelatione, verum *τὸ γινώσκον & ὁρῶν* dupliciter spectari potest, vel ut est *impressum quid natura* gentes dirigens ad honestatem & coercens in vitiis, vel ut *mediū quoddam elevatum* virtute meriti Christi ad *Pædagogiam* faciens: Priori modo hinc non spectatur, ideoq; ab *Arminianis* recedimus, qui *gratiam & naturam* hinc confundunt: Posteriori vero modo dicimus *facere illud institum ad deductionem in Ecclēsiā*, dum sc. *omnes ratione utentes aliquando tum objective, per aspectum Creatorum & investigationem providentiæ divinæ circa res conditas, tum per famam de Ecclēsia ad verum DEI cultum, & ad cæterum, in quo illo videt actu vocante, atq; sicut non directe & immediate, consequenter tamen & mediate non tantum ad Creatorem, sed & ad Redemptorem ducuntur*: 3.) Male disseparat *revelationem*, quæ *Spiritum comitem* habuit cum illa, quæ illo caruit, atq; putat locum versiculi intelligendum esse de *revelatione absente Spiritu*, omnis enim *revelatio divina per verbum facta Spiritum & habuit & adhuc habet comitem*

mitem, sine quo nullus in toto Israël fuisset conversus secundum ipsos Calvinianos, ideoque fingit sibi Exceptionem, quam nos nunquam probavimus, dicit scilicet, *DEVM statuta nota fecisse Jacobo, quia Judais data sit revelatio, qua vim Spiritus sancti habuerit, qua gentibus denegata,*

XIII. Dicit, non solide dici, Paulum loqui de gentilibus comparatè ad Judaeos, cum, quia ipse aperte Gentiles & Judaeos comparat, atq; his Judaeis scilicet, tribuit *etiam* quoddam praesentia Gentilibus: (Utiq; 2.) loquitur de gentilibus impenitentibus contemptoribus, indignissimè benignitatis rejectæ reis, tales enim erant ante praedicationem Evangelii, convocati in Adamo & Noacho, quas vocaciones contemptui duxerunt: 3.) Nil dicit, stante hac Exceptione nosrâ etiam illos mortuos fuisse in peccato comparatè dicendum. describuntur enim gentiles tum ratione Peccati Originalis, tum ratione *ultius peccati fructuum*, secundum quos utiq; mortui erant absolute, sed non tantum fuisse in peccato mortui, verum etiam superaddiderunt ingratitude adeoq; considerandi veniunt *sub voluntate DEI consequente.*

XIV. Excudit Exceptionem aliam, & dicit, *certum esse Evangelium innumeris nunquam predicatum fuisse*; (Ait 1.) contra *Scripturam*, quæ omni mundo annuntiatum fuisse asserit, Rom. X, 17 Col. 1, 6. videantur hæc ipsi Commentatores Calviniani, præprimis Scoti Theologi: 1.) Contra *Antiquitatem*, nam Hieronymus testatur in *6. Matth. XXIV*, nullam gentem mansisse, qua nomen Christi ignoret: Tertullianus adversus Judaeos dicit, *Christum Getulorum varietates, Maurorum multos fines, & Britannorum inaccessa Romanis loca, & Sarmatarum, & Dacorum, & Germanorum, & Scytharum, & abditarum multarum gentium, & Provinciarum, & incognitarum nobis Insularum, & qua enumerare non possit, credidisse*: Item Ambrosius in C. X, ad Rom. non negamus non *quo impetu* Apostolos & viros Apostolicos Evangelium intulisse orbi, sed *successivè*, de quo imprimis videndus est *Malvenda*, Scriptor Hispanus, in *Tomo II. de Anti-Christo*; interim tamen sicut Sol etfi non uno momento oriatur, totum orbem tamen illustrat, ita quamvis non uno impetu, tamen totus orbis per Evangelium fuit illuminatus: 3.) Illud maxime Calviniani solent opponere, quando & quomodo Evangelium pervenerit ad *Americanos*? at Americam non simpliciter

placiter incognitam fuisse, patet tum ex *numero Augusti*, qui inventus in America: tum ex *testimonio Americanorum*, qui scilicet dicunt, *ipsum Thomam Evangelium ipsis predicasse*: tum ex *vestigis religionis*, imaginum Desparæ, Trinitatis, Apostolorum, de quibus prolixè agit *Emmanuel Nobrega Lusitanus*.

XV. Proponit hinc Author argumentum ex eo, *quia fœdus gratiæ à DEO non possit extendi, ad quos nunquam pervenerit cognitio*: b) Exceptionem proponit, *neminem quidem servari posse sine Christo, sed non statim & necessariam esse omnibus ad salutem cognitionem Christi*. Tandem respondet, *hæc duo ita connexa esse, ut separari non possint respectu adultorum*: Verum Resp. 1.) Fœdus gratiæ possit dupliciter spectari, vel quoad *oblationem*, vel quoad *acceptationem*, superiori modo spectetur, etiam ad illos extenditur, qui caruerunt cognitione Christi, idque apertè patet ex Scripturâ, nam fœdus gratiæ continetur in verbis istis Evangelicis *semen mulieris conteret caput serpentis*, at hoc dictum universo generi humano in primis nostris Parentibus est propositum. 2.) *Neminem servari posse sine Christo, interim sine cognitione Christi distinctâ*; hæc qui redolent Philosophiam *Carcellianam*, nos non probamus, quanquam cognitionis *confusa & distincta* dentur certi quidam gradus, ut ex eo patet, quod longè major Messis cognitionis distinctæ quam sub Veteri, fuerit in N. T. 3.) Quod reponit *hæc esse connexa in adultis*, id nos extendimus etiam ad *infantes*, dicimus enim infantes etiam servari per Christum, sed non sine ejus cognitione, uti Author vult, distinguendum autem inter *Capacitatem naturalem & supernaturalem*, infantes per ætatem capaces non sunt cognitionis Christi, si de capacitate *naturali* sit sermo, si verò loquamur de capacitate *supernaturali*, fallum censemus esse hoc pronunciatum, nam capaces sunt baptismi, Baptismus autem est lavacrum in verbo, *Eph. V. interrogatio bonæ conscientiæ apud DEUM, 1. Pet. III.* idque spondent fidem in baptismo, fidem adhibent verbo non *naturaliter* aut ex viribus reliquis, sed *supernaturaliter* operante Spiritu Sancto in ipsis fidem, quâ quasi dextra DEO datâ se mancipant DEO & renunciant diabolo atque pompæ ejus, quod sine fide fieri non potest.

XVI. Author argumentum ducit ab *obsignatione fœderis*, quæ *particularis*, sive *externa* respiciatur per Sacramenta, quæ sint peculium Ecclesiæ, sive *interna* per Spiritum, qui datur tantum membrum Christi: At ita ablutitur à statu controversiæ, non enim disputatur, *an gentilibus obsignetur fœdus*, sed *an offeratur fœdus*? aliud itaque est *oblatio*, aliud *obsignatio*: concessio quod posterior sit particularis, quæ sit nimirum per Sacramenta, nondum tamen probatum est oblationem quoque esse particularem: 2.) Neque satis congruè dicitur, *internam obsignationem, quæ est per Spiritum Sanctum, dari tantum membrum Christi*, nam si conversio est *successiva*, & suos habet progressus, etiam Spiritus datur non tantum in *continuatioe conversionis*, adeoque membrum Christi, sed etiam in *initio conversionis*, adeoque *Catechumenis*, ut vocabantur in Ecclesiâ primitiva: 3.) Concedamus non obsignari beneficia Christi *internè* per Spiritum nisi membrum Christi, nihilominus *gratia præventionis* etiam præveniet illos aut prævenire possit, qui sunt extra Ecclesiam, *gratia autem* nunquam est absque Spiritu, nunquam absque pulsu ejus, E. quamvis non *obsignetur*, negari tamen non potest quin *offeratur*: b) Dicit, *ne inde bene colligat, E. etiam ad Vocatos, qui sunt in Ecclesiâ, pertinet fœdus, & non tantum ad Electos*; At optimè colligimus, quibus enim ministrantur Sacramenta, quibus datur Spiritus, illi quoque vocantur ad fœdus; At omnibus vocatis, qui sunt in Ecclesiâ, dispensantur Sacramenta, dispensatur Spiritus per prædicationem verbi, E. etiam ad vocatos, qui sunt in Ecclesiâ, fœdus pertinet. Hoc est *æquum fœdus* Calvinianorum in hac materiâ, quod scilicet, *vocatos, qui sunt in Ecclesiâ, quosdam dicunt absolute reprobatos, & proinde Sacramenta ipsis fœdus non obsignare nec Spiritum per prædicationem verbi dicunt*; c) Ex hoc ipso discursu evidenter, contra Calvinianos colligimus, dicit Author, *oblationem obsignationis & consequenter fœderis esse communem omnibus vocatis, usque deficiat applicatio*, & ante hanc assertionem a.) poterit oblatio fœderis ad illos etiam extendi, qui sunt extra Ecclesiam, nam sicut nil derogat oblationi fœderis, quod communis sit omnibus vocatis ad Ecclesiam, ita quoque non derogabit, si dicitur oblatio illa communis respectu eorum, qui sunt extra Ecclesiam, confestim enim cum *Turretino* possumus distinguere, aliud esse *oblatio-*

non obsequationis seu fœderis obsequandi, aliud realem applicationem, hanc quidem deficere in gentilibus, non autem illam. 2.) Evacuat hæc sententia Sacramenta & verbum suâ virtute, nam non tantùm Sacramenta & verbi prædicatis in Ecclesia offeruntur, sed etiam conferuntur, virtute gaudent vorticordia, Spiritu maxime Efficacis, qui sese exercit in omnibus vocatis, quousque non ponunt obicem morosum, aut Spiritum excutiunt: 3.) Ita in DEUM reducitur particularitas credentiam, quasi scilicet ille offerat quidem fœdus singulis in Ecclesia vocatis, desitnat autem in reali applicatione, quod tamen impiunt.

XVII. Propositum ultimum Argumentum hoc modo, si vocatio-  
ne universali omnes & singuli ad fœdus invitantur, natura cum gratiâ  
confunditur, τὸ ἰσὺν ἐν τῷ, & adscribendam erit Libro natura ac  
Creaturarum voci præconiium misericordia divina in solo Christo ex Scri-  
pturâ patet; Act. 1.) Vocatio universalis non potest locari in  
τὸ ἰσὺν, sed præciso illo potest locari in famâ de Ecclesia & Chri-  
sto, facta enim in Vet. Test. de Ecclesia Judaicâ per vulgata fuit, ho-  
die in Ecclesia Christianorum per universum orbem disseminatur,  
vid. Phil. Nicolai in Tractatu, quem scripsit de regno Christi; fran-  
tè verò hæc sententiâ, quod in famâ fundetur vocatio universalis, cor-  
ruit id omne, quod de confusione τῷ ἰσὺν & τῷ ἐξ assertur: 2.) Si tribua-  
mus τὸ ἰσὺν vocationem universalem, non tamen eam τῷ ἐξ con-  
fundimus, quia τὸ ἰσὺν & ἐξ diximus esse fundamentum vocationis  
universalis non quatenus illud superstes est in natura & merè naturale,  
sed quatenus à DEO elevatur & adhibetur tanquam medium pedag-  
ogicum ducens ad Ecclesiam, tunc autem gratia cum naturâ confunde-  
retur, si vocationem universalem tribueremus τὸ ἰσὺν in quantum  
est naturale & superstes in cordibus Gentilium: 3.) Præmi possunt Cal-  
viniani vel maxime, si dicamus, gratiam vocationis vel disci universali-  
tem positivè vel negativè, suppositâ quæstione de gratiâ vocationis uni-  
versalis positivâ, si negativam tantùm obtineamus, nec Calvini-  
smus in hoc puncto, si dicamus gratiam DEI ita esse universalem, ut  
neminem prohibeat ab accessu ad Ecclesiam, ut neminem arceat à  
fina eius, sed quoscumque venientes recipiat, eadet absolutam decre-  
tum,

tum, quemadmodum si quis dicat acidulas Deinacenses esse univer-  
 sale remedium pro Melancholicis, rectè hoc dicit, quia hic fons ne-  
 minem arceat à suo accessu: Cætera, quæ hic Author disputat, quod  
 scil. *vana sit & illusoria gratia vocationis objectiva sine subjectiva*, nos  
 non pungunt, sed tangunt Amyraldum ejusque sententiam, qui  
 talem gratiam universalem fixit, qui talem gratiam distinxit  
*in gratiam ex objecto providentia divina, & in gratiam ex annuntia-  
 tione Christi*, qui denique conspiravit cum Calvinianis, quantum ad  
*gratiam dispensativam fidei*, quod scil. illa sit *particularis*, adeoque in  
 centro cum cæteris Calvinianis convenit, ex quo satis patet, rectè  
 ipsi à Turretio objici, quod *gratia vana & illusoria universalis sit obje-  
 ctiva sine subjectiva, &c.*

Meminimus supra sententiæ Bergianæ, tanquam appen-  
 dis loco uberiorem explicationem atque refutationem addere li-  
 bet: 1.) Sententiæ Bergij in hoc consistit, quod scil. *gratia DEI sit uni-  
 versalis in Novo Testam. respectu omnium Vocatarum*, atque hanc sen-  
 tentiam Bergius probat illustri loco 1. *Timoth. II. 4. 5. 6.* Notat ad  
 hunc locum a) ad verbum *ἵλεω* non tantum intelligendum esse *nu-  
 dam velleitatem, sed voluntatem cum affectu interiori contra Pontifi-  
 cios*, in primis *Did. Ruiz de Montoya*, qui voluntatem DEI de velleitate,  
 de desiderio, de optatione DEI exponit, & hoc quidem rectè  
 b) Per *πάντας* intelligit omnes & singulos homines, non *genera tan-  
 tum singulorum*, h. e. *sexley*, sed etiam *singula generum*, idque bene  
 contra *Bezam*: c) Per τὸ σωθήναι non intelligit servari, neq; restringit  
 ad *temporalia beneficia*, sed etiam ad *salutem* extendit, contra quosdam  
 Calvinianis & Pontificios; adeoque sensum hujus loci putat esse hunc,  
*DEVS vult seruo omnes homines salvos fieri, & in hoc cum nostris Theo-  
 logis conspirat, addit autem Paulum non tantum dicere, DEVS vult  
 omnes homines salvos fieri, sed etiam subjungere, Christam sese dedisse  
 ἀντὶ πάντων, μαρτύριον ἰδιῶς κλητοῖς*, adeoque ex hoc vult exculpe-  
 re, tempore *Novi Testamenti*, quod demum opportunum, hoc mar-  
 tyrium locum habuisse, hanc gratiam manifestatam fuisse voca-  
 tis ad Ecclesiam, sicut autem hanc sententiam propugnat, ita dis-  
 cedit à cæteris Calvinianis, quapropter notanda est distinctio hujus  
 sententiæ à sententiâ *Supralapsariorum, Dordacensorum, Amyraldi, &*  
 reli-



reliquoꝝ, de quibus supra jam monuimus. *Bergius* hanc sententiam arripit, ut glaucuma quoddam obiceret *Lutherus*, quasi seil. cum illis conveniret, utpote studiosissimus *Syncretismi*, verum quod fundamenti loco ponit, illud ipsum non potest subsistere: nam 1.) secundum *Bergium* non tantum in *Vet. Testamento* gratia illa universalis non fuit dispensata, sed etiam hodiernum asserit *gentes esse, quæ nihil profecto de Evangelio audierint*, atque ad id nec universale statuit gratiam illam & voluntatem DEI respectu temporum *N. Test.* & hunc in finem allegat dicta *Roman. X. Col. 1.* 2.) Falsum est per *καρπὸς ἰδύς*, Paulum tantum intelligere tempora *N. Testamenti*, quomodo enim stabit *Prot. Evangelium, Gen. III.* quomodo *factus cum Neabithis, Gen. IX.* quomodo dictum *Ezech. XXXIII, 10. 11.* ubi dicit DEUS, *Vivo ego, nolo mortem peccatoris, &c.* Annon dictum Apostoli *1. Tim. II.* est quasi *repositio & expositio* dicti *Ezech.* sane Locus parallelus hoc evincit, *2. Timoth. 1, 9. 10. 11.* 3.) Per *καρπὸς ἰδύς* non intelliguntur tempora *Novi Test.* *exclusivè*, quia hic non causa redditur vel *universalitatis*, vel *particularitatis* mortis Christi, sed consequens tantum ex merito Christi fluens, quod ex ipso textu potest colligi, cum aliàs sequeretur, cum Paulus se nominat præconem hujus martyrii, DEUM tantum velle eos, quibus Paulus Evangelium prædicavit, salvos fieri, adeoque per appositionem hæc dicuntur, ut non dicantur, distinguendum esse inter *predicationem Evangelij*, & *Condemnationem sive dispensationem predicationis*, quam ipse Author noster *Tartarinus* in sequente quæstione explicat & agnoscit, E. vanum est, quod *Bergius* semper ingeminat, tempora *Novi Testamenti* hic intelligi: b) Si attendamus *Bergij* hypothesen, patebit in speciem tantum hæc ab ipso disputari, nam dicit, *distinguendam esse gratiam universalem erga omnes à gratia efficaci*, de qua verum illud *Rom. IX. voluntati ejus qui respicit* & Gratiam autem universalem consistere, tum in *interinâ complacentia & serinâ voluntate evasivâ*, ut recipiant & salventur omnes vocati, tum in *declaratione gloria divina*, ad quam voluntas divina limitanda: tum in *ordinatione mediocrum ad salutem*: est hæc non subsistunt cum ipsius Assertionem, partim, quia *gratia efficax*, quæ contradistinguitur *gratia universali*, cum tamen *omni* gratia etiam *universalis* sit *efficax*, nec distinctam gratiæ speciem faciat *gratia*

efficax, sed ita dicatur ab *omnibus*, ut non dicamus, quia quatuor vo-  
 luntati esse, nec dicamus verba hæc, *voluntati ejus quæ efficitur*  
 non esse *ofatum Apostolicum*, sed *obedientiam morosæ Judæi*, cum quo  
 Paulus disputat: partim, quia constitutio medicorum ad salutem ita  
 se habet ex mente Bergii, ut velit quidem *DEUS homines per carce-  
 veris*, sed ita ut nemo præter absolutè Elatos converti possit: partim,  
 quia si universalis gratia consistit in *intra complacentia* & in *decla-  
 ratione gloriae divinæ*, ad quam voluntatem limitanda declaratio illa  
 gloriae divinæ erit *particularis*, & consequenter voluntas limitanda  
 ad illam declarationem restricta quoque & particularis erit; Quapro-  
 pter malè hoc dictum ad eos tantum restrinxit, quibus *actus* Evange-  
 lici vel annuntietur, vel certò annuntiabitur, exclusis cæteris omni-  
 bus, qui nihil de Evangelio auditari, sanè aliter ex *Patribus* antiquis-  
 simis ille *Ignatius Martyr*, aliter ex *ipsis Calvinianis* ipse *Nicolaus Vo-  
 delius* in Commentatione illa ad *Ignatium*, ejusq; Epistolam ad *Phi-  
 ladelphios*, qui pro universali gratia pugnat & vocationis: aliter *Jo-  
 hannes Bayemantius*, Episcopus Sarisburiensis, qui universalem pro-  
 mulgationem Evangelii defendit, in Commentario suo super Episto-  
 lam ad Colossenses, & quanquam in eo extrare videatur, quod cum  
*Vetus* nostro Americam tempore excursions Apostolicæ nondum vo-  
 luit esse habitam, tamen respectu omnium locorum cæterorum  
 universalitatem vocationis defendit: c) Hæc Bergii sententia non po-  
 test subsistere, si consideremus illa, quæ alios ipse defendit, nam  
 dicit, *DEUM pro æterno suo consilio post lapsum Adami semon mulieris in  
 salutem humani generis mittere*, & tamen excludit, *universam Gentiliam  
 compagem*, quasi sc. illa non sub universo genere humano comprehen-  
 deretur: Dicit, *decretum DEI & voluntatem universalem circa Greces  
 salvandos, incredulos damnandos, nil aliud esse, quàm communem  
 aliquam sententiam* judicium, regulam, & quasi *Legem* justitiæ & Mi-  
 sericordiæ DEI in Christo erga homines lapsos: Imò totum factum gratia in  
 promissa Messia possum, at quomodo potest *gratiosum* factum esse, ubi *justi-  
 tiæ* rigor præponderat? quomodo definiri potest per communem sen-  
 tentiam judicariam atque regulam rigorosam; dicit denique, *DEUM  
 speciali quadam & singulari voluntate decrevisse in id, quæ salvandæ  
 agnitionem peccatorum fidem & spem operari, adeoque ad vitam æter-*

non eligere, in his vero, qui perierunt, specialem ejusmodi gratiam non operari, at hoc à nobis negatur, hoc falsæ hypothefi innititur, quasi scilicet DEVS universali gratia, qua omnibus Vocatus contingit, in cordibus reproborum nunquam voluerit fidem efficere, gratiam specialem irresistibiliter operari, vocare quidem DEUM, sed impossibiliter reprobus vocatum sequi ob defectum virtutum, & consequenter æternaliter illos esse ad iudicandos: Quoniam verò etiam dicit, omnem culpam, quod non convertatur omnes Vocati, non pones DEUM, sed ipso esse, tamen in speciebus hoc tantum dicit, quamdiu una hypothesea sua suggerit, quæ non Prima, neminem posse propriis viribus credere: Secunda, Tam Vocatos quàm Electos ad maliciosè resistendam naturâ suâ aque proclives esse: Tertia, ad viros credendi requiri gratiam specialem, qua à maliciosa resistentiâ convertendum custodiat: Quarta, hanc custoditionem ex solo nudo, & abscondito DEI bono placito, quod in jure rebus nequeat, pasci dari: Quinta, gratiam DEI specialem salvificam, qua indignitate electis esse irresistibilem: Sexta denique ad rursus DEI gloriam opus esse hominibus impetrata prelabentibus & damnandis etiam ex Vocatorum ergo. Sanè qui has propositiones admittit, expolit ac defendit, nunquam ferè potest affirmare DEUM velle omnes & singulos salvari æternum, quis hæc propositiones, sunt intemporaliter omnium voluntate & vocatione universali, &c.

## L O C U S XII.

### De Christo.

#### Q U Æ S T I O III.

Proposita Author Primam Propositionem, & dicit, ut Filius DEI incarnatus est tantum propter peccatum, ita non necesse fuisse illum incarnari, si homo non peccasset; atque dicit, hæc opponi Scholasticè, quæ consuetum statuit, & distinguens inter carnem passibilem & immortalem, & impassibilem sive immortalem: statuit enim ante peccati prævisionem & permissionem Christum electum atque ordinatum esse, ut humanam carnem indueret, movente divina voluntate ad id excellentia ipsius mytheni, absq; necessitate vel remedio peccati, sed ita ut ante peccati prævisionem simpliciter tantum

Ecce a

tum

eum decretum fuerit Christum venturum, non verò sub quâ causâ  
 conditione; Abstraxisse enim DEUM pro primo illo signo à modo  
 passibili vel impassibili, & à munere Redemptoris nostri, nihil de  
 hac re definicndo, sed saltem de substantia mysterii, & videlicet de  
 decreti venturam fuisse Christum, sive peccatum extitisset, sive non:  
 Oblata verò peccati occasione statuisse, ut in remedium illius in car-  
 ne passibili & mortali veniret, atque hanc sententiam propugnat  
*Secus, Albertus 16:* Excitatur pro illâ *Benaventura*, qui tamen docet,  
*hanc opinionem esse subditorem, & rationi magis congruentem, opposi-*  
*tam autem fidei & pietati, Scriptura & sanctorum Patrum testimonio.*  
*Inprimis autem Hurtado de Mendoza Dispar. XIII. de Incarnatione*  
*Filij DEI.* Hanc sententiam multis explicat & confirmat, nec non  
*Decanus Pars III. Theologia Scholastica*, qui aperte habet has duas  
 propositiones; *Etiamsi Adam non peccasset, nihilominus DEUM fuisse*  
*incarnandum, non tamen in carne passibili & mortali, sed in impassi-*  
*bili & immortali: b) In aeterno DEI consilio prius fuisse decretum incar-*  
*nationis quoad substantiam, quàm praesentiam peccati Adami;* Addit  
 propositionem 3) *Christum ante praesentiam peccati Adami prede-*  
*stinatum fuisse DEUM hominem, post illam verò passibilem, mortalem &*  
*Redemptorem:* Verum re& Author improbat hanc sententiam Schola-  
 sticorum, tam quia nullis Scripturae dictis probari potest, sed meris  
 speculationibus Scholasticis debetur & humanis conjecturis: tam  
 quia prius Ecclesiae Doctoribus fuit inaudita: tam quia absurda cum-  
 mulat, stante enim ea sequitur in aeterno DEI consilio Christum  
*quòd primum* fuisse decretum, sive incarnationem verbi fuisse sanc-  
 tam, antequàm decreta & sancita esset homini generis creatio, quid  
 autem absurdius? humanam naturam fuisse à DEO ordinatam,  
 ut in unionem hypostaticam verbi assumereur, antequàm de na-  
 tura humana creandâ quocquam diceretur: stante hac esset conse-  
 quens incarnationis Filij DEI finem per accidens & primam intentionem  
 decreti divini planè superveniencem, esse peccati expiationem, & ge-  
 neris humani redemptionem, nam juxta illud commentum, cum  
 ab aeterno decretum esset Filium DEI incarnare appariturum interve-  
 nit *per accidens* peccati, & ita placuit DEO, ut dum Filius carnem  
 assumeret ad perfectionem universi, simul incarnaret redimeret huma-

sum genus, adeoque *per accidens* tantum redemit homines lapsos  
*per se* autem idem venisset in mundum, ut ornaret & compleret hoc  
 universam: 3.) Stante hac sententia sequitur quodam ad gloriam  
 & beatitudinem eternam esse predestinatos *absolute*, sine virtute &  
 intuitu passionis ac mortis Christi, nam à contrariis sententiis de-  
 fealoribus dicitur in tertio signo divinis intentionis quodam esse  
 predestinatos ad gloriam: In quarto autem permissionem peccati,  
 ac in quinto prævisio passionis Christi, ut medicina contra la-  
 psam: Rectè itaque ex Scriptura producit, primum, secundum, ter-  
 tium & quartum Argumentum, quibus nos addere possumus,  
 consensum Christianæ antiquitatis, ita enim Concilium Nica-  
 num, *Filius DEI, Lumen de Lumine, Patri consubstantialis, qui pro-*  
*pter nos homines & propter nostram salutem descendit, est incarnatus atq;*  
*homo factus, cui accedit Concilium Constantiense, Ephesinum &*  
*Chalcedonense: sicut autem Concilia Œconomica stant pro hac thesi,*  
 ita insuper Patres, imprimis Augustinus *l. 1. Tom. VII. de Remissione*  
*Peccatorum*, hinc quod ajunt venturam fore Christum non supposito  
 peccato, in carne non quidem *passibilis*, sed *immortalis*, id temerarium  
 est: tum quia Scriptura nihil novit de hac distinctione inter *substan-*  
*tiam & accidens incarnationis*: tum quia medium necessarium ad  
 nostram redemptionem non fuit accidens quoddam incarnationi  
 nis aut circumstantia, sed ipsa incarnatio secundam substan-  
 tiam, aded quidem ut ipse *Franciscus Suarez* agnoscat redem-  
 ptionem nostram finem fuisse incarnationis, tum quoad *Circumstan-*  
*tiam*, & modum: tum quoad substantiam: tum quia Patres di-  
 fertè affirmant, si Adamus non peccasset secundum Adamum non  
 venturam fuisse, ita ut ipsum *Symbolum Nicanum* de substantia incar-  
 nationis loquatur, *qui propter nos homines & salutem nostram descen-*  
*dit incarnari & homo factus est*: hoc igitur *χρὸς φύσιν* sublato, stant  
 Thesis, neque argumentis contrariis concutitur: nam ad dicta Scri-  
 pturæ respondet Author, ad id verò quod ex ratione depromitur,  
 quia *gratia capax fuit humana natura non existente peccato, & quidem*  
*capacior*: Respondetur, licet humana natura per peccatum non fa-  
 cta fuerit capacior gratiæ unionis hypostaticæ, factam tamen esse  
 indigentioram: ad illud, quod *Incarnatio Filij DEI unum sit ex de-*

veris predestinationis, que innumerabilia, respondetur, quem admodum decreta predestinationis facta sunt ab aeterno, ita quoque debere in tempore impleri, verum non absolute esse facta, sed *namque* *inchoata*, Rom. VIII. Et cum respectu mali futuri atque remedii eidem procedendi: Ad illud, *quod nisi occasione peccati Filium DEI incarnatum, Christum fore bonum occasionatum*: Resp. non dicit bonum occasionatum, quasi in se non bonum sit: sed quia DEUS voluerit illud bonum, nisi oblata tali occasione dare, quod pro liberissima sua voluntate potuit.

XIV. Secundam propositionem ponit, scil. hanc, *non modo conveniens, sed necessarium fuisse supposito peccato & decreto DEI de redemptione humanum Filium DEI incarnari ad hoc opus perficiendum*: Respondeo ad mentem Lutheranorum, sed in Th. XV. non potest dissimulare dissentium suorum, Martyri, Tileni, Trossii, &c. qui quidem defendit, Christum fuisse incarnatum ut decreti divini, sed non necessitate aliqua petita de capite justitiae divinae, quapropter Author Trossium refutat Th. XVI. XVII. XVIII.

XIX. Tertiam ponit propositionem, hoc modo *non potuit opus redemptionis peragi nisi per Jeam Spawm, qui per incarnationem naturam humanam divina insolubili vinculo sociaret*: Utinam haec verba sincere Author poneret, & ita candidè sentiret; nam quaestione VI de veritate incarnationis & unione hypostatica, ut & in quaest. VII. ita differit, ut scil. nostros Eutychnianismi alicujus reos agere aggressi tentet: Et tandem in quaestione VIII. aperte nostram sententiam impugnat, disquirens; *An humana natura Christi per unionem personalem communicata sine formaliter proprietates quadam natura divina?* & adjicit, *negatur contra Lutheranos*: Si itaque nullae proprietates divinae naturae humanae communicatae sunt, planum est, ut in sequentibus demonstrabitur, ruere unionem personalem, & habitum Nestorianismum, &c.

#### QUESTIO IV.

Disquisit Author, *An Filius DEI naturam humanam in unitatem persona assumserit?* & Affirmativam defendere vult contra Socinianos, dicit autem Th. I. *ut in Trinitate unita essentia non impedit, quod quibus distincta à se invicem persona sint, & incommunicabiles eorum*

*proprietates & operationes, ita unio naturarum in personâ Christi non  
 obstat, quod minus & naturæ & earum proprietates inconfuse manent  
 & distinctæ. Verum utruvis hic lovet, nam 1.) unionem natura-  
 rum in personâ Christi statuit, non autem communicationem natu-  
 rarum inter se; 2.) Dicit, unionem naturarum in personâ Christi non  
 obstat, quod minus & naturæ & earum proprietates inconfuse ma-  
 neant, adeoque unionem perichoristicam eo ipso negat, quemadmo-  
 dum si quis diceret, unionem animæ & corporis non obstat, quod  
 animus & naturæ corporis ac animæ, & earum proprietates inconfu-  
 se manent & distinctæ; 3.) Ambiguitate ludit, cum dicit, unio-  
 nem non obstat, quod minus naturæ & earum proprietates inconfuse  
 manent, adeoque nostros tacite accusat, quod statuendo unionem  
 perichoristicam contendant naturæ earumque proprietates ad Euty-  
 chianismum declinent, cum tamen etiam statu unionem perichoristicam  
 nihilominus naturæ & proprietates distinctæ esse fateantur, neque  
 inconfusionis alicujus argui possint; Explicavit sensum *Beatus*, ad  
 nostrum argumentum de Communicatione naturæ divinæ excipiens  
 a quo scribens, *ut in Trinitate communicatur natura non subsistens, sic  
 vice versa in incarnatione communicari potest subsistentia, non natura,*  
 licet absurdè; tamen quia subsistentia est modus naturæ, eidem addens  
 incommunicabilitatem ad aliud suppositum sive personam, potest  
 E. citra contradictionem communicari quidem natura personæ non  
 communicatâ subsistentia, et non potest communicari naturæ alicui  
 subsistentia personæ cujusdam, quin communicetur eidem quoque  
 natura: tamen quia de possibili tantum disputat *Magister*, et non qua-  
 situr, an communicari possit subsistentia citra naturam, sed an actu  
 ita se res habeat in hoc mysterio, quod Theologi nostri pro pregnant:  
 tum quia comparatio in hoc tertio cum mysterio Trinitatis institutâ  
 noquit*

III. Removet à statu quæstionis 1.) *unionem* *φύσιν*; 2.) *χρ-*  
*ύσην*; 3.) *παράστασιν*; 4.) *πλευσιν*; 5.) *μυστικὰν*; & 6.) *εσθητικὰν*:  
 Verum hæc observandam 1.) Authorem nostrum non omnesque unionis  
 modos recensisse, cum etiam dentur modi alii, *accidentalis communi-*  
*sivum subiectivum inæqualis & sustentativum*, quem occultat 2.) In rei ve-  
 ritate *Tertium*, & *caeteri Calviniani* tantum unionem *φύσιν* &

*πραξιν* admittant, unio enim aut est *πραξιτική* aut *παρασκευαστική*, hanc non admittit Tertullianus, E. ad *ϑεολογικήν* ipsi erit redendum, adeoque unius erit *λόγος* carni, prout Angeli cum corporibus assumptis: Imò non aliter *λόγος* carni erit unius, quàm in Vet. Test. si apparuit Patribus in assumpto aliquo corpore, non enim communicavit ibi assumpto corpori sua idiomata, suas proprietates, & quamvis unionem *sustentativam generalis* neget, non tamen negare potest unionem illam *sustentativam*, quâ scil. *λόγος* assumit carnem, ut sustentet illam, hinc *Wendelinus* & *Socij* semper distinguunt inter *sustentationem generalem & personalem*, & dicunt, *λόγος* ita esse unius carni, ut non sustentet illam *sustentatione generali*, tamen *personali*, quod ultimum vocabulum saltem addunt, ut fœditas doctrinæ non appareat, reverà enim talem unionem fingunt, quæ tantum est ad personam & sustentativa. b) Dicit, *ἡ ἐν τῇ ὑπόστασει τῆς φύσεως τῆς ἀνθρώπου ἐν τῇ ὑπόστασει τοῦ λόγου*, At 1.) unio hypostatica non tantum consistit in assumptione naturæ humanæ in unitatem personæ *ἢ λόγος*, sed insuper consistit in assumptione naturæ humanæ tali, ut *λόγος* illam informaret, atque *ὀντολογικῶς* eum cū sese uniret: 2.) Unio hypostatica non describitur per assumptionem naturæ humanæ in unitatem personæ *ἢ λόγος*, sed etiam in communicatione naturarum inter se: 3.) Assumptio naturæ humanæ in unitatem personæ *ἢ λόγος* negatur à *Calvinianis*, quia negant hypostasin, substantiam & personalitatem *ἢ λόγος* esse communicatam naturæ humanæ, prout hoc etiam ex Authore constare potest, si perlegatur *Thalia Th. V.* c) Dicit, *ἡ ὑπόστασις τῆς φύσεως τῆς ἀνθρώπου ἐν τῇ ὑπόστασει τοῦ λόγου*, tum ratione termini, quia ad eam terminatur, sed flexcutiamus *Calvinianorum* Scripta imprimis *Boemanni* patebit unionem hypostaticam explicari ita, ut dicant, in *ἡ ἐν τῇ ὑπόστασει τῆς φύσεως τῆς ἀνθρώπου ἐν τῇ ὑπόστασει τοῦ λόγου* illam consistere citra *assumptionem & determinationem* assumptæ carnis ad subsistentiam, cum tamen *Damascenus, Suarez*, & etiam aliqui ex *Calvinianis* hanc sententiam improbest, & si substantia carni assumptæ communicata dicitur tantum ob unionem *ἀπλῶς* seu præciso



*actus formali subsistentia* dictam, quomodo eadem, & quo jure dicatur unio κατ' ἑνότητα? hæc enim denominatio secundum ipsam Authorem est à forma seu actu formali petita, quo negato & rejecto, causatio illa subsistentiæ non nisi κατὰ πειράσειν ἀσθεντiam & cohesionem tantum appellanda fuerit, nomen sortita non ab ἑνωσις ratione formali, sed materiali seu subjectis unitis, ab hypostasi Ἐ λόγῳ & assumptâ carne, cujus formale quid aliud erit, nisi otiosa συνάφεια & cohesio? Adeoque magis dici poterit unio naturarum, vel Φυσικῆ & naturalis, prout secundum ipsam Authorem à Cyrillo vocatur in Anath. 30.

V. Dicit, per unionem ipsam nil aliud designari quàm durationem naturarum divinæ & humanæ intimam & perpetuam conjunctionem in unitatem personæ: 1. Effectum exponit illius unionis, quod sc. per illam natura humana, quæ deficiente suis propriâ personalitate & ἀνυπόστατος ἴδι vel conjuncta vel adjuncta fuerit in unitatem personæ, ac jam sic ἐνυπόστατος λόγῳ, quatenus sustentatur ab ipso: 2. Addit, licet τὸν ἑνωσις natura reddi dicitur ἐνυπόστατος λόγῳ, quia assumpta est in unitatem λόγῳ & ab eo scilicet λόγῳ sustentatur, minus accurate tamen dici, subsistere subsistentia λόγῳ, quia tunc natura humana vel persona divinae At 1.) si unio notat intimam conjunctionem in unitatem personæ, cum intimior nulla unio sit quàm entelechialis, entelechialiter unitus erit λόγος carni, adeoq; cadet sententia Calvinianorum, qui communicationem subsistentiæ seu personalitatis negant, quam tamen Jesuitæ affirmant & propugnant: 2.) Si humana Christi natura fuit ἀνυπόστατος, & per unionem λόγῳ facta est ἐνυπόστατος, sed subsistentiam propriam non habuit, & in unione subsistet subsistentia Ἐ λόγῳ, quomodo autem subsistere potest subsistentia Ἐ λόγῳ, si de illâ non participat, si non communicata est hypostasi Ἐ λόγῳ, ac quæ sufficit sustentatio personalis, aut enim personaliter ita sustentatur, ut illa personalitas λόγῳ sit communicata, aut non: si prius habetur intentum: si posterius, nihil participabit de personalitate λόγῳ, imò cum λόγος non tantum carnem, sed omnes & singulas creaturas sustentat, non tantum ut essentia DEUS, sed etiam ut personaliter

Ddd

DEUS,

DEIIS, & ratione suæ substantiæ, creavit enim non tantùm Pater in hypostasi suâ, sed etiam Filius in hypostasi suâ, etiam Spiritus S. hoc universum, E. λόγος sustentat creaturas etiam personaliter, sem ut persona quædam; 3.) Illud malè dicitur, nam si est λόγος ἐν ὑπὸστασις natura humana, etiam subsistet substantia λόγος, quod enim caret propriâ substantiâ, illud subsistit alienâ, si E. humana Christi natura caret propriâ substantia, subsistet substantiâ ἢ λόγος; & quomodo unam personam constituent humana & divina natura, nisi sit una eademque naturæ humanæ, quæ est divinæ hypostasis? nec obstat quod subjicit, quia stante hac sententiâ natura humana esset persona, hoc enim non est consequens, non enim katina persona est, quod quomodocunq; subsistit, sed quod est ἀὐτοπίστητον, ἢ ἰδιοσύστητον, quod subsistit incommunicabiliter, quod in subsistendo ab alio non dependet. At sic humana Christi natura non potest dici persona, quia non dici potest ἀὐτοπίστητος, sed ut ipse Author agnoscat ἐν ὑπὸστασις: non incommunicabiliter subsistit, sed per hypostasin communicatam, adeoque gaudet hypostasi ἢ λόγος. quæ illam personavit seu suppositavi.

VI. Authordicit, Naturam humanam in Θεωφράσιον possedici tum adjunctum, tum partem sano sensu, adjunctum, non quod ei adjuncta sit ans adbareat, ut accidens subiecto aut vestis corpori, sed quia λόγος ab æterno existenti absq; carne conjuncta sit in tempore in unitatem persona: Partem etiam dici posse analogicè & sensu laxiori, non quasi, persona Christi componatur ex duabus naturis incompletis, sed quod subsistet non in unâ, sed in duabus naturis: 2.) Dicit, Christum dici posse perso, nam σύνθετον seu compositam, potius numeri quàm partium: 3.) dicit, si humana natura instrumentum à quibusdam λόγος dicatur, hoc non fieri ratione existentia, sed operationis, quia eam propter operationem assumserit, & per eam operetur: Verum & hæc Censuram merentur, 1.) enim dicit, naturam humanam posse dici adjunctum ἢ λόγος, quod quidem in sensu Calviniano potest dici, si verò propriè & strictè sumatur, an in sensu orthodoxo, meritò potest dubitari: 2.) Controversia extitit inter Philosophos nostræ Religionis, num Caro Christi possit dici adjunctum λόγος, atque modus loquendi hæc displicent nos  
 stre

Kro Scheiblero *l. 1. Met. c. 23. n. 26.* ubi disputat, λόγον nullatenus subiectum dici posse naturæ humanæ, nec humanam naturam adjunctum Ἔ λόγῳ, idque potissimum ex hac ratione, quia caro Christi assumpta si in ipsam Ἔ λόγῳ hypostasin, adjuncta autem non assumatur à subiecto ita, ut illi subsistentiæ eorum hypostasis communicetur, & sanè hæc sententia Scheibleri non est contemnenda, ita enim fortius contradicitur sententiæ Calvinianorum, qui passim docent, carnem esse merum adjunctum Ἔ λόγῳ, & illi phrasi, quam usurpat Turretinus *Th. IV.* quod scilicet vel adjuncta vel conjuncta sit in unitatem personæ 3.) modum hunc loquendi improbat ex ipsis Calvinianis *Paulum Voëtium*; & refutat, scribit enim, *DEVS non esse subiectum humanitatis Christo, aut humanam naturam adjunctum proprie dictam divinitati, non quia una natura trahitur in communicationem alterius naturæ, (ut voluit falsè Lutherani) verum quia unum nequit dici de altero. i. e. adjunctum de subiecto nomine adjectivo, v. g. non dicimus, DEVS est humanus factus, verum dicimus, DEVS est homo factus, vixigitur hominis, quæ est substantiva, nequit sese velare ad subiectum per modum adjuncti: cap. 21. pat. 11.* Tutissimum E. est in hoc mystico abstinere, istiusmodi terminis Metaphysicis, præcipuis si consideremus, in hoc tantum λόγον posse dici subiectum, & carnem adjunctum, quia caro extrinsecus sese habet ad λόγον seu subiectum, imò λόγος potius secundum quosdam dici debet adjunctum humanæ naturæ, quàm humana natura Ἔ λόγῳ, forma enim secundum Scaligerum *Exerc. XVII.* est adjunctum materiæ, quæ communissimè subiectum dici solet receptaculum & δόχῳν formarum, λόγος autem se habet per modum formæ entelechialiter actuantis naturam humanam: Quod autem partes concernit, sanè rectè dicit Author, *ὁνίζων dici Christum potius numeri quàm partium*, non enim divina & humana natura dici possunt partes: quæ vi unionis coaluerint in unam personam, unde etiam B. noster *Thommasius* periculosissimam phrasin iudicavit, quasi se. ex partibus componeretur Christus, duæ enim naturæ non sunt partes, cum partes quæ partes, neque de toto, neque de seipsis prædicentur, homo namque nec anima est, neque anima corpus, aut corpus anima; λόγος verdè est caro, & caro est λόγος,

præstat itaque & ab hoc loquendi modo abstinere. Quod autem instrumentum concernit, solet sanè ab Antiquioribus humana natura quandoque dici organum *ἔργον* ratione operationis, sed 1.) quamvis interdum dicatur instrumentum, nunquam tamen causa instrumentalis, quia causa instrumentalis vi ignobiliori in effectum insluit 2.) Quamvis dicatur instrumentum & ita dici possit, non tamen separatum, sed conjunctum instrumentum est intelligendum, neque moramur Philosophos, qui hanc distinctionem quandoque impugnant: 3.) Eoipso refutatur sententia Calvinianorum & Pontificiorum in tertio genere communicationis idiomatum, nam in illo utraq; natura principium quo, unde Huttenus miracula divina humanitatis esse propria, & ab eâ fluere tanquam à principio formalis ferit, atq; respectum communicativum habet ob virtutem ex unione hypostaticâ accepta, & organicam, agit enim secundum *Menzerum* tanquam instrumentum personaliter unicum vi agentis primarii ex communicatâ sibi virtute, non solum in & cum carne, sed etiam per carnem.

VIII. Mover quæstionem, *An scilicet Christus dici possit persona composita, & adducit Patres, vult autem illos intellexisse compositionem non propriam, sed impropiam hyperphysicam tamen & extraordinariam*: Verum hæc quæstio plus habet in recessu, nam 1.) disputatur, quomodo *λόγος* citra mutationem potuerit assumere, & unire sibi naturam humanam, quæ quæstio valdè torquet Doctores Pontificios: 2.) Concessio quod Christus sit persona *σύνθετος* ex duabus naturis composita, an compositio propriè nec de Christo conveniat, & annon impropria sit dicenda. 3.) Quomodo non absurdum sit, naturam divinam hoc modo non venire in compositionem cum alio? valdè disputatur: videtur enim obstare, tum quia in omni compositione reali requiruntur hæc duo, ut 1.) sint partes componentes: 2.) ut singulæ partes minus sint perfectæ, quàm totum compositum, neutrum autem sit in unione hypostatica, quia *λόγος* non potest dici pars componens, nec minus perfectus est, quàm Christus, qui est totum compositum: tum quia ex dictis sequitur duas in Christo esse personas, unam simplicem, quæ est verbi, præexistens unioni, & aliam compositam, quæ est persona Christi ex unione resultans: tum quia 3.) hoc modo potest colligi, hoc compositum

positum est persone, hoc compositum distinctum est à λόγῳ componente. E. hoc compositum est distincta persona: Hinc ex Pontificiis loquendi modum hunc probare noluerunt Bonaventura, Richardus: Scotus: ex nostris Chemnitius de duabus naturis cap. 6. ex Calvinianis quoque Voëtius atque Schallerus: Verum hæc argumenta nondum stringunt; Non 1.) quia Major vera est, quando componentia sunt finitæ perfectionis tantum, tunc enim singula minus perfecta sunt, quam compositum, quod ex illis fit: nam compositum à singulis quid perfectionis accipit, & sic perfectio ipsius major est, quam singulorum componentium, at falsa est hæc Major, quando alterum componentium est infinitæ perfectionis, ut in nostro casu, tunc enim non potest dici pars compositi nec minoris perfectionis, quam compositum, quia infinita perfectione non potest dari major: Ad 2.) respondemus, esse unam eandemque personam, quæ dupliciter spectatur, quatenus præcisè est persona verbi, & sic est omnino simplex, vel quatenus subsistit in alienâ naturâ, & sic est composita, non itaque multiplicatur in Christo persona, quamvis multiplicentur naturæ: Ad 3.) Resp. distinguendum esse, aliter accipi in maiore: aliter in conclusione, nam in minore sumitur præ distinctione ex parte naturæ, in conclusione ex parte personalitatis, itaque minor sic debet intelligi, hoc compositum est distinctum à verbo non ratione personalitatis, cum eadem sit persona compositi & verbi, sed ratione naturæ, quia hoc compositum includit naturam humanam, quam λόγῳ præcisè non includit. Hinc saltem sequitur, E. hoc compositum est distincta persona ratione naturæ, non autem distincta ratione personalitatis; quod Doctores Pontificios atinet, illis nihil tribuendum in hæc materia, quia quandoque præter rem sunt serupulosi: quod Chemnitium spectat, conspirat cum ipso etiam Furburnius, sed is non simpliciter negat, Christum dici posse compositum, verum compositum dici posse negat, ut tertium à naturis; Unde ex nostris Steuberus in Miscellaneis compositionem in Christo concedit, quod Voëtium spectat, nititur falsa hypothesi, quasi scilicet omnis compositionis extrema habeant sese ut actus & potentia, personas enim divinas esse in tertio unitas non compositas; at quod personas divinas concernit, aliud est unitas,

D d d ;

aliud

apud unio. In DEO non datur unio, aut in personis divinis, quæ posita sequeretur compositio, sed summa regnat unitas, neque unio vel conjunctio dari potest sine compositione: Imò falsum est, quod assumit ipse, omnem compositionem habere istiusmodi extrema, quæ se habeant ut *actus & potentia*, consideratur enim tantum totum integrale, in quo partes integrantes ad totum se non habent ut potentia ad actum, atque hoc ipsum tantum in composito essentiali Locum habet.

Resp. ad II. dici Christum personam *σύνθετον* non improprie, quod vult Author, sed compositione proprie sic dicta, Idque patet tam ex *Concilio Antiochens*, ubi definitum non ex personâ, ex divinitate ecclesiæ & humanitate carnis, conspirant Patres, agnoscunt ipso *Turretino*: consentiunt Theologi, *Medina*, *Vasquez*, *Ragnsa*, *Crabrota*, *Lorca & Suárez*, qui omnes statuunt, proprie sic dictam compositionem, hinc persona Christi composita locum habet: tum quia ipse Author hoc nobis suggerit, dicit enim, Patres *Synodi Antiochens* contra *Samosatenum* ita fuisse locutos, ita decrevisse, ita Canonem constituisse, At Canon legi æquipollet, lex autem non improprie verbis aut figuratis sed propriis proponitur, jubet enim expressè & proprie, quod jubet: tum quia si Christus dicitur persona composita, dicitur persona composita, ut Filius DEI dicitur generatus, At Filius DEI generatus est à Patre non generatione improprie sic dicta, sed *propriissime* tali, ut ut itaq; generatio in Creatis dicat mutationem à non esse ad esse, in abstractione verò Entis præcisâ hæc imperfectione communicationem essentiae, ita etiam utat compositio in rebus creatis dicat imperfectionem, tamen in hoc mysterio ab omni imperfectione præscindit: Et quid est compositio, nisi simul positio rerum distinctarum, At in persona Christi est simul positio rerum distinctarum: ex quibus resultat unum *ὁμοζήμενον*, E. obtinet compositio: Præterea omneens est vel *simplex* vel *compositum*, *λόγος* qui se carni jam univit, non est simplex, tale enim ens fuit ante unionem, E. compositum, Quapropter dicendum, compositionem dicere mysterium & purum unionis modum à naturali compositione longè deviante, tum quia non infert partes componentis, seu entia incompleta ex parte extremorum: tum quia non dicit imperfectionem, nec perfe-

nam ante compositionem negatam ex parte ipsius compositionis, quemadmodum simplicitas ex se & de formali suo compositionis op-  
 sita, non dicit perfectionem, materia enim prima est ens simplex,  
 nec tamen vi simplicitatis dicit perfectionem, tum quia non  
 tertium relinquit, quod sit capax eorum attributorum, quæ neu-  
 tri componentium concedi possunt: Præterea compositio hic ac-  
 pienda est quoad *actum subsistentia præcisivum*, omnem alias subsi-  
 stentiam excludentem, manet enim λόγος persona in se & in sua  
 suppositalitate simplicissima, ut ante, ita & post assumptionem car-  
 nis: Denique compositum dicitur Christus, ex his quoad *actum te-  
 tum comprehensivum* totius ὁμοιότης, utramque naturam ἰσοθέτως  
 complectentis; makè itaque *Marcus Fridericus Wendelius* postquam  
 adduxisset varias problematis hujus resolutiones, *Turretino* nostro  
 contradicit, concludens: *Totius igitur in unâ personâ dicuntur unitæ  
 esse natura duæ, quæ ex duabus naturis una persona composita, quam-  
 vis in duabus naturis subsistat, & per humanam non minus sit homo,  
 quàm per divinam DEVS.*

Ad tertiam questionem respondemus 1.) torquere se hic Do-  
 ctiores Pontificios, quos etiam sequuntur quidam *Calviniani*, & pri-  
 mò quidem nonnulli existimant, difficultatem ex mutabilitate tolli,  
 si constituatur unio in solâ humanitate *intrinsecè*, in DEO autem *ex-  
 trinsecè*, quia DEUM unitum esse humanitati dicat relationem, quæ  
 venit sine mutatione termini, Paulus enim existens albus non est simi-  
 lis Antonio nigro, Antonio autem albescente Paulus illi similis, &  
 confirmant hanc suam sententiam, tum ex exemplo objecti sciti, quod  
 de non cognito dicitur cognitum per solam mutationem potentie co-  
 gnoscens: tum exemplo Creatoris, qui de non creante fit creans  
 sine mutatione: tum exemplo dextri atque sinistri: 2.) Alii inter  
 quos *Gregorius de Valencia* dicunt verbum non mutari per assump-  
 tionem nature humane, quia accipiat humanitatem non omnino de  
 novo, cum eam prius habuerit eminenter, mutari autem esse rem  
 omnino accipere de novo, eam eminenter antea non habendo: 3.) Alii inter  
 quos *Franciscus Suarez* afferunt DEUM unione hypo-  
 stati a nec perfici nec mutari, quia verbum non ordinetur ad hu-  
 manitatem ut subiectum ad formam, neque humanitatem esse for-

nam verbi, immutationem autem esse in humanitate, quæ sit subiectum unionis: Consentit Albertinus *Tome II.* qui addit, *Angelum non mutatum iri, quævis uniretur humanitati, quia sit sine appetitu & carentia unionis, mutaretur autem si subsistentia esset separata, quia careret unione: 4.)* Alii difficultatem tollunt hoc modo dicentes, non mutari λόγος, quia non accipit perfectionem ab humanitate, sed illam largiatur, ut verò mutaretur, opus foret, ut perfectionem acciperet: Tandem *Martianus de Mendoza, Almafianus* difficultati huic satisfacere sibi videtur, dicendo, *DEVS mutari non posse, ad argumenta autem, quod DEVS uniendo intrinsicè aliter se habeat ac ante, respondet antecedens absolute negando, quia aliter se habere absolute ac ante se aliquid accipere de novo, ut subiectum rei accepta, verbum autem humanitatem non accipere ut subiectum, terminare autem parè aliquid de novo, non esse mutari, quia mutari sit recipere motum, terminare autem non sit recipere: Ad argumentum autem, quod tunc aliquid mutatur, quando aliquid fiat intrinsicè, quod antea intrinsicè non erat; ut Paries intrinsicè mutatur, quando fit albus, cum antea intrinsicè non esset albus: Respondet distinguendo Majorem, Res mutatur, quando fit intrinsicè, quod antea non erat, si concurrat ut subiectum ad novum predicatum, & sic concedi Majorem, si concurrat saltem ut parè terminum, negari Majorem, quia nil nisi subiectum mutatur. Distinguit quoque Minorem, DEVS de novo factus est, quod non erat intrinsicè concurrere ut subiectum, ita negari à se Minorem concurrere ut parè terminum, concedi Minorem, & neg. consequens: Est prima sententia non veritati est inædificata, tum quia denominationem verbi extrinsecam statuit unionem esse, & inde sequeretur, Christum esse unum quoddam per accidens, At unio non est mera denominatio extrinseca, neque Christus ut *ὁρισμῶν* unum quoddam per accidens: tum quia unio personalis non est relatio, & ut fingitur, sed substantia, non secus ac unio materiz formæ, adeoque ex extremis æstimanda secundum *Damasceum*: Ubi ex duobus sit unum, non tertium, ut alias contingit in unione & materiz formæ: tum quia hæc sententia nullo gaudet antiquitatis testi monio, quæ propriè sic dictam unionem inter duas naturas agnoscit, si verò *Ausonius sit albus*, similis quidem sit Paulo, sed nulla intercedente unione: Rationes autem quæ confirmationis loco*



loco adducuntur, non concludunt: Non 1.) de *objeto cognito*, cum objectum cognitum & potentia cognoscendi non faciant unum *per se*, quemadmodum natura humana & divina, sed tantum unum *per aggregationem*: Non secunda, Creatio enim nec est unita DEO, nec cum illo unum *per se* constituit. Non tertia de dextro & sinistro, quia dextrum & sinistram ita sunt comparata, ut sint *merz denominationes extrinsecæ*, Atque in illis nulla sit extremorum immutatio, de qua tamen hic est difficultas.

In Secunda sententiâ Gregorij de Valentia, species aliqua quidem invenitur, sed absque soliditate, praxivit Thomas, qui querit, an DEVS, si cum mundo sumatur, perfectior sit DEO absolute considerato, & respondet negativè, ex eo, quia DEVS eminenter continet & continetur mundum, antequam illum produxerit, ita ut per creationem tantum mundum existerit formaliter, si autem DEVS eminenter continerit mundum, non posse dici per accèssionem mundi formalem melior factum, eo ipso quo mundum jam ante creationem continerit. An verò hæc Responsio quadret, merito dubitamus; partim, quia rem eminenter contineri in causa non obest mutationi ipsius cause, quando effectum recipit formaliter, quem antea formaliter non habebat, subit enim illa receptione formali mutationem quandam, & ratio est, quia nunc mutatur aliquid, quando quid de novo accipit absolute, quod absolute antea non habebat, DEUS autem absolute nec erat homo nec absolute habebat humanitatem, quam postea absolute habuit, & factus est homo; partim, quia alias per creationem aut generationem res non transmutaretur à non esse ad esse, quia tunc formale suum accipiunt, quod tamè eminenter habent in DEO: partim, quia hoc exem pliam non quadret, DEUS enim mundum creans non sit perfectior, si mundus ei iungatur secundum esse formale, quia *l'èyas* ad carnem humanam se non habet ut causa ad causatum, quemadmodum DEUS se habet in creatione ad mundum, sed ut unicus ad unitum: præterea non intercedit inter DEUM & mundum unio quædam, multò minus personalis, sed tantum relatio, at verò aliud est relatio, quæ vagatur per plurima, & aliud unio, & quidem unio personalis specificè sic dicta,

Ad Tertiam respondemus 1.) Suarez in non salvare DEUM à mutatione, distinctione mutationis perfectivæ in relatione ad subjectum,

Rec ita

ita enim tantum removet mutationem illam, quæ accederet *λόγος*, ut perfectibilitati ab humanitate ut perficiente, non autem omnem mutationem removet; 2.) Sententia *Albertini* non stringit, Angelus enim utique mutaretur, si scilicet uniretur humanitati, quamvis enim careat unione ad humanitatem, tamen illam habere posset per *potentiam absolutam*, E. si inciperet eam habere, mutaretur; 3.) Quod *de substantia* prædicat, pariter nil facit ad rem, quia Angelus quamvis careat appetitu naturali ad humanitatem, tamen mutatur unione, etiam si sine unione satiatus sit ejus appetitus naturalis, quia intellectus habens perfectissimam, quam habere potest cognitionem naturalem, est satiatus, & tamen si ei adderetur visio beatificæ, mutaretur, ut ad eam non dicat appetitum naturalem, sed *potentiam passivam obedientialem*, idcirco discrimen *de substantia separata* est nullum, mutaretur enim, quia haberet de novo actum entis in potentia, quem etiam haberet si conjuncta esset naturæ uniretur de novo humanitati.

Ad quartam Resp. 1.) ita liberari quidem *λόγος* à *mutacione perfectiva*, sed non *mutacione omnimoda*; 2.) Si repugnat *mutacione perfectiva* *λόγος*, repugnat quoque mutatio *intrinseca*, intrinsecè enim alieni uniri nil aliud est, quam uniri perfectè, unio enim intrinseca de perfectio dicitur ad convergentiam: Denique *λόγος* accipit hoc predicatum homo, sicut humanitas accipit predicatum substantiæ, & quidem per unionem *intrinsecam* utriusque: Deter ergo ratio eorum mutetur, non alteram? quæ nulla potest inveniri: Ad ultimam Resp. 1.) Variare in hæc materiâ rationem *subjecti* & *adjectivi*, nam nunc subjectum est *λόγος*, nunc subjectam est natura humana, ut supra observavimus in discussione, an humanitas possit adjectivum dici & *λόγος*? 2.) Hæc est Jesuitica illa subtilitas, dum scilicet dicunt, terminare tantum *λόγος* naturam humanam, quo ipso evertant unionem personalem, si enim tantum terminat *λόγος* humanam naturam, nihil confert de suis attributis, quemadmodum punctum lineam terminat saltem sistendo ulteriorem excursionem lineæ; 3.) Proquiditas hujus mysterii planè elevatur hæc responsione, ita enim incipit personalitatis deficientis in humana natura tantum succedet perso-

personalitas ἑ ἰδὲ sub ratione termini, quod oppidò absurdum. Quapropter dicendum ἰδὲ utique subisse mutationem, tam quia compositionem subit, & quidem propriè, non impropiè, uti vult Author: tam quia sententiâ oppositâ stante, *Lutherianis* sententiâ erit approbanda & reducenda, qui contra *S. Thummium* assertit *Th. XVII. pag. 20.* rationem unionis hypostaticæ sive incarnationis positam esse in hac: divinx personalitatis ad naturam humanam unione, nam unio secundum personam *subsistentem* & *propriè* intelligitur, quando natura humana divinx personalitati sic coniungitur, ut ab hac dependeat, terminetur, complectatur: tam quia ἰδὲ mutationem subisse post incarnationem ex eo patet, quia cum carne assumpsit omnes infirmitates carnis excepto peccato; habitum hominis, formam servi, *Phil. II.* passibilitatem, mortem, verum hic distinguendum inter mutationem physicam & *ἰδομυτικὴν*, mutatione hac posteriori utique ἰδὲ ⊙ fuit mutatus, quia se ipsum exinanivit. *verd* & *realiter*; quia appropriavit sibi omnes passiones carnis in diebus vitæ suæ, quia passus est mortem non tantum secundum humanam naturam, sed etiam secundum divinam, ita ut veteres Theologi *Vigiliis*, & cum illo nostri dixerint, Deitatem in carne sua passam esse, & hoc est illud mysterium, in quod *Angeli desiderant* *εὐχαρίστησαι*, *L. Pet. I.* de quo Paulus, *omnium confessione magnum est pietatæ mysterium, DEVS manifestatus est in carne, &c. titim. III.* vocat incarnationem mysterium, E. arcatum impenetrabile; vocat magnum mysterium & omnium confessione tale, adeoq; omnem intellectum & rationem creatam superans: vocat pietatis mysterium pietatis & devotione venerandum, non verò scrupulosâ ratione expendendum.

IX. Duplicem Author unionem agnoscit, *nam personalem, alteram naturalem*; b) *Lutheranos* pungit, quod *scil. duplicem impingens Christo unionem*; *hypostaticam à Calvinianis statui*; c) *Differentiam harum unionum exponit*; At 1) duplicem esse unionem absurdè dicitur, una enim est unio personalis, neque duplex, quapropter nobis facit injuriam dicendo, nos *Calvinianis* impingere, quod duplicem unionem statuunt, aut emollire debet suam sententiam distinctione unionis personalis & naturalis: 2) Non perperam Lutheranos

Ess \*

Calvi-

Calvinianis impingere, quod duplicem unionem statuunt, patet tamen ex Scherpio, qui in *Cursu Theologico* aperte habet, unio personarum duplex est mediata & immediata: hæc est, quod persona λόγυ naturam humanam formatam & sanctificatam in unitatem personæ assumpsit; unio vero mediata est duorum naturarum mediante personæ λόγυ sua natura confusione aut divisione: cum enim persona λόγυ naturam humanam in unionem personæ assumpsit, eandem naturam divinæ mediante sua personæ univit, & huic faciem prætulit Sobolus *artic. III. in A. Conf.* conspirant Zanchius l. II. de *Incarnatione*, & Danzas in *Evangelio Chionitico*: Quapropter B. *Moisemus* noster hunc errorem Sobolj castigavit *Dignat. 1.* in Scholis Academicis, scribens, etiam præterquam quod videatur realiter distinguere inter personam & naturam λόγυ confunditur insuper assumptio & unio, qua quævis reali distinctione à se invicem non sunt separata, formate tamen dari & potest & debet: quam igitur illi unionem immediatam dicit, unio non est, si propriè loqui debeamus, siquidem unio hypostatica non inter personam & naturam, sed inter naturas duas vertitur, atque sic habet Tertullianus, quod ad primam propositionem respondent Orthodoxi: 3.) illas differentias libenter admittimus, sed alia parte laborat hoc effectum, ut ex *Moisese* ostendimus.

XIII. Probat Author *Incarnationem Filij ex Phil. II. b) Argumenta prodantis*, quia scilicet *membrum* fiat expresse *duarum Christi naturarum unio*, unionis istarum duarum naturarum in unam personam: c) Th. XIV. *subiunctæ exceptiones* illorum, qui dicunt, *μαρτυρῶν* οὐκ ἔστιν ἡ φύσις τῆς θεοῦ *naturam divinam, nec formam servi humanam Christi naturam connotatæ*: Verum malè, nam quod locum ipsum attinet, non agit ille de incarnatione, sed de ipso incarnato, tùm quia Jesum Christum proponit exemplum humilitatis, erat autem jam incarnatus toto corde humilis, *Matth. XI.* in quantum sc. fulgebat atque in oculos incurrebat hæc virtus, quam ut *αὐτοῦ* imitari debebant Philippenses, tùm quia mentionem facit non λόγυ, nec dicit, quod λόγυ carnem sibi univerit aut assumpsit, sed mentionem facit Christi, Jesus autem nomen est jam incarnati, *Matth. I.* Christus nomen est uncti secundum humanitatem, a deo que utrumque nomen personam jam incarnatam nobis designat: tùm quia dicit, *τὴν* φωνήν, quod ipsam

mentem sensumque *ἵκτων* denotat, quale *Φρόνημα* in Christo fuerit, *Φρόνημα* autem non est personæ incarnandæ, sed jam incarnatæ, frustra itaque adducitur hic locus pro incarnatione, neque eodem hæc dicit exinanitionem, aut demissionem *λόγῳ* ad carnem; agit locus de exinanitione Christi: a) Argumenta producta non concludant, nam mentio quidem sit expressè duarum naturarum, sed non *quæ naturarum*, tum quia *μορφῇ ἑοῦ* non notat naturam divinam, ut Anther supponit, sed gloriam & Majestatem, modum regendi conspicuum, quemadmodum *μορφῇ* sumitur *Marc. XVI, 12*, ubi per *μορφῇ* exterior forma modusque gerendi assignatur: tum quia dicitur *ἕν ἄρχων ἑν μορφῇ*, existens in formâ DEI, quod si Paulus voluisset naturam divinam hæc Phrasi *ἰμμεδιστὸ* exprimeret, non dixisset, existens in forma DEI, cum qui existit in formâ DEI, si forma significat ipsam naturam divinam, ille est diversus à *μορφῇ ἑοῦ*, quæ dicit naturam divinam, tum quia humanam naturam non per *μορφῇν δούλου* vel formam servi intelligit, sequeretur enim alias, quia DEUS Christum exaltavit, ut dederit ei nomen super omne nomen, quia deposuit servi formam in statu exaltationis, deposuisse humanam naturam, quod oppidè absurdum, forma itaque servi notat vilem illum habitum, modumque sese gerendi in statu exinanitionis quatenus superinduxit humanæ naturæ servilem habitum laprimis in passione ac morte, ubi profundissimè se exinanivit. Quod autem unionis mentionem fieri dicit, hæc pariter falsum, quia qui erat in forma DEI, ille non dicitur assumisse naturam humanam, quæ Phrasi exprimeretur unio, sed formam servi: Præterea ipse Author dicit, *verbum ἐκένωσεν dicit ratione statum & comparatè, quia scilicet divinam gloriam sub carnâ velo occultavit, & quasi deposuerit*, planè pro nobis & contra ipsam. *ἐκένωσεν* enim notat evacuavit, sese abdicavit, *usu Majestatis reflexo*, evacuavit autem sese quoad humanam naturam, cum secundam divinam id non potuerit, neque illud *ἐκένωσεν* ad occultationem est referendum, cum notet *realis* evacuationem, formæ autem servilis assumptione obtexit & obvelavit suam Majestatem, adeoque etiam secundam sententiam nostrorum *Theologorum Tabiogenstium κένωσεν* dicit evacuationem, *assumptio* autem for-

max servi notat obfectionem : 3.) Quod opponit, *μωροφῆ* *Θεῷ* *νομί-  
 πο* non designate naturam divinam, sed excellentiam naturæ humanæ;  
 malè ex hoc impugnat, quia hoc sensu Christus assumisset formam  
 servi antequam finisset in forma DEI, hoc ipsum malè dicitur, nam  
 exinanitio cohæret cum incarnationis principio, & Christus secun-  
 dum carnem fuit in forma DEI ante exinanitionem, si de momento  
 naturæ sit sermo, & in ipsâ exinanitione, qui enim est, qui se exi-  
 nanivit? annon *καταρχῆν* in forma DEI? adeoque prior est hu-  
 manæ naturæ assumptio ipsâ exinanitione : 2.) Quod opponit *formam  
 DEI potius esse cum DEO*, non stringit, quia habetur *iam*, æqua-  
 lia esse DEO, & hoc non respectu divinæ naturæ, sed respectu huma-  
 næ, secundum quam non arbitratus est, sese esse æqualem DEO, &  
 eo ipso sese exinanivit : 3.) Quod reponit, *DEVM non posse exinaniri  
 per gloriæ diminutionem, sed per ejus occultationem*, id facile damna-  
 tum, quia non dicimus, DEVM exinanivisse sese, aut à Paulo indicari,  
 multò minus exinanire sese DEVM posse per gloriæ immutationem,  
 sed sicut humana natura fuit exinanita, quæ participavit divina  
 idiomata, ita partim evacuatio *αὐτῷ* *reflexi*, partim occultatio hoc in  
 loco *fac* *M* *jestatis* indicatur. Quod ad *b*) exceptionem nostrorum di-  
 cit, *non potestari tantum per formam servi abjectissimam Christi conditio-  
 nem, quia servilis conditio Christi non excludat varietatem naturæ huma-  
 næ, sed supponat*, hoc ipsum certum est, verum non hoc in questio-  
 ne est, sed an servilis formæ assumptione *divelle* notetur incarnatio,  
 ratio verbi cum humana natura, & hoc est, quod negamus, ideo-  
 que eo ipso, quæ servilis formæ assumptio supponit humanam na-  
 turam in momento priori, aliquid circa humanam naturam factum  
 exprimit, non autem naturam humanam unitam esse dicit naturæ  
 divinæ, v. g. si dico, Christus passus est ac mortuus, dico aliquid,  
 quod supponit naturam humanam, sed non dico unionem humanæ  
 naturæ cum *λόγω*, utriusque & mortuum esse supponat humanam  
 naturam, unde etiam B. noster *Ithymium* hæc argumenta producit,  
 contra hanc sententiam, *quia subjunctum* *βοῆμ* *καταρῆσῶστος* non sit  
*λόγος* *incarnandus*, sed *uti* *arguit*, *iam incarnatus*, non tantum  
*ut* *matris*, *sed* *quidem* *in* *natura*, *subsistenti*, quia *subjunctum* *quo* *fit*  
*huma-*

humana natura, ut patet ex predicato  $\epsilon\chi\alpha\lambda\upsilon\sigma\iota\varsigma$ , quo expresse dona ex gratia data ad humanam naturam referantur, & ex voce  $\chi\alpha\lambda\upsilon\sigma\iota\varsigma$ , qua exaltatio non conveniat divina natura, sed humana, & quia tandem apertè dicitur versic. 9. *DEUM* dedisse nomen super omne nomen Christo exinanito in exaltatione, dedit autem non divina natura: qua illud nomen habuit, imò nomen ipsum fuit, sed humana natura: in Tract. contra Leobnerum.

### QUÆSTIO VIII.

Disputat Author, an humana natura Christi per unionem personalem communicata sint formaliter quadam proprietates divinae naturæ, & negat contra Lutheranos: In Th. I. dicit, *effectus unionis hypostaticæ esse dupliciter, alia qua humanam Christi naturam, alia qua personam in utraq; naturam subsistentem spectans, ad priora referri valde tam gratiam eminentiam, tum gratias habituales, insignes illas doctes, quæ tamen non simpliciter fuerint infinitæ, majores quidem quam in Angelis & Sanctis, sed tamen non infinitæ, unde Pater dicitur illi non admodum Spiritum secundum mensuram, Job. III, 34. At 1.) ambiguit & infirmitas format quæestionem & statum controversiæ, hæc enim propositio duplicem sensum habere potest, primò hunc, an humanæ naturæ Christi per unionem personalem communicatæ sint proprietates divinæ naturæ formaliter ita, ut re-formaliter referatur ad proprietates divinas, an scilicet illæ, quæ formaliter sint in  $\lambda\omicron\gamma\omicron$  verè & realiter sint communicatæ carni, secundus est hic, an humanæ naturæ Christi communicatæ sint formaliter proprietates divinæ, ita ut re-formaliter referatur ad communicationem, modumque illius exponat: Priori sensu Lutherani utique statuunt proprietates divinas formaliter tales esse naturæ humanæ communicatæ, posteriori autem modo negant, cum tamen *Burgersdicius* ipsis hoc imponat, & Author in ambiguo se occultare ponit, ita infiducisè hanc quæestionem format: 2.) Male subjungit decisionem, *quod scilicet alia sint effectus unionis hypostaticæ, qua humanam Christi naturam, alia qua personam in utraq; naturam subsistentem spectans, tum quia persona non uttertium quid spectatur ex duabus naturis resultans, quemadmodum homocentium est ab anima & corpore: tum quia effectum unionis non**

COM-

modè dici potest respicere personam, hæc enim est divina, sive in se spectetur, sive in unione, & ut communicata humanæ naturæ, tàm quia illi effectus quos refert ad personam, sunt effectus, qui referri possunt & referuntur ad humanam naturam: 3. Dicit, *referri ad priores effectum, tum gratiam eminentiam, tum gratias habituales*, At sic abnegat a) communicationem *divinorum idiomatum*, & consequenter communicationem *substantiæ divinæ*, adeoque natura humana non subsistet in λόγῳ, non communicatam habebit *ὑπόστασιν* ἢ λόγῳ: b) Si dignitas naturæ humanæ tanta est, ut excedat omnes creaturas, & fundetur in divinâ unione, quæ est propria Filii DEI caso, tàm *gratia illa eminentia* erit dignitas excedens omnem creaturam, cumquæ nil excedat omnem creaturam, nisi quod est increatum ac infinitum, gratia illa eminentiæ erit gratia eminentiæ *infinite & increata*: c) ipse suppeditat argumentum, dum *gratias habituales* adducit, & *maiores fuisse* dicit, quàm in aliis Angelis, At omne hyper-Angelicum est divinum, si E. gratiæ illæ habituales sunt hyper-Angelicæ, erunt divinæ: Majoris canonico probatur ex *Hebr. I.* ubi Apostolus ex eo, quod Christus participaverit nomen supra Angelos colligit esse Filium DEI, *verf. 4.* Minor est Authoris, quapropter habetur intentum. Et detur quid Angelis superius, quod non sit DEUS, cum in ordine creatorum Angeli supremum obtineant gradum. Quod addit, *Patrem dici non admittit ipsi Spiritum ad mensuram*, *Job. III, 34.* id sit præposterè, non enim nomine Spiritus absque mensurâ exprimuntur dotes habituales: tàm quia quod est sine mensurâ, & sic *absolutè* enuntiatur, est immensum, non enim dicit, DEUS illi Spiritum dedit sine certâ mensurâ, quo forsân abuti posset *Turretinus*? sed simpliciter & absq; mensurâ: tàm quia si hic locus de Liberalitate donorum creatorum accipitur, poterit quoq; dici Angelis & hominibus datum esse Spiritum absq; mensurâ, quia liberaliter & copiosissimè à ipsis illa data sunt, secundum illud *Joëlis II, 28*, ubi effusionis fit mentio, non lentorum à illis eidiorum: tàm quia Spiritus ita datus est Christo absque mensurâ, ut Christo quoque per Spiritum communicationem constitutus sit principium & fons omnium bonorum in Ecclesiâ, juxta *Joan. XV, 26. Ab. II, 33*, In Th. II. plura sunt, quæ in sequentibus excutienda.

II. In



III. In hæc dicit, *Communicationem idiomatum quam vult esse cum unius respectu persona, esse talem esse, quæ utriusque proprietates personarum sint facta communis. unde Phrasæologia quæ prædicat alteri naturæ proprietates, quod fit vel directe vel indirectè: Ad 1. communicatio idiomatum non obtinet in ordine ad personam, sed est inter duas naturas, quarum una perfectibilis, altera perfectio: 2.) Iterum fingit personam ut tertium quoddam cui tribuantur prædicata, quæ tamen non locum habet in naturis: 3.) Illa exempla plane sunt pro nobis, dum enim λόγος in ipso dicitur in principio apud DEUM & DEUS, hoc ipsum naturæ humanæ etiam tribuitur, dicitur enim nunc, λόγος carnem factum esse, & consequenter sicut caro illa est facta λόγος propria, est facta DEI caro; ita etiam caro potest dici DEUS, & mediâte fuisse in principio apud DEUM, cum Filius hominis dicitur tradendus morti & crucifigendus, non excluditur divina natura, quæ pondus ipsius morti & passioni addidit juxta Act. XX. Exemplum illud ex Act. 20. ubi passio tribuitur DEO, rectissime urgetur contra Calvinianos, si enim proprio suo sanguine acquisivit Ecclesiam Christus sive DEUS, proprius sanguis DEO tribuitur per ιδιωματισμῶν; Tandem cum ubiquitas, quæ divinitati propria, tribuitur Filio hominis, Job. III. eo ipso tribuitur omnipræsenti Filio hominis, & consequenter non personam tantum concernit, sed ad naturam referendam: tum quia Filius hominis non est nomen personæ, sed naturæ, & propriè nil aliud notat, quàm hominem, ut constat ipse Theod. Beza: tum quia si divina natura tantum fuit in cælo, cum loqueretur in terris, necessum est per Filium hominis intelligi debere naturam tantum divinam, quod Commentum refutat tamen ipse Calvinus in Comm. sup. Johannem, nec non Vrsinus, qui explicat Filius hominis est in cælo per communicationem idiomatum: tum quia propositio illa est falsissima, ubi Filius hominis ante ascensionem in cælis fuisse dicitur ibi de solâ divinitate est sermo, hoc enim est mera petitio principii, axioma quoddam fabricatum in Scholâ Calvin.*

IV. Dicit; *Communicationem istam non tantum esse verba-  
lem, sed realem rectè dici, non quidem respectu naturarum, quasi pro-  
prietates unius naturæ sint reipsâ communicata alteri, sed respectu  
persona, quæ duabus naturis realiter unitæ consistat, At sic 1.) prædicat*

primas Calvinianis sumunt, qui nihil obstant, si enim hæc communicatio non est *realis respectu naturarum*, consequens est illam esse verba-lem scilicet respectu naturarum, at quot sunt ex Calvinianis, qui docinare volunt hoc absurdum: a.) Expresse contra Scripturam, quæ *Communicationem realem* docet, & respectu *naturarum*, Johannes enim aperit *cap. I. 14.* habet *verbum caro factum est*, ex quo argumentamur, quicumque caro factus non per conversionem, sed per unionem hypostaticam, ejus naturæ cum assumpta carne intercedere mutuam *κοινωνίαν* oportet, A λόγῳ ὁ αἰώνιος ΔΕΙ Filius factus est caro per unionem hypostaticam, E. naturæ λόγῳ αἰώνιο ΔΕΙ Filius cum assumpta carne intercedere oportet mutuam *κοινωνίαν*: Major prob. quia cum primum sit alterum ita ut naturæ eorum inter se uniantur ad unum terminum, ibi necessario intervenit communicatio; & quomodo caro factus diceretur λόγος, nisi λόγος cum carne interveniret communicatio? non posset utique λόγος caro fieri, nisi daretur inter λόγῳ & carnem communicatio, & quidem communicatione naturæ, quia λόγῳ est nomen naturæ divinæ, & caro non est naturæ humanæ, neque caro fieri potuit λόγος per identitatem personæ, si poneremus communicationem hanc dici ratione personæ, quin natura divina particeps carnis facti, & natura humana assumpta in divinam naturam & λόγῳ atq; eodisq; evectas, 3.) Egregie sibi contradicit *Turretinus*, ubi in initio *Theseos* dicit, *communicationem hanc non esse realem respectu naturarum*, & circa finem dicit, *licet enim realis sit unio naturarum inter se*, adeoque videtur non negare unionem realem duarum naturarum, sed tantum illam, quæ scilicet sit, ut proprietates naturarum sibi invicem communicentur, si verò supponit realem unionem naturarum inter se, etiam admittere tenetur consequens illius unionis naturarum, nempe communicationem proprietatum, si enim λόγῳ assumptæ carnem, assumptæ quoque idioma carnis & proprietates, & vice versa, si univit se λόγος naturæ humanæ, qui gaudet omnipotentia, omniscientia, omnipresentia, etiam hæc idioma cum natura communicabit carni.

V. VI. VII. Dicit, *Communicationem spectari posse vel in abstracto, respectu natura vel in concreto respectu persona, τὰς αἰσ.* *Luibero*

nos, qui communis huius aliter utamur: 2. Dicit, non quasi huius de Com-  
 municationis in concreto, sicut vocant naturam ad personam, sed de com-  
 municatione in abstracto sive natura ad naturam: 3.) Originem huius  
 Controversiæ esse ex aliâ controversiâ de causâ, cum enim ad obtinen-  
 dam corporalem præsentiam Lutherani non satis præfidij inveniant in ver-  
 bis Christi, scil. institutionis Dominicæ, & ascensionis articulo graviter  
 premisse sentiant, ad ubiquitousem confugere. In primis accusat Bren-  
 tinum, Theologos præsentem in Collaq. Manbr. quæ tamen sententia non  
 placuit Luthero, cum quo fecerit Paulus Eberus, Theologus Wittib.  
 Ad respondendum 1.) communicationem illam, quam Author de-  
 scribit, impugnat ex Rudolpho Goclenio, qui erroris quoque accusavit  
 Lutheranos; dum scil. scripsit, illos abstractum sumere pro eo, quod est  
 extra unionem, & concretum pro eo, quod est in unionem, ut ex Præfatione  
 patet huius Philosophi ad Metaphysicam Simplicis: 2.) Ipse Goclenius,  
 ex quo hæc Terretius desumit, paginis præcedentibus docet, ab-  
 stractionem quandam esse realem, quæ aliquid separatur ab altero, ita  
 ut separatam etiam possit existere & permanere, i. e. ut separatam habeat  
 existentiam & naturam, si E. in sermone communi frequens & fa-  
 miliare abstractum pro avulso & separato sumit, num error non erit,  
 dicere naturam in abstracto consideratam, si extra unionem velut à  
 dyo divulsa, cum tamen in omnem æternitatem non divellatur à  
 quopiam, consideretur: 3.) Nostri Theologi non ita abstractum &  
 concretum considerant, sed potius ajunt, concretum personæ esse  
 ejusmodi vocabulum, quod notet ambas naturas, in unâ Christi  
 personâ subsistentes, ut, v. g. Christus, Immanuel, Dominus, Ad-  
 vocatus, Mediator, &c. Concretum verò naturæ dicunt naturas ipsas  
 notare, licet enim connotatione *ὑποκειμένης*, in quâ utraq; natu-  
 ra subsistat, ita quidem, ut non nuda forma seu essentia significetur sed  
 ipsum simul subiectum seu ipsa subsistentia consignificetur, ac probant  
 tum ex propositionibus personalibus, ubi homo DEUS, & DEUS ho-  
 mo dicitur, tum ex prædicationibus *ἰδωμηνόμοις*, in quibus DEUS  
 dicitur passus, crucifixus & mortuus: tum ex prædicationibus  
*γεννηθῆναι ἡμῶν*, qualis est homo, vel Filius hominis habet potestatem  
 facere & judicium, Job. V. Ad alterum illud Th. VI. Resp. 1.) Com-  
 municationem in concreto male dici illam, quæ est naturæ ad perso-  
 nam,

nam, tum etiam communicatio naturarum datur, ubi concreta sunt naturæ, quæ distinctè notant ipsas naturas: 2.) Supponit personam effecterium quid distinctum à duabus naturis, tum tamen Christus non sit aliquid præter divinam & humanam naturam, sed illas ipsæ duæ naturæ *ὅτι ἐστὶν ἕνρον*, sed *ἐξ ἑτέρων αὐτῶν*, ut loquitur ipse *Damascentus*: 3.) Communicatio illa quæ vocat in abstracto *seu natura ad naturam* est fundatissima in Scripturis, non tantum *Job*: 1. sed etiam in descriptione incarnationis à Paulo, qui *Hebr. 11. 14.* dicit, *participasse λόγον carnem & sanguinem sicut pueri*, E. natura divina particeps facta est *κοινωνή καὶ μετέχουσα* humanitatis, quorum etiam Theologi nostri referunt illud *1. Cor. XV. 45* *Primum Adam ἐκ ψυχῆς ζωῆς, novissimus Adam ἐκ πνεύματος ζωοποιῆς*. Unde evidenter sequitur, qui factus est in Spiritum vivificantem ejus quæq; naturam habere oportet communionem cum divno vivificante naturâ, At Adam novissimus Filius Mariæ factus est in Spiritum vivificantem, E. Addatur denique natura & *indoles veræ & substantiæ æmionis*, & habebitur intentum,

In Th. VII. falsum est a) Lutheranos non fatis præsidii invenisse in verbis institutionis Censæ Dominicæ, nam duo erant probanda contra *Zwinglianos*, 1.) Voluntas divina, quod scilicet Christus corpore suo & sanguine velit præsentem se sistere in cœnâ & hanc voluntatem fundarunt in verbis institutionis illisque firmiter in hæserunt, quia autem *Calviniani* disputarunt ex natura corporis, omnipotentiam circa hoc punctum in dubium vocabant, imò dicebant plane non posse fieri ab ipso DEO ut in tot mille locis præsens esset corpus Christi, ideoque potentiam DEI docebant ex articulo de Christo: ipse *Turretinus* fatetur, *Lutherani* solis verbis Christi innixum fuisse quantum ad voluntatem, licet falsò asserat præsentiam universalem voluisse missam facere, nec ascensionis articulus pressit *Lutheranos*, cum utrumque articulum credant, utpotè: revelatum, nempe ascensionis visibilis & multipræsentis in Cœnâ: *Brenius*, b) discipulus *Lutheri*, Commentum ubiquitatis non revocavit in subsidium cœnæ Dominicæ, sed ut articulum in propria sede propriam defendit, & contra *Beamlerum* propugnavit: 3.) In *Colloquio Maulbronnensi* nostri non propugnant unionem personalem *formaliter* consistere in

Comma-

*Communicatione proprietatum vel substantia, sed in conjunctione duarum naturarum, & quia Adversarios habebant Calvinianos, qui non videbantur unionem negare, sed maximè communicationem proprietatum & substantia, ideoq; vel maximè in negotio communicationis proprietatum & substantia fuerunt occupati, non quod unio formaliter in illa communicatione subsistat, sed quod immediatum & necessarium unioni consequens, quod ipse Turretinus agnoscit, dum dicit, communicationis substantia sive unionis persona λόγος cum carne effectum consequens esse communicationem proprietatum ex sententia Lutherianorum: verba autem Lutheri plane pro illo non faciunt, si enim ea, quæ sunt hominis rectè de DEO, & vice versa, quæ sunt DEI, rectè de homine dicuntur, homo autem & DEUS naturam humanam & divinam significant, atq; prædicatio præsupponit esse, consequens est, sicut homo dicitur de DEO, & DEUS de homine, naturam humanam & divinam esse unita, & communionem inter se habere; quod dilucidius explicat, scribendo, verò dicitur iste homo creavit mundum, & DEUS iste est passus.*

IX. X. XI, XII XIII. XIV. Resp. 1.) falsum supponi essentialiam divinam caractere hypostatico notatam non posse communicari. 2.) Falsum proprietates non posse communicari: Refutavit hanc assertionem integro Tractatu *Jacobus Marripi*: 3.) Omnes proprietates sunt communicatæ, sed non omnes prædicantur, aliud itaq; est *communicatio*, & aliud *prædicatio*: 4.) Aliud est *communicatio*, aliud *appropriatio*, proprietates divinæ propter unionem sunt communicatæ carni, idque ideo, quia caro se habet in genere perfectibilis, λόγος autem in genere perficientis, humanæ proprietates verò utat non dicantur communicatæ naturæ divinæ, dicuntur tamen appropriatæ, quàm verè enim verbum caro factum est, & carnem sibi per unionem appropriavit, tam verè etiam proprietates carnis sibi communes fecit per appropriationem: 5.) Nullus *Eurychianismus* tibi potest imputari, quia duarum naturarum distinctiorem in ipsa unione defendimus. Tandem 6.) aliud est *naturas unam in confusum*, & aliud est naturas habere *inter se communionem*, prius dicimus, posterius itidem, quia hæc duo optime consistere possunt, & patet quomodo *Turretinus* in hoc ultimo argumento, sibi contradicat in quinto argumento,

per quod *Eutychianismum* confusè nobis voluit imponere, cum scilicet in hoc sermo arguendo a per. è fateatur secundum *Lutheranos* unionem factam esse *inconfusè*, si hoc, quomodo *Lutherani* confundant naturas & proprietates.

XV. XVI. Argumentatur contra omnipræsentiam, quod non sit communicata, nec in ex: unitione, quia de loco in locum transferret, nec in ex: latione, quia *Angelus* de *Christo* resurgente dicat, non est hic, *Matt. XXVIII.* sed centies à nostris ad h: re: loca est responsum, quapropter tantùm Exceptiones *Turretini* in *Th. XVI.* expendimus, quæ dicit, non posse regeri, naturam humanam omnipræsentiam in statu ex: unitionis habuisse in actu primo, sed non se exercuisse vel declarasse: 2.) *Christum* reliquisse mundum quoad visibilem & familiarem suorum conversationem & servilem conditionem, non verò quoad realem & substantialem præsentiam, secundum quam dicat se futurum cum discipulis ubiq; ad consummationem sæculi: 3.) Tres esse corporis *Christi* respectus, primum secundum naturam suæ proprietates; secundum iuxta gloriam resurrectionis, tertium secundum gratiam personalis unionis, modis prioribus esse tantùm in uno loco, & posteriori verò esse pluribus & ubiq;. Hæc Responsiones omnes exhibitari: primam quidem, quia supponatur gratia, quod probandum, nec absolute negat, Scriptura, *Christum* fuisse præsentem ubiq;, si hoc tantùm rectè intelligendum foret: Secundam, quia ut Scriptura nullam præsentiam invisibilem corporis *Christi* ubiq; docet, ita verba *Christi* quamlibet præsentiam corporis *Christi* excludere, promittente autem futuram se cum discipulis secundum Spiritum, tertiam explodit, quia ex tertio respectu non magis sequatur corporis omnipræsentia, quam ex ceteris, quia unicum *Deitati* manserit quantum ut corpus manserit: Ad primam Responsionem, 1.) non est nostrorum Theologorum, sed *Hæticorum*, qui distinguunt omnipræsentiam in actu primo & secundo consideratam, ut nobis quidem videtur non satis commodè, cum omnimodam præsentiam dicat existentiam Entis ad ens, ad eaq; non potentiam ad eundem Entis ad ens, ideoque frustra distinguitur omnipræsentia in omnipræsentiam actus primi & secundi; cum ipsa existentia dicat eundem quendam secundum, & aliud sit posse esse præsentem, aliud actu esse præsentem: 2.) Si nostri *Theologi Wirtembergenses* in Colloquiis hæc indè variis distinxerunt inter actum primum & secundum, actum primum non

non

non acceperunt philosophicè, neque *actum secundum*. Sed per *actum primum* intellexere rem ipsam, per *actum autem secundum manifestationem & declarationem*, quod ipsum videtur agnoscere Turretianus, qui *de iudicib. loquitur*, & dicit, *naturam humanam omnipresentiam secundum nos: non extrinsece vel declarasse*: 3.) Ipsi Saxonici masculè semper propugnarunt, Christum fuisse omnipresentem etiam in statu exinanitionis idque vi hypostaseos communicatæ, videatur tantùm decisio Saxonica & nostrorum amica admonitio super Decisionem IV. Quæstionis, ubi Saxonici apertè largiuntur, si scilicet præsentia suscipatur pro modo *in instantia* etiam Christum in statu exinanitionis fuisse omnipresentem, tum ob infinitæ hypostaseos communicationem, tum ob *ἐκχώρησιν* personalem: tum ob unius *ὁφυσικῆς* constitutionis mutuam, quibus addant nostras hypothèses, quas unanimiter hæcæpæ contra Calvinianos ursumus, videatur quoque Scherzerus, qui istam omnipresentiam multis argumentis propugnat: Nec obstat, quod Turretianus regerit, *Scripturam absolute & simpliciter negare, Christum fuisse ubiq. presentem*, nam annon quoque absolute negat Filium esse æqualem Patri, dicit enim Christus Joh. IV. 28. *Pater major me est*, nam E. dicendum simpliciter negare Scripturam æqualitatem, & non tantùm limitatè & restrictè? Danè Calviniani tam imprudentes sunt, ut vi hujus loci cum Calvino, Patri nomen DEI καὶ ἐξουσίαν tribuèdicant, quia sit *fons & principium Deitatis*, ut apertè habet Calvinus l. 1. Instit. c. XIII. Sect. 23. pariter Zanchius, Sehnus, Tileus, & maximè Amandus Polanus, qui hoc dictum *applicat ratione Deitatis*, & Patrem Filio majorem esse dicit *ratione generationis*, quia Filius à Patre sit genitus, ut à causa & principio personæ suæ: Secundum quod repouit, nil contra nos, tum quia Scriptura præsentiam invisibilem corporis Christi ubique docet, dicit enim Christus Joh. III. *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit, Filius hominis, qui loquebatur in terris, qui est in cælo*. E. invisibilem corporis præsentiam docet, quia non videmus corpus in cælo: tum quia verba Christi non quamlibet corporis præsentiam excludant, secundum quam relicturus dicitur mundum, & ascensurus in cælum, sed tantùm præsentiam familiarem cum Apostolis, visibilem & status exinanitionis, ut patet ex exitu à Patre & descensu de cælo, qui

cxi-

exitus non fuit per derelictionem Patris, sed per manifestationem informam servi: tùm quis nulla diversitatis ratio potest à *Turretino* assignari exitus à Patre & exitus è mundo, adeoque promissit Apollolis fuis, se semper futurum presentem, non tantùm secundum Spiritum, sed & secundum carnem: quis enim promissit? an non persona? At persona est aliquod compositum constans ex Spiritu & carne, divinâ & humanâ naturâ: Ad tertium nil respondet, quia si ex gratiâ personalium unionis non plus habet quàm ex cæteris modis, unio personalis non consistet in unione DEI cum homine, cum autem consistat in unione DEI omnipresentis cum homine, omnipresentia quoque se carni communicata erit: nec obstat, quod unitum Deitati manserit quantum ad corpus, mansit enim utrumque secundum naturalem constitutionem seu secundum proprietates naturæ, ut ipse *Turretinus* loquitur.

XXII. Ponit Author Canonem, 1.) quod à reali quædam in Christo naturarum unione ad communicationem inter naturas non valeat consequentia. 2.) Quia realis naturarum unio non tollat earum discrimen. 3.) Ponere potius, cum non dici possint, actu unita esse, quam in unione non sunt distincta: At 1.) firmissimum est nostrum argumentum, natura divina & humana realiter sunt unitæ, E. quoque realiter communicant inter se & in proprietatibus: tùm quia unio realis semper habet hoc *quod dicitur*, ita, ut quoque communicationem proprietatum realem possit se trahat: tùm quia nulla instantiâ hoc elidi potest: tùm quia id patet ex anima & corpore, ex igne & ferro, quæ quia realiter ununtur, communes etiam habent proprietates, ita ut corpus vivat beneficio animæ, ut ferrum ignitum urat, & consequenter vi activa sit præditum: 2.) Utiq̄ue per realem naturarum communicationem non tollitur eorum discrimen, atque ita nostri Theologi ab *Eusebianis* sibi libetantur, interim tamen possessionem attributorum unitorum consequuntur vi unionis personalis, quemadmodum anima non sit corpus, nec hominis ferrum, sed manent distinctissima & nihilominus in proprietatibus communicant: 3.) In ipsa unione distincta sunt: λόγος & caro, neque unio illa communicationem infert respectu personæ, tùm quia persona non est tertium quid: tùm quia ista stante Interpretatione hæc *Zwingliana ἀλλοιωσις* revocatur; tam quia



quia utique λόγος & caro vi unionis realem idiomatum respectu naturarum communicationem inferunt.

XXIII. Alterum ponit Canonem, & dicit, à toto Christo ad totum Christum, five à personâ Christi ad naturas N. V. C. nec quod illi attribuitur posse statim de illis predicari, quia persona quidem sibi vindicet proprietates natura utriusque, non verò una natura sibi vindicet proprietates alterius, qua competant personâ, aliâ natura confunderentur; hinc facillè responderi ad *Matth. XVIII, 18. 20. & XXVIII, 20.* At 1) sic apertè contradicit Sociis Religionis, applicando Pseudo-Canonem, nam Maccovius in *Disputatione Collegij Theolog.* ita loquitur, *ista voces totum Christum & totum Christi sunt plane eadem*, nec E. verum erit illud, quod aliqui dicunt, hæc propositio totus Christus est ubique, est vera, at hæc totum Christi est ubique vera non est, utraq; enim est falsa, & hæc & illa: 2. Quamvis possit aliquid de toto dici in *Masculino*, quod non statim dicitur de toto in *genere neutro*, v. g. totus homo intelligit, non verò totum hominis intelligit, longè tamen alia est ratio quorundam attributorum, quæ ita diversificari possunt, & alia est ratio præsentiaæ relatæ ad totum; in priori conceditur posse totum *Masculinum & Neutrum* distinguui, nec ab uno ad alterum valet consequentia, in posteriori verò nullo modo, ubi enim est totum, ibi etiam sunt partes totius, tum in toto *universali*, tum in *integrali*, tum in *singulari*; neq; hæcenus *Calviniani* ullâ instantiâ hanc nostram assertionem labefactare potuerunt, unde etiam ipse *Turretianus* subdole de præsentia tacet, & generalem tantùm cudit Canonem: 3.) Non facillè responderetur ad *Loes Mastib. XVIII. & XXVIII.* quia in utroque loco si agitur de persona, ut Author vult, agitur de persona in duabus naturis subsistente, de ἰσὺς ὁμοῦς, & consequenter de utraque naturâ intelligendus uterque locus.

XXIV. Novum condit Canonem, & dicit, *ab assumptione naturæ humanæ in unitatem personæ non bene ducitur argumentum ad communicationem formalem hypostaticam λόγος, nec ad communicationem proprietatum in abstracto, quia sufficit sustentatio hypostatica.* At 1.) si λόγος naturam humanam in unitatem personæ assumpsit, aut communicavit suam personalitatem & substantiam, aut non: si prius, re-

Ggg

Et

est decurrit consequens ab assumptione naturæ humanæ ad communicationem formalem hypostaticos; si non communicavit, E. reliquit humanam naturam *ανυπόστατον*, quod oppidè absurdum 2.) sustentatio humanæ naturæ non est actus λόγου proprius, sed toti Trinitati competit, sequeretur itaq; totam Trinitatem esse incarnatam, quia tota Trinitas sustentat humanam naturam: 3.) Sustentatio hypostatica nil superaddit sustentationi ut sic, si scilicet hypostasis non est communicata, nam hoc modo etiam Pater hypostaticè sustentat, pariter Spiritus Sanctus, non enim sustentatio tanquam actio ad extra tantum proficiscitur à naturâ divina, & ab essentiâ, sed etiam à personis quâ talibus, ut consequenter in sensu *Calviniano* dici possit hypostatica, quemadmodum creatio tanquam opus ad extra non tantum procedit ab essentiâ divina, sed etiam à personis divinis quâ talibus, ut rectè dicam, Pater creavit, Filius creavit, Spiritus Sanctus creavit.

XXV. Solicitat Achillem nostrum Argumentum ex Coll. II. a) quia agatur de Christo in concreto, non de natura in abstracto: b) Si ageretur de natura humana tanquam templo Deitatis nihil inde elici pro communicatione proprietatum, quia aliud sit habitare sensu Apostolico, aliud sensu Eutherano: c) Communicare sensu Lutherano notare transfundere totam Deitatis plenitudinem humanitati, quod esse nequeat, quia, &c. seq. Carnem esse ipsam Deitatem: At verò hoc malè dicitur, nam inhabitationis subjectum r.) constituitur humana natura, non persona, dicitur enim inhabitare omnis plenitudo Deitatis, in quo? num in divinitate? At divinitas seu plenitudo Deitatis non est habitaculum, sed illud, quod inhabitat, E. cum in Christo non sit aliud nisi Deitas & humanitas, in humanitate habitabit λόγος tanquam in corpore proprio, quod quoque evincit vox adjecta *σωματικῶς*, quæ malè exponitur per *personaliter*, propriè autem & secundum nativam significationem *corporaliter*, ita ut in Christo dicatur habitare plenitudo Deitatis tanquam in corpore proprio. Ad secundum Respond. si concedat *Turrettinus* de natura humana tanquam templo Deitatis hæc verba esse accipienda, actum erit de *Calvinismo*, nam habitare sensu Apostolico infert communicationem, quæ non est opponenda illi, si enim habitat reverè

In humana natura omnis plenitudo Deitatis, possidetur illa plenitudo ab humana natura, si possidetur, communicatam ei esse oportet omnem plenitudinem Deitatis, & cum non *umbraticè* *effektivè* & *separabiliter* habitet, veram *eminentissimè* modo, oportet ei perfectissima ratione communicatam esse, unde Epiphanius in *Anchirato* vocat *carnem Christi δοχῆον τῆς θεότητος, τοσπασακὺλον divinitatū*, neque tamen unionem dicit illa inhabitatio, nam neque divinitas in Sanctis habitat, & Christus in cordibus fidelium ita, ut tantam uniatur, sed etiam ut vi unionis communicet, malè verò dicitur *habitare in oppositione ad typos verè & personaliter*, quia *σῶμα* *sapè* *notet personam*, nam falsum est dici in oppositione ad Vet. Testamenti typos habitare omnem plenitudinem Deitatis in carne, h. e. *verè & personaliter*, nullum enim vestigium est in textu, ex quo pateat oppositivè hoc dici ad umbras V. Testamenti: præterea non tantum verè & personaliter in Christo habitat plenitudo Deitatis, sed *entelechiasticè* quoque ita, ut inhabitans ille sit quasi *ἐπιλήχεια* inhabitati, quod ipsam patet ex eo, quia *κατικῆ σωματικῶς*, adeoque ut anima in corpore, quæquam *σῶμα* quandoque notet personam, & *συμ* reddiderit in *Versione personaliter*, si tamen rectè inspiciamus *Versiones*, etiam *συμ* reddidit *corporaliter*. Ad Tertium Resp. Malè nostram sententiam explicat, nullus enim nostrum dicit transfusam *realiter* in humanitatem totam Deitatis plenitudinem, sed communicatam, aliud autem est *transfusio*, aliud *communicatio*, nec propterea sequitur, si communicata est carni tota plenitudo Deitatis, carnem fore ipsam Deitatem, quemadmodum non sequitur, si dicam, totam plenitudinem animæ Adamiticæ communicatam fuisse corpori, E. ipsum corpus fere plenitudinem animæ, unde unio fundat propositiones *Parenymicæ*, non *Synonymicæ*. Dicit *unionem ἀδιαίρετον & ἀδιάσπαστον* non *exigere statum*, ut *ὑβικυῆ*, sibi unitorum unum, ibi etiam sibi alterum, nisi ubi agatur de iis, quæ inter se sunt equalia, & quorum unum non excedit alterum, quod de *Divinitate & humanitate* dici non possit: At 1.) certissimus est Canon, ubicunq; est unum unitorum, ibi etiam est alterum, percurratur tota Scriptura, & nullum exemplum inveniri poterit, instantiæ loco reponendum, sed ubique deprehendemus, ut

ubi unio *ωειχωρητική*, aut etiam *ωδυστατική*, ubi anima, ibi corpus, adeoque homo: In unione *ωδυστατική*, ubi Angelus aliquis apparuit in forma assumptā, ibi quoque forma assumpta seu corpus *parasiticè* unitum: 2.) *Turretin* restringit hunc Canonem ad ea, quae inter se sunt aequalia, & putat, quia *λόγος* *καρνε* non sit aequalis, ideoq; etiam esse extra carnem; At quomodo statuta hāc limitatione dici potest *πῶν πλήρωμα*, omnem plenitudinem Deitatis habitare in carne? Sanè si omnis plenitudo in carne habitat nulla pars habitabit extra carnem, vel erit extra naturam humanam: Annon obstante hāc sententiā sequeretur, si Christus fuit Hierosolymis, & ibi habitavit unitum sibi *λόγον*, qui *λόγος* extra hanc carnem fuit Romae aliisque locis, non fuisse Christum incarnatum extra Hierosolymam, sanè hīc non tam respiciendum est ad naturas, aut earum aequalitatem, quā ad naturam personae generalis, quae scilicet prout conjunctionem profundissimam ita quaeq; praesentiam dicit uniti utriusque: 3.) Putat *λόγον* excedere humanitatem & proinde per & propter excessum esse extra humanitatem: At 1.) Si est extra humanitatem propter excessum, in quantum erit extra humanitatem, in tantum non conjunctus erit humanitati, si non conjunctus, E. separatus: quocumque itaque modo *λόγος* dicitur extra carnem esse, sive *excessivè*, ut loquuntur *Calviniani*, sive *separativè*, *λόγος* separatus erit à carne, adeoque in quamplurimis totius orbis locis adorandas ut *λόγος*, non adorandus ut *λόγος* incarnatus.

XXVII. In hac Th. dicit, si *λόγος* alicubi est extra humanitatem per separationem non esset homo, (sed si alicubi est extra humanitatem per non inclusionem non bene posse dici quod alicubi non sit homo. At 1.) si quis communicari Angelo quandam substantiam, quae Angelum excedat, sanè si ipsum excedit, non erit Angelo conjunctus, E. separata, E. ubi non habebit conjunctam illam substantiam Angelus, non poterit dici Angelus: 2.) Si *λόγος* dicitur esse alicubi extra humanitatem per non inclusionem, non solvitur unio secundum *Turretinum*, At ne Angelus quidem includitur corpori ad tempus assumpto, & tamen Angelus non est extra corpus illud assumptum, E. inclusio non solvit illam praesentiam utriusque uniti, sed firmat, 3.) Ek-

3.) Explicant Calviniani unionem illam per non inclusionem solis & orbis, animæ unitæ tum capiti, tum pedibus, At aliud est unio partialis & inadæquata, aliud totalis & adæquata, unio hypostatika non est partialis, aut inadæquata, qualem figurant hæc exempla, sed adæquata & totalis, dicitur enim  $\pi\alpha\upsilon\ \kappa\ \lambda\eta\rho\omega\mu\alpha$  omnem seu totam Deitatis plenitudinem in Christo habitare corporaliter: neque est, quod dicat, eundem  $\lambda\acute{o}\gamma\omega\upsilon$  habere sibi alibi unitam carnem, ideoque non esse separatum à carne, nam ita solum non erit absque carne (sua, ubi solum habet unitam sibi carnem, At aliis in locis vel ubi nih. hominis non erit absque carne, & consequenter solutæ uniones.

XXVIII. Dicit, *negatâ humana natura ubiquitate non statim sequi separationem seu divisionem duarum naturarum in Christo, atq; hoc persuadere nititur distinctione extra excessum & separationis*: Verum malè nobis impingit ubiquitatem, qui stamus pro omnipræsentia: 2.) Malè dicit, *λόγος esse extra carnem per non inclusionem*: infinitudo enim  $\xi$   $\lambda\acute{o}\gamma\omega\upsilon$  non operatur absentiam à carne, si enim operatetur absentiam à carne,  $\lambda\acute{o}\gamma\omega\varsigma$  à carne esset separatus: 3.) Tota hæc distinctio est cōsicta & voluntaria, ne vestigium quidem illius habetur in Scriptura agnoscente ipso *Massonio*, cur itaque in tanto pietatis mysterio, quod ex solâ revelatione pendet, congingemus distinctiones, quæ non habet fundamentum in Scripturâ? Hinc & malè propositionem explicat, *posse enim significari, deseruisse alicubi humanam naturam & hoc sensu esse falsam, vel significare, alicubi verbum esse, ubi non sit caro, & sic esse veram, juxta verbum Christi, me non semper habebitis*: verum quanquam non inferatur verbum deseruisse alicubi humanam naturam, tamen inferatur abesse ab humanâ Naturâ, & si Christus dicit, me non semper habebitis, cum de se loquatur ut persona facile fanatico proclive erit inferre, Christum non tantum præsentem non esse secundum carnem, sed etiam secundum Deitatem.

## QUÆSTIO XI.

Quærit Author, *quomodo Christum conceptum fuerit ex Spiritu Sancto, & natum ex beata Virgine?* & Th. VI. & VII. contra illos disputat, qui pertendant ad divinitatem Christi destruendam, *Filium DEI tantum vocari propter conceptionem extraordinariam*, Respondetque ad

locum Luc. I. *particularis δὲ & καὶ non esse notam consequentiam, quasi  
 sit Filius DEI, quia genitus ex Spiritu Sancto, qui antequam conciperetur,  
 & substituisse dicitur, sed consequentia ratione manifestationis,  
 idē, probat tum ex verbo κληθήσεται, tum ex neutro γινόμενον. Sed his  
 a.) dicimus, Tertullinum rectē disputare, Christum non vocari Fi-  
 lium DEI propter extraordinariam conceptionem ex Spiritu S. con-  
 tra Pherimianos, quanquam in idem absurdum relabatur, quod  
 ostendemus ad Th. IX. 2.) A Calvino mutuatus est hanc interpreta-  
 tionem, quod scil. particularis δὲ & καὶ notent tantum consequentiam ra-  
 tione manifestationis, utpote qui ad effugiendum Servetini novi Arria-  
 ni argumentum interpretatus est τὸ vocabitur, per declarabitur,  
 quo modo cum hāc interpretatione ratio Angeli coherere potest,  
 idē quod nascetur ex te Sanctum, Filius DEI vocabitur: 3. Argu-  
 menta non concludant, dicit, non dici ἐπεὶ eris, sed κληθήσεται,  
 vocabitur Filius, manifestabitur & talis agnoscor: at ut nil dicam,  
 si Christus Filius DEI agnitus fuit, præsupponi illum fuisse Filium  
 DEI, hoc solūm urgebo, τὸ vocabitur hic non usurpari in sen-  
 su dimiſſivo, sed phrasi Scripturæ idem esse ac erit, tam quia  
 in hoc ipso Capite dicitur, & Filius DEI altissimi vocabitur ꝑ. 32. i. e.  
 erit: tum quia communi loquendi ratione in Scripturā vocari idem  
 est ac esse, sic Esa. I, 26. dicitur, post hac vocaberis urbs iusti, urbs fide-  
 lis, i. e. eris civitas iusti: sic Esa. IV. dicitur, omnia, qui reliſti fueris  
 in Sion, & residuum in Jerusalem, vocabitur Sanctum, i. e. erit: sic in Isaac  
 vocabitur tibi semen, Gen. XXI, 12. exponitur ab Apostolo, Rom. IX, 7.  
 Filij, qui reputantur in semine, Isaac, sunt verē Filij: tum quia τὸ δὲ  
 hic est rationale & causale cur illud, quod natum ex Maria, sit futu-  
 rus Filius DEI, nempe per & propter obumbrationem, per & propter  
 unionem hypostaticam, quæ fundat non tam manifestationem quā  
 veritatem, quod scil. id, quod est ex Maria natum, per unionem persona-  
 lem sit futurum Filius DEI. Altera ratio, quæ scil. adducit, non ſtrin-  
 git, non pe quia non exprimitur genere masculino, ὁ γινόμενος, sed  
 neutro τὸ γινόμενον, tum quia usurpavit Angelus in neutro τὸ γινόμενον,  
 ut scil. doceret, humanam naturam non esse personam, sed esse natu-  
 ram, quæ unita λόγῳ: tum quia si nasciturus non est dicendus Filius  
 DEI,*

DEI, non erit Filius DEI etiam adoptivus, ut *Felix & Elipandus* Episcopi Hispani somniarunt: tum quia *Franciscus Gomarus* Socius religionis in planè contraria est sententia, & in hunc locum scripsit, *licet τὸ γινόμενον sit genus Neutrum, sensu tamen Masculino usurpetur, quem admodum Job. III, 16. 1. Johan. V, 14, Job. III, 9. ideoque Cyprianus libro II, numero 10. adversus Judæos vertit nascetur.*

IX. Jam pandit mysterium, & 1.) dicit, *operationem Spiritus Sancti in Mariâ duabus vocibus exprimi, per Πάλασιν & Πισκίασμιον,* 2.) Notari per Πάλασιν præsentiam Spiritus Sancti, *αἰμά, ἀκίονεσιν* extraordinariam & celestem, per Πισκίασιν verò peculiaritatem ipsius operationis modum: 3.) Exponit illum Πισκίασμιον, quod fuit potentissimus, efficacissimus ad fecundationem, *αἰαυσ & incomprehensibilis.* At aberrat à janua, dum Πάλασιν & Πισκίασμιον confundit, nam distincta significari his vocibus patet 1.) quia aliud est *supervenire, quæ dicit ἀκίονεσιν* quandam creativam, & aliud *obumbratio, quæ dicit ἀἰαυσ* operationem assumptivam & univiam: 2.) In Sacris literis verba Exegetica, quale quid, hic statuitur per Πισκίασμιον comparatum cum Πάλασιν, non solent esse obscuriora declarandis, clarius autem est verbum illud, & Spiritus Sanctus superveniet in te, obscuriora verò sunt illa. & virtus Altissimi obumbrabit tibi: 3.) Hæc ratione non potest evitari tautologia, si per virtutem Altissimi intelligas deum Spiritum Sanctum, & quidem in tam gravi, in tam Angelicâ epitome mysterii, ubi singula verba suam pondus habent. Nec obstat, quod pro *Tarretius* dici posset particulam καὶ copulativam intercedere, quæ connectat Πάλασιν & Πισκίασμιον, non usus illius *Particulae* etiam in Scripturâ est *distributivus & disjunctivus*, non tantum *copulativus*, ut patet ex *Act. XIII, 27. XII, 17. Rom. XI, 13. Ad 2.)* Resp. Falsum esse per Πισκίασιν peculiarem modum operationis Spiritus Sancti exprimi, hæc enim interpretatione stante consequens est, Christum dicendum esse Filium ipsius Spiritus Sancti, si enim utraq; operatio Πάλασιν & Πισκίασιν est operatio Spiritus Sancti, & dicitur idèd propter istas operationes, propter conceptionem vocandum esse Christum Filium DEI, Spiritus Sanctus erit Pater Christi, quod *aspiciam* dicit aut docet Scriptura, imò si Christus ut homo per

per & propter istam singularem operationem Spiritus Sancti est Filius DEI, E. erit Filius DEI per creationem, nam secundum Tertullianum *extraordinaria & caelestis operatio creativa per Πιλάωσιν* denotatur, & *modus istius operationis creativa per Πιοκίωσιν*. 3.) Dicitur potentissimum fuisse modum ad protectionem & praesidium, verum de eo tunc temporis non disputabatur, scilicet abatur enim Maria, quomodo hoc fieri possit, ut ipsa vel salva virginitate conciperet, & Filium Altissimi pareret, non E. metus erat, ut virgo divina Majestate consumeretur, uti Tertullianus fingit, sed potius Angelus futurum docet utrumque, prius per Spiritus Πιλάωσιν, posterius per virtutis Altissimi Πιοκίωσιν. Quod insuper addit, *efficacissimum modum ad fecundationis designationem, ut sine opere Viri conciperet in utero*, id itidem est falsum, nam per Πιοκίωσιν fecundationem non obtinuit, sed geniti Filii, DEI vocationem, fecundatio enim facta est ex Πιλάωσιν Spiritus, ut sine omni ope viri conciperet in utero, quae propter necessarium non fuit, ut illa notaretur Πιοκίωσιν: Dicit c) *Arcaum & incomprehensibilem modum notare, quod spectat nubis obumbratio in tabernaculo*; At hic non tam respicitur ad obumbrationem in tabernaculo, quam ad obumbrationem pallii humanitatis assumptae, & Λόγος desumptae, de qua *Ruth III, 8*. E. dicendum est 1) per virtutem Altissimi hic non intelligi Spiritum Sanctum, sed Λόγος, idque ex Phasi Scripturae, quae scilicet vocat Filium Primogenitum virtutem Patris, *Gen. XLIX*. quae Christus vocat virtutem Patris, *1. Co. vint. 1, 24*. quae virtutem DEI dicit Λόγος, *Esa. IX, 6*. 2.) Per obumbrationem intelligitur unio personalis, quatenus ea virtus Altissimi substantialis assumpsit carnem nostram, in eam quasi abscondidit, & sub velo desponsavit; 3.) Verba illa, quod ex te nascetur, Filius DEI vocabitur, sunt illativa, & exerto digito intendunt illum, qui conceptus est in & ex Maria, non esse Filium DEI adoptivum, sed Filium DEI naturalem Altissimi, quod probe observavit Epiphanius *Tom. I*. contra *Theodotianos* scribens, *non dixit solum nascetur, sed quapropter, sive etiam, quod nascetur, Filius DEI vocabitur, ut ostendat ex superius DEVM verum in utero genitum, secundum suam incarnationem, & secundum suam bonam voluntatem, propter quam suam dispensavit in*  
carna-



*cautionem ad salutem nostram, vid. Cyrillus l. II in Job. c. III. Bern-*  
*hardus Tom. I. Hom. IV, Et ne destituamur suffragio ipsorum Ad-*  
*versariorum opponimus Turretino Zanchium, qui Parto I. de Tribus*  
*Jobim scribit: idem docet particula καὶ, ideoque & Sanctum, quod*  
*nascetur, quasi dicat, non secundum λόγος in se, qui erat, & est*  
*ante; ò Maria! Filius DEI æque DEUS est, sed etiam in carne*  
*est, ex te assumptus manifestatus Filius DEI agnosceretur, eoque totum,*  
*quod ex Te nascetur, vocabitur Filius DEI, unde idem inquit: Chri-*  
*stus, quia homo dicitur Filius DEI non adoptione factus, sed natus pro-*  
*pter unionem hypostaticam cum λόγω jam inde à sui conceptione,*  
*quã unione factum est, ut jam non duosunt Filii DEI - sed unus tan-*  
*tum, DEI Filius, totum quod ex Mariã Virgine natum est, contra*  
*Nestorianos; atque ita refutatur Turretinus, nec non Piscator, cui &*  
*sequentia opponimus: Christus ut homo subsistit in infinita sua*  
*personã, ejusque vere particeps factus est, λόγος enim sapiens est ead-*  
*em, Joh, 1. 14. E, ut homo per unionem hypostaticam Filius DEI*  
*proprius & naturalis: 2.) Filius hominis est Filius DEI viventis,*  
*Matth, XXVI, 13. 3.) In Christo una est & indivisibilis Filiatio,*  
*quia non est geminus, sed unus Filius, E, etiam ut homo per & pro-*  
*pter unionem hypostaticam est Filius DEI, proprius, unde dicitur,*  
*hæreditasse nomen Filii DEI adorabilis, At nob juxta Deitatem*  
*hæreditavit, sermo enim est de κληρονομία temporalis, 1. 2. E, quã*  
*homo est Filius DEI naturalis per unionem hypostaticam.*

## QUÆSTIO XV.

Agit hic Author de descensu Christi ad inferos, & 1.) format  
 ipsam questionem: 2.) Th. III. dicit, *Eutheranos adeos accedere, qui de-*  
*scensum Christi substantialem ad inferos statuant: Tandem Th, IV.*  
*V. VI. negativam amplectitur cum ceteris Calvinianis; In I.) observa-*  
*mus, Authorem malè formare statum controversiæ, an scil. anima*  
*Christi statim post separationem sui à corpore translata fuerit in Paradi-*  
*sum, an verò localiter descendit ad inferos. Prius affirmari, Post-*  
*erius negari, contra Pontificios & Lutheranos: At I.) nostri nunquam*  
*negarant animam Christi translata fuisse in Paradisum, sed ex*  
*eo non est consequens, si anima sit translata in Paradisum, con-*

H h h

festim

festum à morte, *localiter* non descendisse in infernum, hæc duoenim optimè consistere possunt, ut patebit ex seqq. 2.) Subiectum ponit animam Christi, & quaerit, an anima Christi *localiter* ad inferos descenderit, At anima Christi sicut & omnes animæ in statu separationis localis descensus est expers: 3.) Affingit nobis in hac quaestione quasi orthodoxi Theologi statuerint, animam Christi *localiter* descendisse in infernum, cum subiectum huius descensus non faciant animam ut *Jesuita*, sed totum Christum secundum animam & corpus jam vivificatum: b) Frustra exagitat nostram sententiam in Th. III. dum in ipsam locum damnatorum Christum descendisse asserimus, tum quia Christus *Zwanzigste* descendit in infernum, a deo que vivificatus, E. victoriosus, E. morte superior, E. ubi victoriam suam ostentaret: tum quia triumphum utique exhibuit etiam in inferno, neque enim ille triumphus referendus est ad ascensionem, sed quoque ad descensum: tum quia utique ad statum exaltationis referendus est hic descensus, si enim *Psal. LXXIII.* conferatur cum *Eph. IV.* patebit aperte, quod ad statum exaltationis spectet iste descensus, non autem ad statum exinanitionis, & perinde frustra flagitat nostrum *Brochmannum*: c) Quæ argumenta producit in Th. V. VI. VII. planè non concludunt contra nos: nam 1.) conceditur à nobis animam Christi statim post solutionem formalem à corpore migrasse in Paradisum, juxta promissionem latroni factam, *Luc. XXIII.* sed illa promissio coexistentiæ latronis cum Christo in Paradiso dicit coexistentiam confessim à morte, dicit enim, *hodie mecum eris in Paradiso*, at descensus ad infernum non immediate connexus est cum morte Christi, sed secutus fuit sepulturam illius, atque incidit præter propter in illud momentum, quod intercessit inter sepulturam & ascensionem, antequam enim resurgeret, vivificatus descendit in infernum, ibique triumphum egit coram turba damnatorum, hinc omnia, quæ superstruit huic loco per se ruunt. Secundum argumentum itidem nullius est momenti, dicit Christus *Luc. XXIII. Pater in manus tuas commendo Spiritum meum*, E. non in infernum, tum quia depositio Spiritus in manus Patris, pertinet ad statum exinanitionis, descensus verò ad infernum ad statum exaltationis, tum quia commendando Spiritum suum in manus Patris non tradidit illum in infernum, sed tanquam

quam nobile depositum reliquit illum Patri suo, tum quia planè vagatur extra statum, quia non quaestio est, an Christus traderit Spiritum suo Patri, sed quaeritur, an non post mortem & sepulturam, post traditionem Spiritus in manus Patris jam reddito de novo Spiritu hoc gloriosè descenderit in infernum, & hæc est nostra nostrorumque Theologorum sententia: Tertium Argumentum in Th. VII. itidem non stringit, dicit, *si Christus secundum animam verè & localiter descendit in infernum, vel factum est id, ut ibi quid pateretur, vel ut Patres liberaret, vel ut mortuè evangelizaret, vel ut victoriam suam ostentaret diabolo, At nullum posse dici, E. nam 1.)* infidiosè loquitur, quasi nos statueremus, Christum secundum animam verè & localiter descendisse ad inferos, At hæc non est nostrorum Theologorum sententia, qui dicunt, totum Christum secundum animam & corpus descendisse: 2.) Impugnat descensum illum ex causa finali, quia scilicet factus non sit, ut vel ibi pateretur, vel ut Patres liberaret, &c. At posito, nos non posse assignare causam finalem, nihilominus descensus verus & realis maneret in salvo, Scriptura enim asserit, Christum descendisse *Eph. IV.* Symbolum Apostolicum dicit, Christum crucifixum mortuum & sepultum descendisse ad inferos, adeoque subjungit morti & sepulture illum descensum: Quot rerum & actionum divinarum causas finales ignoramus, quarum tamen ipsa essentia seu rei vel actionis est revelata, & nos firmiter credimus propter revelationem? 3.) Voluntariè nescire vult, dicere nostros, Christum descendisse ut victoriam suam ostentaret diabolo, ut Triumphum exhiberet in inferno, ipse hoc novit, ut fatetur Th. III. nec obest ratio, quam subjungit, *quia descensus iste debuerit esse penalis, non triumphalis & pertinuerit ad statum non exaltationis, sed exinanitionis*, scilicet quia supponit debuisset illum esse penalem, sanè omnes penas nostras Christus suscepit & sustinuit in morte ac sepultura, non itaque extendenda est pena ultra sepulturam, sed cum redmitta vitæ redunita fuit quoque gloria: tum quia aliud est descensus verè, *proprie & realiter* sic dictus & aliud descensus *metaphoricè, improprie & figuratè* sic dictus: Posterior potuit esse & fuit *penalis*, seu de sepultura, seu cruciatibus accipias: Prior autem non est *penalis, sed gloriosus*: tum quia falsò dicit, descensum

istum pertinere ad statum exinanitionis, non exaltationis, anne enim id pertinet ad statum exinanitionis, non exaltationis, quod factum circa Christum vivificatum? Vivificatus enim descendit ad inferos, E. non ut adhuc miseriis, cruciatibus, morti & sepulturæ obnoxius, sed ut jam omnibus illis exemptus, adeoq; descendit ita, ut descensus ille pertineat ad statum exaltationis,

VIII. Demonstrare satagit descensum Christi fuisse pœnalem, idem quia ex stylo Scripturæ descensus ad inferos significet gravissimas adversitates & dolores exquisitissimos; tam quia loca, qua de descensu ad inferos agant, extremam miseriam vocent: tum quia descensus in inferos terra partes, opponatur ascensionis supra omnes caelos, quæ pars fit exaltationis, Eph. IV. Thess. V, 1. 10, Locum Eph. IV, exponit de incarnatione & exinanitione, Th, XI. Locum Act. II. de detensione in sepulchro; & tandem Locum Petri non svere dicit descensum localem in infernum, nec, juxta Th. XII. Christus Act. II. dicitur sustinisse dolores usq; ad momentum resurrectionis, ejusq; animam abiisse in inferos, ubi talibus doloribus posset affici: At quantum ad Th. VIII. colligit à particulari, ex stylo Scripturæ descensus ad inferos secundum ipse significat gravissimas adversitates & dolores exquisitissimos, verum nil contra nos; quia descensus est vel proprius, vel metaphoricus, non negamus descensum ad inferos metaphoricum notare dolores exquisitissimos; hoc autem non est in questione, sed hoc an descensus Christi ad inferos, qui verus fuit & realis significet dolores exquisitissimos: verum enim & realem fuisse vel ex eo constare potest, quia in Symbolo compendiosa enarratione Credendorum & Articulorum fidei dicitur Christum descendisse in infernum, sanè Symbola non concipi solent verbis figuratis & tropicis, sed propriis & juxta naturam suam significationem; imò patet hoc vel ex eo, quia pariter aliquis scurræ interpretari posset verba antecedentia, & dicere Christum esse crucifixum *impropiè*, esse mortuum *figurate*, esse sepultum *tropicè*. Præterea, quia etiam ex stylo Scripturæ descensus ad inferos non notat gravissimas adversitates & dolores exquisitissimos, nam ipse Author questione XVI. Th. III. observat, *notare sepeliri, descendere in locum damnatorum, dolores infernales sentire, & extremè humiliari*, non itaque notat *adequatè* sentire dolores infernales. Denique allegat Locum Gen. XXXVII. Act

Locus

Locus hic planè non convincit, adversitates & dolores exquisitissimos designare descensum ad inferos, hic enim notat descensum in sepulchrum, quod ipse agnoscit *Questione XVI: Th. III.* ubi scribit, *notat sepeliri, Gen. XXXVII.* si sepeliri, quietem à doloribus exquisitissimis exprimit ac designat. *Job. XIV.* planè nihil habetur de doloribus. *Psal. VI, 6.* occurrit *scheol*, quod non *precisè* infernum notat, multò minus dolores exquisitissimos, sed sepulchrum. Neq; in *Pf. LXI.* habetur aliquid de doloribus exquisitissimis, multò minus *Psal. CXXX.* ubi profundorum fit mentio. *b)* Loca, quæ de descensu Christi infernali agunt, extremam eius miseriam notare falsum est: Tum quia descensus est non *actus miseria*, sed *exaltationis & triumphi*: tum quia hic non agitur de descensu ad inferos, sed de non desertione animæ Christi in inferno, adeoque de exinanitione, quia huic descensui opponitur liberatio è morte, & ipsa exaltatio *vers. 30, 31, 32.* Imò Christus lætatur, quod anima eius non sit derelinquenda in inferno, adeoque non de *statu exaltationis* loquitur locus hic, sed de *exinanitionis*, è quò Christus eripiendus: tum quia tò non relinquere animam in inferno est à morte ac interitu vindicare, neque permittere, ut morte & interitu videatur oppressa: *c)* Descensus in infimas terræ partes opponitur ascensioni super omnes celos, verum non ut *contrarium contrario*, seu ut *actus exinanitionis actus exaltationis*, sed *modaliter, supposita exaltatione*, tanquam à *actus exinanitionis & actus exaltationis* ut patebit ex sequentibus.

X. Notamus 1.) utique notari descensum localem, non verò manifestationem in carne, tum quia Paulus loquitur non de *λόγω* incarnando, sed de jam incarnato: tum quia malè dicitur, descendere in terram esse descendere in infimam mundi partem per apparitionem in terrâ, infima enim mundi pars non est superficies terræ, sed id, quod celo opponitur in ratione status, adeoque infernus damnatorum; tum quia locus *Psalms* nil facit ad rem, loquitur enim David *metaphoricè*, Paulus autem propriè, in loco *Psal.* non fit oppositio terræ ad eelum, sed apud Paulum, & aliud est descendere in inferiores terræ partes, & aliud ibidem formari & artificiosè extrui, prior phrasis habetur apud Paulum, posterior apud Davidem, quæ duo tamen maximè differunt: *b)* Quod oppositionem concernit

h h h 3

ascen-

Ascensus in cœlum, & descensus de cœlo nil facit contra nos, hæc enim opponit Apostolus non tanquam duos status exinanitionis, scilicet & exaltationis, sed ut diversos tantum modos manifestationis in uno eodemque statu exaltationis; Qualiter enim Christus in inferno, taliter quoque se in cœlo patefecit, utrobique tamen gloriosè, Vætoris instruit, quod patet non tantum ex citate *Psalms*, qui est triumphatorius, non tantum ex loco ipso, & consideratur secundum circumstantias; sed etiam ex *Actor. 1. 12.* ubi dicitur, *hic JESVS, qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet, &c.* ubi ascensio in cœlum & reditus de cœlo ad iudicium opponuntur sibi, sed non sub ratione exinanitionis & exaltationis, verum ut duo modi gloriosæ ascensionis & gloriosi reditus ad iudicium: 3.) Dicit, *terminum à quo habuisse ascensum terram, terminum ad quem cœlum, ita vice versa descensum pro termino à quo habere cœlum, & pro termino ad quem terram*, Ast frustra, tum quia non opus hic est disputare de terminis à quo, cum per descensum Christi non intelligatur incarnatio, quæ terminum à quo cœlum habet, sed descensus ille dicit actum gloriosum iam incarnati: tum quia terminum ad quem descensus hic non terram habuit, sed terræ infimas partes: tum quia *Cajetanum* frustra adducitur, cum *Pontificis* in descensu Christi explicando ad inferos nec ipsi rectè sentiant, neque consentiant.

XI. Nos non ferit, quia locum ex Actis non adducimus pro descensu ad inferos.

XII. Notamus 1.) nos non disputare de descensu animæ Christi, sed de ipso Christo, qui etiam dicitur profectus: 2.) Per spiritus rebelles utique non intelliguntur Patres, neque illi sunt liberati, neque extiterunt in *Philaxi*, sed quæ hic disputat, disputat contra *Pontificis*, adque illos ferit, non nostros: 3.) Denique illud *ἐκέρυξε* non notat prædicationem Evangelii, sed ostensionem divitæ & mortis & sepulturæ.

XIII. Adducitur Locus *Actor. 11.* sed ille non agit de descensu ad inferos, uti nec Locus *1. Cor. 15.*

## QUÆSTIO XVI.

Disputat Author, an descensus ad inferos vellet ad cruciatum infernales, & ad statum abjectissimum sub Dominio mortis in sepulchro referatur, atque affirmat in Th. IV. verò argumento proponit, quod descensus

*scensum notet sepulturam Christi. Th. VII. quod notet angores Christi in  
 horto & in cruce : & Th. VIII. dicit, utramq; sententiam posse admitti :*  
 Ait 1.) hic notamus dissensum Doctorem Calvinianorum, inter quos  
 nondum convenit, an descensus ille sepulturam notet, an dolores  
 & cruciatus, cum pro utraq; sententiâ quidam stent : b) Notamus et  
 ipsi Calviniani, qui refutant utramque opinionem, primam *Hexa*  
*ad sepulturam restringentis, ex eo, quod non tantum accuratissimo*  
*symboli brevisloquio τωπολογίας adducit hac sententia, sed etiam se-*  
*ris clarum per obscurum nitatur explicare, annon enim clarus est*  
*dicere, Christum sepultum, quam dicere descendisse ad inferos ? Ne-*  
*que tantum refutat hanc sententiam, sed & illam de passionibus ani-*  
*mæ, quæ opponuntur cruciatibus corporis, quia passiones animæ*  
*ad mortem ejus spectent, de quâ in præcedentibus singulariter actum*  
*fuit, & passiones animæ post sepulturam ponat, eoque symboli ordi-*  
*nem turbet : 3.) Egregie sibi contradicit Turresinus, dum dicit, utramq;*  
*posse admitti & optime inter se componi, At si per descensum ad inferos*  
*intelligitur sepultura, non possunt cruciatus, non angores, dolores-*  
*que exquisitissimi notari, quia Christus quievit, in sepulchro non pas-*  
*sus est, quia secundum Turresinum Quæst. XV. Th. V. dicit, ani-*  
*mam Christi statim post solutionem à corpore migrasse in Paradisum, anve*  
*verò Paradisus est locus tormentorum ? Si autem intelliguntur crucia-*  
*tus & dolores, quomodo dicit potest, Christum post mortem susti-*  
*nuisse cruciatus & dolores in anima sua ? quàm itaque duo contraria*  
*conciliari non possunt, tam non potest hæc sententiarum diversitas,*  
*componi : 2i) Ipse Altingius, ex quo pleraque desumpsit Turresinus,*  
*ita decidere voluit hanc quæstionem, cum utraq; sententia sit proba-*  
*bilis, potest una videri probabilior alterâ, & sic etiam præferri, scilicet*  
*privatim : quæ verò sententia de articulo Symboli sint sententia priva-*  
*ta, & non confessiones publica ? Publicè eam tradendam esse, quia con-*  
*fessionibus Ecclesiarum publicè sit consentanea, neq; etiam ab eâ disceda-*  
*re debere privatim : Ponamus ministrorum Calvinianorum prædica-*  
*re coram populo sententiam confessionibus consentaneam, & priva-*  
*tim fovere sententiam oppositam, annon erit hypocrita, qui docet*  
*& ore promittit, quod non credit, & corde condit : c) Inquit, potest*  
*tamen quis modeste etiam alteram sententiam subjungere, sed abiq; in*  
*scita-*

*seditione aut confutatione alterius, adeoque potest oppositam sententiam proponere, si tantum abstineat ab insectatione, idque idem ne neminem lædat ex Sociis Religionis, qui hinc sibi invicem suat contrarii; 3.) Petrus van Mastrich apertè scribit, nec sepulturam, nec dolores animi per descensum hunc Calvinianos significari velle, sed statum ac dominium mortis, sub quo fuerit per triduum sepultura: Sic Sohnius ad Augustanam Confessionem, Perkinus ad Symbolum, Amesius, Catechesis utraq; Major & Minor Synodi Westmonasteriensis, aliique, adeoque non tantum differre suos indicat in sepulturâ & passionibus, sed & in statu & dominio mortis: Et tandem descensum animæ Christi statuit non factum esse in locum, sed in strum infernalem, qua infernalium seu infernales penas in anima suâ sit expertus, absurdissimè, ut rectè Petrus Molinæ scripserit, sensum hujus Articuli suos, scil. Doctores Calvinianos non esse affectos*

### QUÆSTIO XVIII.

*Quærit Author, an ascensio Christi facta sit propriè per motum localem ex locis inferioribus ad supremum, cælum beatorum, vel an facta sit metaphorice per dispositionem? Affirm. prius, posterius negat contra Lutheranos. 2.) in Th. I. Lutheranos Ubiquitismi acculat, & dicit, negari Christum verè & propriè ascendisse: Brochmannum vellicat, qui dicit, 3.) quod nam sit illud cælum, in quod Christus ascenderit, à quacquam mortalium non posse capi aut explicari; Art 1.) in ipsâ quæstione sententiam Lutheranorum calumniatur, dicit enim eos ascensionem metaphorice per disparitionem explicare, ubi tamen nullum Lutheranicum adducere potest, qui ipsam ascensionem quâ talem per disparitionem explicet, sed omnes & singuli, quia in Symbolo Apostolico continetur, ascensionem veram realem & localem profitentur. 2.) Calviniani potius argui possunt, qui verba Symboli nostri, descendit ad inferos non propriè explicant; metaphorice intelligunt vel de cruciatibus, vel de sepulturâ, ut patet ex antecedentibus. 3.) Ipse Rivetus nos absolvit ab hac calumnia, & ostendit, malè nobis impingi hanc sententiam, ita enim ipse in Psalmum LXXVIII. scribit: Chemnitius & alij, quorum doctrina nunc verè obtinet, propriè & secundum Literam hæc verba, in quibus de ascensione Christi agitur, in-*

TOMO-



elligenda esse fatentur. neq̄. disparitionem aut evolucionem ad sublimiorem dignitatem tantum factam esse; sed localem ascensionem Christi in celum concedunt, proprie volunt accipere verba illa, & nobiscum dicunt, tertium celum in Scripturâ appellari Paradisum & celum, in quod Christum pervenerit, pessime itaq̄. formatis quaestionibus Turretinus, secutus Altingium, quem admodum etiam in quaestione de descensu Buchananus & libellum Catechismi Ubiquistis, qui habet, statuere, Lutheranos ascensionem esse ein auffertlich Spectacul bis an die Wolken/so eine Verschwindung und Anstehung der Nebelappen.

II. In hac Theſi iterum calumniatur Lutheranos eoque arguit assertæ ubiſuitatis, at Lutheranos malè Ubiquistas vocat, opponimus illi Thomam Morum Episcopum Dunelmensem, in Anglia inter Calvinianos doctissimum, qui l. 2. part. 1. cap. 2. se. 3. scribit, ut ut vox Ubiquistis velut in solita aliquandiu carba in Ecclesiâ concidaris. si tamen de postorogore utriusq̄. candida interpretatio admittatur, nulla sane est, quò minus statim inter nos intercedat unanimi iudiciorum conspiratio edicit ex defensione Ubiquistis nos negare ascensionem Christi fuisse realem. At nunquam valuerunt argumenta Calvinianorum ab ascensione Christi contra omnipresenciam, nec negamus Christum verè & propriè ascendisse, sed omnipresenciam refundimus in univèrsalem personalem ascensionem verò in disertam literam textus: Et quod dicit, tantum figuratè nos statuere Christum ascendisse, id non tantum ex Riversi testimonio, sed & ex novissimo Scriptore Calviniano constat esse falsum; ita etiam Paulus van Maltrich, Lutherani ut hisce ascensionis quomodo curè, satisfaciunt, negant quidem ascensionem Christi fuisse nudam àozotiv & àφαισμον, atq̄. fatentur fuisse μετὰφωρον τὸν κινῶν, quomodo itaque Lutherani possunt dicere, ascensionem Christi fuisse tantum figuratam, qui tamen negant fuisse illam disparitionem, quæ lateatur fuisse transiunt localem? 3.) Dicit, celum, in quod ascendit Christum non esse supremum, Ast a) phantasiem si a) proponit de loco aè. eo, sydereo & supremo corporeo, in quo Christus detinetus, tale enim celum ignoramus nos, ignorat Scriptura: b) Si per celum supremum intelligit sedem beatorum præcisa illa corporali conditione, in quod Paulus raptus fuit, dicimus utique Christum in celum beatorum ascendisse, ut ille beatis se ostenderet Triumphatorem, con-

versaretur cum illis, eosque æternum bearet, hoc enim cælum tertium est *ως* quidem, sed Paradisus, ut explicat Paulus, tertium cælum dictum *αυαλόγως* ad tres partes templi Hierosolymitani, atque intimum beatitudinis domitium. 2.) Dicimus, Christum non tantum per ascensionem pervenisse in cælum beatorum, hæc enim ratione nil habuisset præ Enoch & Eliâ, qui etiam eò translati sunt, sed & in cælum Majestaticum, dicitur enim Eph. IV. 10. *Christum ascendisse super omnes cælos, ut impleret omnia.*

II. Dissensus nobis objicit, quem tamen non vitendit, & falsam nititur hypothese, quod quidam ex nostris ascensionem tantum metaphorice accipiant pro disparitione. 2.) Quæ Brochmanno tribuit, ut ut Formula C. non obtineat in Daniâ, tamen est sententia omnium Lutheranorum. 3.) Modestiam hujus Theologi culpât, qui dicit, quodnam sit illud cælum, à quoquam mortalium non posse capi aut explicari; At modestè hoc ipsum exposuit Brochmannus, & tandem quoad generalem rationem satis explicavit, dicendo, certum esse & verbo divino, Cælum hoc, in quod Christus gloriosè ascendit, non esse cælum supra cælos spectabilem constitutum, & locali distantia ab his terris separatum, in quo sit, vivat & versetur Christus tanquam in certo loco à terris separato; ut itaque planè constet de nostrâ sententiâ, dicimus, aliud esse ipsam ascensionem, aliud illius consequens & connexam, ipsa ascensio fuit motus verus & realis, nec non localis, connexam verò seu consequens ascensionis fuit disparitio seu subductio corporis Christi, quæ tamen disparitio non facta est in ipso Christi corpore, prout hæc ambiguitate decipere vult Turretinus, sed in oculis discipulorum, idque idè, quia nubes intercessit, quemadmodum Sol, cum nubibus obtegatur, quò minus à nobis medio die queat conspici, subductus nobis dici potest.

III. IV. Sententiam suam exponit ac probat, Christum realiter & localiter ascendisse ad cælos, tum ex verbis Scripturæ, tam ex termino à quo, numpè terrâ & monte Olivetâ in specie; tandem dicit, non minus Christum reale corpore sui presentiam, quàm familiarem conversationem subduxisse: At 1.) probare non debuisse Christum realiter & localiter ascendisse, hoc enim ipsam & nos statuimus; & quidem nisi his ipsis Scripturæ dictis: 2.) Terminum à quo ascensus Christi

Christi fuisse montem Oliveti, nostri quidem unanimiter statuunt, sed Calviniani hęc scripulum movent, imprimis *Ludovicus de Dieu*, qui ad Act. 1. scribit, *ex quo sequeretur, Christum non ex monte Oliveti, quod tamen Hieronymus p. 1. m. asserit, & balenus fuit creditum ob conjecturam ex Act. 1. ubi id tamen Lucas non dicit, sed ex agro Bethania, quod in Evangelio satis aperte innuit, in caelos ascendisse, Apostolos autem ex agro Bethania petiisse montem Oliveti, atq. ex eo compendiosissimā viā repositos esse Hierosolyman, transigat itaq. hic Turretinus cum Ludovico de Dieu Socio Religionis: Christum quidem familiariter conversationem subduxisse per ascensionem concedimus, sed non praesentiam, quia dicit Apostolis: *Ego sum vobiscum usq. ad consummationem Seculi*, non dicit, *gratia mea vobiscum est usque ad consummationem Seculi*, non dicit, *Spiritus meus vobiscum est usque ad consummationem Seculi*, sed *Ego sum vobiscum*, atq. loquitur de se incarnato, adeoq. aescendum divinam & humanam naturam considerato, quemadmodum etiam nulla instantia ex toto N. Test. elidit potest, quod ubi Christus incarnatus loquitur, vocabulum *Ego* praepositum, Christus non totus sit intelligendus secundum utramq. naturam.*

V. Probat Author ex sententia Calvinianorum, *Christum ita ascendisse in caelum, ut subduxerit praesentiam suam in terra, atq. in hunc finem allegat locum Joh. XVI, ad circumstantias provocat, & tandem diluere conatur comparationem manifestationis per adventum, & resurrectionem, quia alia sit ratio divinitatis, alia humanitatis, Verum respondetur 1.) Si per Phrasin relinquere mundam & redire ad Patrem notatur 2.) localis ascensio in caelum quoddam corporeum, consequens est ipsam Patrem, ad quem rediit Christus esse & fuisse in caelo quod in corporeo, quia tamen est Spiritus invisibilis & immensus, imò DEUM esse locum corporeum, quia rediit ad Patrem, ad DEUM, ascenditq. in locum corporeum, qui terminus ad quem ascensionis.*

2. Abitus sive reditus ad Patrem non designat ascensionem, sed ad unum quendam distinctum ab ascensione, idq. patet tam ex eo, quia abitus ad Patrem complectitur passionem, mortem, resurrectionem & ascensionem, hęc verò dicit tantam actum ultimum, tum ex eo, quia ascensio fuit localis; non verò abitus ad Patrem, tam ex eo, quia dicit Joh. XVI, 7. *Si non abiero ad Patrem, Consolatus ille non erit*

niet ad vos, *ψ. 5.* At gratiosa presentia Spiritus apud homines peccatores non est effectus solius localis progressionis in aërem, sed potius passionis morris totiusque obedientiae Christi: Frustra E. urget circumstantias, cum locus non agat de ascensione, & malè urge vocabulum illud *ἀναλειφθεῖς*, si enim *ἐνδεῶς* sequamur, *ἀναλαμβάνειν*, notat resumere, & opponitur *τῷ ἀπικηρῆσθαι*, sic ut apud Latinos agnitioliberorum est contraria abdicationi, cer. set igitur *ἀναλεψῶ* significare non localem assumptionem, sed agnitionem Christi à Patre velut antea abdicati: & quanquam B. & illud repudiet tanquam argutiam inanem, tamen & genio linguæ convenit, & doctrinam præbet eximiam, ante enim XXXIII. annos missus erat à Patre Filius ad opus redemptionis, in quo perficiendo ita laboravit, ut videretur à DEO derelictus & neglectum habitus, sed in ascensione Christi ipso facto declarabatur se ipsum pro Filio agnoscere, & honore & gloria coronatum velle, ita ut in hac *ἀναλήψει δικαιοσύνη* Christi, *1. Tim. III. 16.* & tandem ex Calvinianis probant aliqui, imprimis ex Recentioribus ipse *Wizius: 3.)* Frustra dicit, *redirem localem esse intelligendum, quia alia ratio divinitatis, alia humanitatis*, ut enim venit in mundum, ita rediit ad Patrem, nec obstat alietas divinitatis & humanitatis, quia humanitati etiam communicata est hypostasis illa, quæ est ipsius Filii DEI personam talis.

VI. dicit, *Cælum in quod Christus est evectus, describi ut locum, juxta Job XIV. 2. Cor. XII. Col. III. tandem Brentium castigat, qui dicit, cælum istud nil aliud esse quàm ipsam felicitatem, At 1.)* quomodo potest esse locus aliquis, in quem Christus evectus per ascensionem, cum tamen *ὑψηλῶτερος* factus sit cælis per ascensionem agnoscente ipso, Petro van Mastrich, *Heb. VII. 26.* si E. sublimior factus est cælis, transcendit cælos, & consequenter cælum, in quod Christus ascendit, non potest esse locus aliquis: 2.) Dicitæ nobis non obsuot, vocatur enim cælum illud Domus Patris *οὐρανὸς οὐκ ἐστὶν οἶκος* non proprie, in qua sunt multæ mansiones, stabilitas & perpetuitas; paravit nobis cœcum, *figuratè* scil. quem admodum dixit se esse viam, vitam & veritatem, viam ad illam domum non proprie, sed *figuratè*: Cælum in quod Paulus raptus fuit, dicitur tertium & Paradisus, an verò

crea-

creatum sit nunc increatum, non disputat Paulus, corporeum an incorporeum, & si poneremus fuisse corporeum atque creatum, non tamen Christus ad illud tantum cœlum ascendit, sed ulterius profectus est super omnes cœlos ad dextram Majestatis divinæ infinitæ, *Hebr. I. Ad Col. III.* dicitur ea, quæ sursum esse querenda, sed non quæ sursum localiter, verum spiritualiter, unde *Theophylactus* intelligit supernam vitæ instructionem atque formam, si igitur animo cogitationes & affectus à mundo abstrahimus, carnem mortificamus, verbum meditatur, Christum querimus etiam, tum rectè querimus superna, adeoque regnum DEI est intra nos, quod cum docet *Calvinianus Bullingerus*, scribens, quod *Apostolus dixit, superna querite, h. e. superna curate, non terrestria, & id intelligendum est de vitâ cœlesti?* adeoque & spirituali, quam fideles in terris abdicatis & mortificatis sceleribus, quæ longo mox enarrat Catalogo vivere debent; En *Bullingerum* apertè adversum nostro *Turretino* 3) rectè *Brensius* cœlum dixit nil esse quàm felicitatem incomprehensibilem, & hanc ipsam exprimit domus DEI Patris, quæ aliter accipi nequit in loco allegato.

VII. Dicit, *Christum ascendisse super omnes cœlos aspectabiles*: 2.) *Nihilominus in cœlo esse dici, & tandem implere omnia intelligendum esse de repletionem omnium membrorum Ecclesie per effusionem donorum Spiritus*: At si Christus 1.) ascendit supra omnes cœlos, non ascendit in cœlum quoddam corporeum, si ponamus etiam intelligi cœlos aspectabiles, nam ita non tantum supra cœlum æthereum & firmamentum, sed etiam supra empyreum, quod fingunt *Calviniani*, in quod *Christum ascendisse dicunt*, ascendit; nam ut non concedamus hoc *Turretino*, qui supra omnes cœlos & supra omnem loci conditionem exaltatur, qui omnia substantiâ suâ implet, ille factè ascendit non tantum in cœlum, sed etiam ad dextram divinæ Majestatis: 2.) *Locus Eph. IV.* planè adversatur *Turretino*, nam eminentia ascendentis ibi describitur, quod scilicet collocatus sit ad dextram DEI super omnem Principatum, omnia habeat sub pedibus, sit Caput Ecclesie, quæ insitam eminentiam & dignitatem notant: 3.) *Impletionem* malè exponit de repletionem omnium membrorum & effusionem donorum Spiritus, tum quis sine hoc esset sermo, proculdu-

bio adderentur illa dona, ut *Colof. 1, 9. Phil. 1, 2*. tùm quia donorum, quæ in Ecclesia sparguntur, largitio nulli competit nisi, qui divinâ potentia præditus est, quam Christo Calviniani denegant secundum humanam naturam; tùm quia si de donis loqueretur Apostolus, non omnia impletet, quia illa dona iis tantùm, qui in Ecclesia sunt, non verò qui sunt extra illam, competunt, quapropter rectius dicitur imperium univèrsale hic Christo tribui, expendantur tantùm verba emphatica, impletio enim non Ecclesiæ tantùm, sed omninò Christo tribuitur.

VIII. Dicit, *si Christus conspectus fuerit in medio candelabri esse intelligendum de præsentia Spiritus, & de visione ecstasica*: At concedamus, Johannem vidisse non *oculariter*, sed *ecstasice*, tamen vidit Christum, & quidem in forma hominis, aliud itaque est *visio*, & aliud *objectum visionis*, illa potest esse *ecstasica*, sed *visionis* tum *ocularis*, tum *Ecstasica* est *veritas objecti*, vidit enim illum, qui dicit se fuisse mortuum, cui facies, oculi, os, manus, pedes, mammillæ tribuuntur, & consequenter vidit Christum in humanâ naturâ suâ: De visione Stephani disputat, & 1) dicit, *quod Stephanus Christum in celo viderit, non in terra*: 2) *Quod visio illa fuerit extraordinaria, ita ut insigni acie oculorum à DEO fuerit donatus* (eu à *præsentia Sancto*: 3) *Paralleliam fuisse hanc visionem illi quam Paulus habuit, qui eam voces cælestium, non terrenam apparitionem, & lucem qua illum circumfusisset cælestis gloriosa quidem Majestatis symbolum fuisse, sed non corporis in terra vel in aère præsentis argumentum: nec si in viâ, dicitur Paulus, cum vidit Dominum sequi Christum à Paulo visum in viâ etiam fuisse: sed illustres hæc visiones sunt vindicandæ, cum etiam Euseus Jesaita Merguntinus eludere illis, contra Stephanum Gerlachium ausus fuerit, & Dan. Chismier in Passivitate suâ maximè se fatiget, ut nostrorum argumenta resolvat*: 1.) Visionem Stephani expendamus, dicitur *Act. VII.* cum esset plenus Spiritu Sancto *intentis in cælum oculis vidisse gloriam DEI, & JESVM stantem ad dextram DEI*, visionem hanc fuisse Christi in terra præsentissimi patet, tamen ex eo, quia intentis oculis vidit, ad: eoque visione oculari Christum attigit, *à vicino*, quæ vox in Novo Test. propriam semper retinet significationem, & quidem vidit gloriam DEI, E. præfenserat illa gloria, ut visu illam potuerit assequi

qui, quemadmodum de Apostolis dicitur, quod postquam verbum caro factum, viderint *Gloriam Christi presentissimam in carne, gloriam quasi unigeniti Filij à Patre*, Joh. I, 14. dicitur vidisse **JESUM** stantem ad dextram DEI, in illa gloria conspicuum, parafum ad auxiliandum, qui verò ita paratus est, is præfens assistere debet suo Socio, cui vult opem ferre: tum ex eo, quia ipse *Biza, Calvinianus* stantem explicat per *proprium* præsentem: tum ex eo, quia Filius hominis dicitur visus à Stephano, & quidem secundum ipsum *Calvinum* in eà carne regnantem, in qua fuerit exinanitus, imò *Zwinglius* confert hanc apparitionem cum eà, quæ facta est in monte Thabor, *Matth. XVII.* cum præsentissimum sese exhiberet tribus istis discipulis: 2.) Christum vidisse Stephanum in cœlo nullo argumento probari potest, cum aliud sit videre cœlos apertos, ex quibus Christus præsentem se Stephano exhibuit, & aliud Christum vidisse Stephanum in cœlo: probatur autem nostra sententia partim ex eo, quia non tantum dicitur, Stephanum vidisse cœlos apertos, sed etiam Jesum stantem ad dextram, si verò Jesum vidit stantem à dextris, si vidit ipsum in gloria, non vidit eum remotè, sed utique præsentem, symbolicè verò sese ipsi revelantem & assistentem: partim ex eo, quia cœlum Christi, in quo ille est, supponit *Turretinus*, esse inter ea pedinibus metiendum, cum contra ipse *Martinus Bucerus* gloria & Majestate cœlis deficiat in *Matth. c. XXVI*: partim ex eo, quia est contra *Calvinianorum* sententiam, tam quia illi requirunt ad visionem justam distantiam, corporis autem naturæ repugnat videri Christum in cœlo, & quidem *empyreo*, quomodo enim tam dissitum objectum visu attingi potest? tum ex eo, quia si stella aliqua in cœlo videtur sub specie exiguæ quantitatis, quomodo corpus Christi, quod tantâ quantitate non gaudet, ac stella, potuit videri in cœlo? tum quia hæc visio non facta est sub Dio, sub Cœlo, sed facta est in Aula serdmo agnoscente ex Pontificiis Interpretibus *Liberto Fromundo*, qui scribit, non sub dio, sed in aula erat Stephanus, ubi concilium illud *Rabbinorum congregatum erat*, ex Calvinianis verò ipse *Bullingerus*. 3.) Quod de extraordinaria oculorum acie infert, nunquam admitti potest, tum quia Calvinianis æquè absurdum est, penetrare aciem oculorum per objecta solidissima corpora, qualia tum præsentia erant in aula

aula illa . quàm corpus Christi esse præfens , cum ex hypothefibus  
 Phificis agat , & ided negent corpus Christi fuiffe præfens , quia fi-  
 nitam & circumfcriptum : pariter itaqne fi de vifione naturali fit  
 fermo , dici potest , ne quidem lynteos oculos per murum & tegulam  
 attingere poffe fuum objectum : tum quia ne veltigium quidem aciem  
 extraordinariæ à Spiritu Sancto donatæ eft in Textu : tum quia , fi  
 pucant tantam effe virtutem Spiritus , ut oculis ingeneret aciem ex-  
 traordinariam , cur non admittunt virtutem corporis Christi . quæ eft  
 virtus  $\xi$   $\lambda\omicron\gamma\alpha$  , ut fele præfentem fiftere poffit in terra ? b) Quod vi-  
 fionem Pauli concernit *Ador IX* , illa sane fuit præfentiffimi corporis  
 nam 1.) vocat illam cœlestem apparitionem , non quod fifta fit in  
 cœlo empyreo , fed quod cœleftis , quod divina , quod miraculofa  
 quemadmodum id , quod divinum & miraculofum eft in Scriptu-  
 ris dicitur cœleste effe : 2.) Lux illa , quæ circumfulfit Paulum , fuit  
 lux illa inaccessibilis , quam DEUS inhabitat , *1. Timoth. VI, 16.*  
 ubi autem lux , ubi domus DEI , ibi etiam habitator ipfe DEUS,  
*Pfal. CII, 2.* & ut videns columnam igneam præcedentem Ifraëlitas  
 vidit præfentem ipfum  $\lambda\omicron\gamma\alpha$  , ita quæque Paulus videns lucem illam,  
 circumfulgentem , vidit ipfum  $\lambda\omicron\gamma\alpha$  circumfulgentem : 3.) Non  
 tantum lux illa testata fuit de præfentia Christi , fed etiam fenfuum  
 testimonium , nam & vidit illam Paulus & audivit colloquentem  
 Christum , fi autem Christum colloquentem habuit , præfentem ha-  
 buit , *1. Cor. 13.* quomodo enim fingi potest vocem è cœlo per tam lon-  
 gam diftantiam auditam fuiffe à Paulo ? Præterea confatur tan-  
 tum *1. Cor. 13. & feqq.* cum Loco *Ador. XXII, 14.* ubi dicitur Paulum vi-  
 diffe iuftum illum , & audiviffe ejus vocem ex ipfius ore , Quod ad-  
 dit , *Symbolum fuiffe gloriofa Majestatis non corporis in terra* ! &c.  
 malè dicit , nam fi fuit gloriofa Majestatis Symbolum , ubi Sym-  
 bolum fuit , ibi etiam gloriofa Majestas corporis : Præterea vidit  
 Paulus non fpeciem quandam , fed Christum crucifixum perfu-  
 cutionem paffum in fe & fuis membris mittente Ananiam , quod non  
 dici potest de abfente Christo , aut de quâdam ipfius fpecie , u nihil  
 eam de fcopo Apostoli , qui eft agere contra Pseudo-Apoftholos ,  
*2. Cor. XII* finge Paulum non habuiffe Christum præfentem , non  
 vidiffe ipfum in carne , non fuit par cæteris Apoftholis , cum inter  
 chara-



characteres Apostolicos requiratur visio Christi in carne: non disputavit solidè contra Pseudo Apostolos, qui jactabant vidisse se Christum in corpore, si E. Paulus ipsum tantum vidit in Ideâ, nil conclusit, cum semper excipere potuerint, visionem ipsius corporis præstare Ideali: non solidè resurrectionem probavit *Act. XXVI, 6. 13. 14. 15.* vidit enim non corpus Christi, quod resurrexit, sed speciem tantum illius ex summa distantia ipsi allucentem; addantur *Loca 1. Corinthb, IX, 1. XV. 6. 7. 8. 9.*

## QUÆSTIO XIX.

Disquirat Author, 1.) *quid sit Sessio? &c.* 2.) *secundum qualem naturam?* 3.) *an ad situs rationem pertineat & negat:* Ast ut à posteriori incipiamus utique ad situs rationem pertinet sessio ad dextram secundam effata Calvinianorum, adeoq; eo ipso quo negat, contra Socios disputat: Nam 1.) Bullingerus in *Traß. de Carnâ habet, dextra DEI in Scripturis non tantum accipitur pro immensa DEI potentia, sed etiam pro loco certo in Cælis, ubi Christus cum suis Beatis versatur:* 2.) Non tantum ira Bullingerus sentit, sed & cæteri Calviniani, Beza ad *Tertiam Partem Brentij, de Sessione ad dextram:* Piscator in *Scholiis ad 1. Petri III.* apertè scribens, *dextra DEI, i. e. in eo loco, in quo est dextra DEI;* Addat Zanchius *Quæst. IV. l. 2. de Natura DEI:* 3.) Quia Calviniani semper oggannunt nos ex Scriptis privatorum Dicitâ ipsis objicere, ideoque addimus *Confessionem Helveticam*, quæ Symbolum est Ecclesiarum Reformatorum, ubi *Artic. XI.* ita loquitur, *dextra DEI Patris, ad quam ascendit Christus, accipitur pro loco certo*, si E. dextra DEI est locus, sessio ad eam pertinebit ad prædicamentum situs; quod ipse refutat *Th. II. b)* In *Th. II.* explicat, quid per sessionem hanc sit intelligendum, nempe *figuratè & metaphorice summa dignitas & imperium Christi, Metaphorâ dicitâ à Regum & Magnatum splendore.* 1. *Reg. II, 41.* de Imperio verò *Matth. XX, 21.* Ast 1.) si summa dignitas & imperium Christi notatur, cum major dignitas Angelica dari non possit, cum inter creaturam & Creatorem distantia sit, ut inter summum & infimum, summa dignitas, quæ Christo assignatur per sessionem ad dextram notabit dignitatem, quod ipse *Turretinus* agnoscere aliquatenus videtur personæ illam tribuens *Th. IV. & V.* Alii verò *Calviniani*, qui illam tribunt *λόγῳ ἀοικίω:*

Kkk

2.) Me-

2.) Metaphoram illam à Regum & Magnatum consuetudine non probant, certum quidem est apud Hebræos dignitatem singularem collocatione ad dextram notari, sed apud cæteros Reges & Magnates num pariter obtinuerit, disputant *Cardinalis Baronius & Antonius Nebrisensis*, qui argumenta produciunt, quod sinistra fuerit locus honoratior, ubi maxime provocat ad sigilla, in quibus invenitur Paulus stans ad dextram Petro, hic verò ad sinistram, qui tamen caput Apostolorum: 3.) Loca allegata nil faciunt pro illis; Salomo matrem suam collocavit ad dextram, sed ad humanam non divinam, non DEI Patris, ad quam confedit Christus: conjux regis non dicitur sedere à dextris Messie, sed dicitur stare, pugnare adhuc in terris sub dextra, imperio & regimine Messie: De imperio usurpari seu regni administratione *Matth. XX.* merito disputatur, nam mater filiorum Zebedæi petens ut filii sederent ad dextram & sinistram Christi non petiit tantum imperium & coadministrationem pro filiis suis, sed & principem apud Regem locus, adeoque hæc Phrasis confertur cum illa, 1. *Reg. II, 19.*

III. Dicit, *naturam sessionis Christi ad dextram duo designare Primum summam Majestatem & Gloriam, Secundo summum Imperium, quod patet ex eo quod exerceat in omnes creaturas, & quod ostendit imprimis in Gubernatione & defensione Ecclesie, quomodo explicatur à Paulo 1. Cor. XV. Eph. I. & 1. Petr. III.* At etiam Lutherani dicunt sessionem ad dextram complecti summam Majestatem & gloriam, summum Imperium, quod exerceat in omnes creaturas, tantum diversitas est quoad hanc Exceptionem *Turretini* in relatione ad subjectum, de quo in seqq. 2.) Si notatur summa illa Majestas & gloria, quæ fundata est in citatis locis, vicerunt Lutherani, nam ad *Phil. II, 9. 10.* dicit Paulus, DEUM exaltasse Christum & dedisse nomen, &c. nomen adorabile ab omnibus, ubi observandum 1.) quod notatur verbo *χαιρῶν*, gratia donavit, Christum autem non donavit gratiâ ratione divinæ naturæ, cum etiam ratione sit principium omnis gratiæ, sed ratione humanæ: 2.) Quod dederit nomen supra omne nomen, non autem est nomen tale nisi Jehovah, & hoc nomine notatur ipsa essentia divina: 3.) Quod illud nomen datum sit ut ab omnibus creaturis adoretur, adoratio autem sive cultus religiosus contingit DEO per natu-

rum

ram, carni per unionis gratiam, & quod de carne Christi hoc sit intelligendum, patet ex antecedentibus, quia loquitur de Christo, qui obediens factus est Patri usque ad mortem crucis, qui ut homo inventus, qui in schemate servili cum hominibus conversatus. Alter Locus *Eph. 1, 20*. plane nostram sententiam confirmat, loquitur enim de tali exaltatione naturæ humanæ, quæ est supra omne nomen, At si hoc, cum sublimius nomen non detur nisi quod est supra omne nomen, eo ipso effectus est Christus ad summam dignitatem, & infinitam: de tali exaltatione loquitur, quæ est supra omnes potestates, &c. At hæc est summa Majestas, & quidem infinita: de illa qua ipsi est subjecta omnis creatura sub pedibus atque subdita, E. de infinita, confer. *Psal. VIII, 2. 9. 10*, quem locum non de homine agere, sed de Christo ex Calvinianis agnovit *Job. Cocceius*, atque ita explicavit & vindicavit contra Socios. Locus *Hebr. 1, 3*. mentionem facit dextræ Majestatis in excelsis, ad quam Christus se collocavit, quo ipso dextra DEI designatur Majestatis divinæ, Majestatis in excelsis, adeoque Majestatis infinitæ, conferatur Locus *Lec. 11, 14* 3.) Summum imperium quod Christus exercet in omnes creaturas si intelligatur per sessionem ad dextram, non creata vel finita potestas illa designabitur, summum imperium in omnes creaturas includit omnes creaturas à participatione illius Imperii, subjectionem dicit totius universi. b) Si rò sedere ad dextram per βασιλεύειν exponitur, intelligetur aut regimen divinum aut humanum, non hoc, quod non par Ecclesie defendendæ ab hostibus omnibus ejusque adversariis, E. increatum divinum & infinitum, *Eph. 1. & 1. Petr. III*. Si sessio notat subjectionem omnium sub pedibus, etiam ipsorum Angelorum, Potestatum & virtutum, infinitum dominium notabit illa sessio, cum non detur *απει* Angelica potestas nisi divina, cum inter Angelam, tanquam in creaturarum ordine Superiorem non detur medium inter DEUM & creaturam,

IV. Dicit, *Natura humana non simpliciter competere sessionem, nec natura divina, sed persona, qua recepta sit apud Calvinianos sententia*. At 1.) hic *Turretinus* dissimulat suorum dissentium, qui maxime variant circa explicationem hujus phraseos sedere ad dextram Patris, nam ut nil dicam de illis, qui locum intelligunt, *Zanchius*

intelligit potestatem inferiorem & minorem potestatem DEI: *Sabaes* de manifestatione gloriæ divinæ, *Sobnius* duplicem sessionem fingit, *Polanus* illam de Christo secundum naturam divinam interpretatur, quem suppresso nomine *Turretinus* refert inier alios: *Reckmannus* refert ad utramque naturam, & plures sunt discrepantiæ, si singulas vellemus expendere: 2.) Subdolè agit tribuendo sessionem personæ, non eâ ratione quâ nostri, ut scilicet competat naturæ divinæ, quæ humanæ naturæ sunt propria, sed ut distinguat personam à duabus naturis, prout patet ex Th. V. 3.) Personæ malè tribuit, quod est naturæ, nam a) persona non est tertium quid à duabus naturis distinctum, sed illæ ipsæ dux naturæ, ideoque si personæ in Scriptura aliquid tribuitur, statim secundum *Damasceum* quaestio est instituenda secundum quam naturam: b) Hoc modo etiam patefacit suam heterodoxiam, quod scilicet conspiret cum *Polano*, nam sessio ad dextram si notat summam Majestatem & summum imperium, hocque personæ competit secundum *Turretinum*, tunc aut humana natura particeps facta est illius summæ Majestatis, aut non; si prius, non potest negare communicationem divinorum idiomatum factam naturæ humanæ, quod nunquam confitebitur: si posterius, Christus sedebit ad dextram DEI Patris tantum secundum divinam naturam: g) Hæc ratione introducitur *Nestorianismus*, duplex sessio confingitur, dicit enim *ἀπὸ θελήσεως* esse communia toti personæ respectu utriusque Naturæ, iam si respectu utriusque naturæ, cum ab ipso non concedatur gloria & dignitate infinita fulgere naturam humanam, sed tantum divinam, duplicem sessionem admittit, unam Christo secundum divinam naturam, alteram inferiorem respectu humanæ naturæ, quæ est ipsissima sententia *Zauchy* & *Sohnij*, Professoris quondam *Heidelbergenfis*, At non potest duplex sessio confingi, nisi etiam duplex dextra admittatur, Thronus duplex non potest confingi, nisi etiam confingatur disparitas in isto duplici Throno: quæ autem de officio mediatorio garrit, ea huc non quadrant, nam officium mediatorium non est officium quoddam inferius ipso divino.

VI. Apertè ponit *Nestorianismum* & duplicem infert sessionem, dum dicit, *ratione persona consistere in summa illâ gloria per exaltationem concessâ, ratione natura humana verò in gloria & honore, quò ornata est su-*

per

per omnes creaturas, & quo antea destituebatur, E. duplicem gloriam confingit, aliam ratione divinæ naturæ, aliam ratione humanæ, nam quod alia sit, patet tum ex negatione communicationis idiomatum, tum quia gloriam & honorem, quo ornata est humana natura supra omnes creaturas non vult agnoscere infinitam: tum quia dicitur autem destitutum illa fuisse Christum, adeoque æternam non agnoscit, & consequenter non infinitam.

IX. Dicit, *quævis requiratur ad exercitium omnipotentia & omnipresens, non tamen sequi, ea humana natura Christi esse communicata, nisi scilicet in supposito*, Ast 1.) hoc venenum haussit ex Pontificiis Scripturis, *Becano, Gregorio de Valencia*, qui ita loquuntur: 2.) Per hanc distinctionem planè non respondetur ad id, quod est in quæstione, nempe quid humanæ naturæ beneficio unionis personæ sit concessum, sed tantum dicitur personam secundam Trinitatis, quæ naturæ divinæ unita est, erectam esse ad dextram Patris: 3.) Fallum est hoc personam divinam exaltatam esse ad dextram DEI, ad illam sedere, cum sit ipsa dextra DEI adeoque ad eam sedere nequeat.

X. Disputat de tempore sessionis, *an Christus ab æterno sedet ut vult Thomas & Maldonatus, an vero ab ipso incarnationis momento, ut Brentius, & hanc sententiam refutat Theol. XI. quia Scriptura sessionem post resurrectionem ponat, quia sic fructus resurrectionis eius, qui non potuerit regnum gloriose administrare, nisi vidis hostibus in cruce & ascensione; Ast 1.)* quod concernit sententiam Maldonati nulla est, quia Christus sedet ad dextram Patris secundum humanam naturam, ut patet tum ex concatenato Dico Scripturæ *Rom. VIII, 34.* tum ex antegressa exinanitione, qui enim exinanitus fuit, ille ad dextram DEI fuit collocatus, *Phil. II.* tum ex exaltatione juxta quam enim naturam Christus est exaltatus, secundum eandem se sedet ad dextram DEI, ut constat ex *Act. II, 33.* & *V, 21.* immo verò non secundum Deitatem, sed secundum humanitatem est exaltatus, quia exaltatio præsupponit exinanitionem & humiliationem, quæ in DEUM non cadit: 2.) *Brentij* sententia non est absurda, nam 1.) Christus in medio exinanitionis statum dixit *Matth. XXII.* dictum esse ipsi, sede à dextris meis donec ponam inimicos ad scabellum pedum tuorum, *Psal. XLIV.* loquitur *Brentius* cum Formu-

In Concord. quæ ita habet: *Daher glauben / lehren und bekennen wir / daß des Menschen Sohn zur Rechten der Allmächtigen und Allwissenden Kraft Gottes realiter, i. e. mit der That und Wahrheit nach der menschlichen Natur erhöht / weil Er in Gott aufgenommen / als Er von dem Heiligen Geist in Mutterleib empfangen / und seine menschliche Natur mit dem Sohn des Allhöchsten persönlich vereiniget: 1.) Ex consensu nostrorum Theologorum imprimis Jacobi Andrea, qui plane conspirat nostro *Brentio*, ita ut etiam adversarii eundem adducant, tanquam rem hujus sententiæ: Argumenta autem adducta non concludunt, quia sessio ad dextram potest tripliciter spectari, 1.) prout sese habet in *incarnatione*, 2.) prout se habet in *exaltatione*, & 3.) prout se habet in *plenario exercitio*: In *incarnatione*. Christus ad illam collocatus est, quia humana natura vi unionis personalis accepit divinam Majestatem, potestatem & dominium: In *exaltatione* in quantum manifestata fuit illa gloriæ ac potentiæ Majestas: Denique in *exercitio plenario*, quatenus regimen suum in omnes creaturas administrat, & in die restitutionis omnium, ad novum & meliorem statum evehet, *1. Cor. XV, 24*. Hinc respondetur Scripturam expressè sessionem Christi post ejus ascensionem & resurrectionem collocare, si de sessione exaltationis sit sermo: 2.) Ponamus esse fructum exinanitionis, fructus tamen erit exinanitionis non *simpliciter* sed *unionis personalis*, verum in quantum gloriosa absterfis omnibus imperfectionibus & defectibus: 3.) Utique non potuit regnum mediatorium Christi gloriôsè administrare nisi victis hostibus in cruce & ascensione, sicut autem resurrectio Christi necessaria fuit ad ipsius mortem, quia non est mortuus *simpliciter*, sed tanquam vaso flos & Expromissor, ita iterum non nisi victis hostibus in cruce potest regnum mediatorium gloriôsè administrare, ut tamen antecedenter communicata habuerit divina idiomata quemadmodum ad mortem, quæ est pars officii mediatorii, antecedenter ad resurrectionem fuit requisita communicatio divinæ Majestatis, quæ ipsum sustentavit in media morte & passione, quæ sanguini addidit pondus in finitum, ita ut dicamus redempti sanguine incorruptibili, *1. Petr. 1, 18. 19*.*

XVI. Author vellicat nostros, quod concludentes *dextra DEI est ubiq.*, *Christus sedes ad dextram DEI, B, committans imperium in forma*

forma, propter quatuor terminos: 2.) Confundant statum & officium persona cum proprietate natura, quia ubiquitas sit proprietate natura, At sessio ad dextram status, &c. confundunt locutionem Metaphoricam cum propria: Gloriam & dignitatem cum omnipresentiâ; carnem Christi cum ejus imperio & tam latè pateat essentia carnis, quam ipse regnum ac imperium, quod in DEO quidem verum, in carne verò quamvis glorificatâ à DEO, non item, nec opus esse carnem præsentem esse, ubi regast; Sed respondetur 1.) quod remittit ad, Th. XXIX. id nullius roboris est, ut patebit ex dicendis: 2.) Malè vitium formæ nobis imponit, tum quia hic Syllogismus noster est syllogismus crypticus, ubi scilicet Enthymema quoddam ponitur, atq; loco Majoris probatio ejus: tum quia hoc modo etiam Aristoteles esset accusandus neglectæ formæ, qui *Phys. l. 2. c. 8. 79.* ita argumentatur natura agit propter finem, ars imitatur naturam, E. ars agit propter finem: tum quia Rudolphus Goclenius *Profess. Calvin. Marburgensis Theologiae Studio* huac opposuit Syllogismum, Europa est extra Asiam, Christus est in Europa, E. extra Asiam: Ejusdem planè commatis cum nostrâ argumentatione, ubi tamen si recte consideretur, quæcunque ars est extra Europam illud non est in Asia, patebit falsitas Majoris propositionis, firmissimè stat noster Syllogismus, ita ad formam reducens; Quicunque sedet ad dextram DEI Patris, ille est omnipotens, At Christus; E. Major probatur partim, quia ipsa dextra DEI est infinita potentia & operatio, *Psal. XX, 7. XXI, 9. CXVIII, 16.* partim, quia sedere est imperare, regere, dominari, *Matth. XXIII, 2. Luc. XXII, 30. 2. Thess. II, 4.* partim, quia integra phrasis sedere ad dextram infinitam dicit potentiam & operationem, ut patet ex *Hebr. I, 9. Eph. I, 20. Marc. XVI, 19.*

3.) omnes illæ distinctiones nullius sunt momenti, falsum enim est, ubiquitatem esse proprietatem naturæ, ita, ut non conveniat etiam suo modo humanitati, nec sessio ad dextram dicit statum & officium personæ contradistinctæ naturis: Concedimus insuper locutionem esse figuratam, sed designare imperium infinitum, ut ex Syllogismo nostro confirmatur, non confunditur gloria & dignitas cum omnipresentiâ, quia gloria sessionis dicit omnipresentiâ cum gloria seu omnipresentiâ gloriosam, nec tandem confunditur caro Christi

sti cum ejus imperio, si enim in DEO verum est, in carne etiam glorificatâ verum erit, quia quod DEI est per naturam, id Carnis est per unionis gratiam: Præterea imperfectionis est, si Rex imperet, ubi non est præsens, ut patet ex rege Hispaniæ, non præsentem Neapoli, & tamen ibidem imperante per Pro-Regem: Denique hæc sententia admittit Vicarium Christi, vicarius autem est absentis, non præsentis: Et nonne ita Pontificii applaudent huic assertioni, qui Vicariatum Christi in Ecclesia propugnant, & Pontificem istius Vicarium dicunt.

#### QUÆSTIO XIV.

Author quærit, an Christus pro omnibus & singulis hominibus universaliter sit mortuus, an verò tantum pro Electis: Prius negat, Posterior affirmat: Tb. II. 1.) tribuit hanc sententiam universalis redemptionis Pelagianis & Semi-Pelagianis: 2.) Pro sua assertione adducit Prosperum Epistolâ in Scripto ad Gallorum & ex Pelagianis Faustum l. 1. de Libero Arbitrio c. 4. adducit hic Marcum, qui inter errores Godeschalsi ponit, quod prædicaverit Christum non effudisse sanguinem suum pro salute omnium: Anathemata Pseudo-Concilij Arelatensis. Tandem Prosperum & Fulgentium gratia particularitatem defendisse, quod confirmatum fuerit à Remigio Episcopo Lugdunensi, & Concilio Vaticano Tertio, Seculo IX. habito: Ast 1.) non omne, quod Pelagiani statuerunt, confestim est Pelagianum & hæreticum, nec quod Augustinus statuit, confestim orthodoxum, præmissis si nolo quatur ex sensu Ecclesiæ Catholicæ, sed incidenter respondeat ad objectiones; Posito itaque Julianum Pelagium statuisse universalitatem redemptionis, non tamen in hoc errasse reprehenditur: 2.) Sensus Ecclesiæ non tam discendus est ex Augustino, sed ex Canonibus veterum Conciliorum ac Episcoporum, quibus Pelagij dogma explosum est, & opposita Catholica fides, at multa extant veteris Ecclesiæ hujusmodi monumenta, Concilium Diospolitianum, Carthaginense, Milevitanum, quæ erant Provincialia, Carthaginense universale, Africanum II. Innocentij Episcopi Romani Epistola, Augustinus & aliorum de hæresibus libri: 2.) Pelagiani non tam in hoc fuerunt reprehensi ab Augustino, & cæteris Doctoribus orthodoxis, quod universalitatem gratiæ aut redemptionis statuerint, quam in eo, quod meritis provocatam gratiam



tiam obtulerint Ecclesie, atque ad gratiam merita nostra antecedenter habere se dixerint, ut constat aperte ex Augustino l. IV. c. VIII. &c.

● Testimonia, quæ adducit, non sunt satis firma, nam 1.) Augustinum statuisse Christum pro omnibus esse mortuum, patet ex *Commento in Psal. XCV.* ubi scripsit: *Venit Redemptor & dedit pretium, fudit sanguinem suum, & emittit orbem terrarum, quaritis quid emerit, videte quid dederit; & in fine, quid emerit, sanguis Christi pretium est tanti quid valet? quid nisi totus orbis? quid nisi omnes gentes?* & in *Psal. XLIX.* de Christo loquens dicit: *Qui terram vocavit, & totam terram vocavit, qui terram vocavit, tantam vocavit, quantum fabricavit: nec non l. XX. de Civ. Dei* scribit: *Omnes itaque mortui sunt in peccato, & pro omnibus mortuus vivus mortuus est unus, Cap. VI. 2.)* Prosper quidem adducitur, sed Prosper hic non favet Calviniano, apud eum in illo habetur, *humani generis redemptionem ad eos etiam, qui regenerandi non vult, pertinere, sed ita, ut quod per unicum exemplum gestum est pro universis per singulare Sacramentum celebraretur in singulis, poculum quippe immortalitatis quod consecutum est de infirmitate nostra & virtute divina habet quidem in se ut omnibus proficiat, sed si non habetur, non medetur.* Et de gratia: *Habet illa quod adoptat, sed non habet unquam, quod diluat, contra Pelagianos:* quæ propter hæc verba ita sunt accipienda, quæ scilicet Prosper imponit Pelagio, ut cum cæteris circumstantiis connexa: Præterea quamvis in Indiculo accusationum Gallorum damnabile fuerit dictum, quod non pro totius mundi redemptione Salvaror fuerit crucifixus, hæc tamen factum est ex invidia, quem admodum Adversarius aliquando solet propositionem educere ex alicujus sententia, ut ipsi cumulet invidiam, quod ipsum Prosper testatur, qui inter injusta opprobria, quibus ejus memoriam carpebant, refert hæc Gallorum objectionem. Denique quod *Fauskus* inquit, id pariter cum circumstantiis reliquorum dogmatum, quæ Pelagiani sevebant, est accipiendum: Quod autem *Hincmarus* concernit, hoc ipsum actum est jam Seculo VIII. ubi verè ad *Nicolaum* scribit, inter errores *Godeschalci* fuisse, quod *predicavit Christum non effudit sanguinem suum pro salute omnium, sed hic Godeschalcus* fuit Monachus, qui Presbyterii gradu dejectus, virgis castus, & in Ergastulum detrusus: 2.) Contra hunc *Godeschalcum Synodus Carisiacensis* est

habita, in quibus Canonem oppositi sunt erroribus *Godeschalci*. 3.) Anathemata *Concilij Arelatensis* non fuerant anathemata *Semi-Pelagianorum*, quod probari nequit, aperte autem in *Concilio Arelatensi* anathema illi dictum est, qui Christum non pro omnibus mortuum esse, nec omnes salvos velle fieri dixerit, vid. *Simon Episcopus*, in operibus ad hunc Canonem provocans circa finem: Iam sunt quidam, qui dicunt ipsum *Godeschalmum* confessum fuisse, propter præscia & propria futura mala merita prædestinasse DEUM in mortem quosdam. E. præscientiam fidei admittit, in meritum Christi, E. absolutam deæretum reprobavit, E. Christum pro omnibus mortuum asseruit: s) Quod de *Remigio* & *Concilio Valentino* refert, id ipsum nos non ferit, tum quia *Remigius* non defendit *Godeschalmum* in sententiâ, sed iudicandi & definiendi temeritatem atque rigorem in *Godeschales* in *Carisfacensibus Capitulis*: tum quia non obfcura loca, sunt in *Remigio*, ex quibus constat ipsum universalitatem gratiæ & redemptionis non negasse, aut nomine *Ecclesiæ Lugdunensis* propugnasse: tum quia *Synodus Valentina* docuit, Christi mortem illis prædesse, qui baptismi & gratiæ participes facti, deficiunt postea à fide & salute, adeoque Electi non sunt, at si pro temporariis Christus etiam est mortuus, mors ejus non restringenda est ex mente *Concilij Valentini* tantum ad electos, sed universaliter erit explicanda.

III. Dicit, renovatam esse hæc quæstionem inter Pontificios, quoniam aliqui particularitatem redemptionis cum *Augustino* servaverint, & *Jansenistæ* laudat, nec non *Apologiam Jansenij*, *Catechismum de gratiæ* Art. 1) nobis cum *Jesuitis* nil commune, qui & ipsi *Semi-Pelagianismum* imputamus: 2.) *Jansenium* in alterum extremum delapsum esse dicimus, hinc ab *Urbano VIII. Alexandro VII.* & reliquis propositiones ejus sunt proscriptæ: 3.) Sicut quamplurima habet, quæ orthodoxiam sapiunt *Jansenius*, ita in *Tome suo III. particularitatem satisfactoris Christi* defendit ita, sc. ut sequatur *Augustinum*, si autem, ut ad Th. II. demonstratum, *Augustinus* non defendit universalitatem redemptionis, sed potius particularitatem *Pelagiani* statuebant, utpote inferiores factos saltem peccato statuentes, & consequenter non opus habentes Redemptore, *Jansenius* erit explicandus ex ipso *Augustino*.

IV. Dicit Author, transisse in controversiam à Pontificiis & Protestantibus propter Lutheranos, qui satisfactionis universalitatem cum Jesuitis defendant, adducit 2.) *Brochmannum & Eckhardum*: Et tandem etiam propter *Arminianos*, qui plerosq; suos errores hauserint ex *Molina*, *Lesio*, *Suarezio* aliisq; Jesuitis, atq; hanc inter ceteros de universalitate mortis Christi: Ait 1.) hæc controversia non transit à Pontificiis ad Protestantibus propter Lutheranos: tum quia ipse Author agnoscit Th. II. hanc controversiam fuisse agitatam jam Seculo V, inter *Augustinum* atque *Pelagianos* & sequentes *Semi-Pelagianos*: tum quia Seculo VIII, & IX. hæc Controversia maxime viguit, ubi res fuit cum *Godeschalco*: tum quia, cum Jesuitis & Jansenistis hæc controversia transit ad Protestantibus, nimis recenter transit, cum in hac materia disputatum sit antequam vel Jansenitæ orientar, vel Jansenius cum suo *Augustino* existeret in rerum naturâ Hoc tamen observandum, Lutheranos, qui universalitatem satisfactionis propugnant habere consensum trium Seculorum Ecclesiæ Primitivæ: 2.) Quod *Eckhardum* concernit, disputat ille pro universalitate mortis Christi, quod autem *Brochmannum* in *questionibus allegatis XVII, XVIII, XIX.* non ex professo tractat de universalitate satisfactionis Christi, sed dicta Scripturæ tantum *Esai. LIII. Rom. V. 2. Corinth. V* contra *Polanum* & *Piscatorem* vindicat, quem debuisset refutare, si par illi fuisset: 3.) *Arminianos* vellicat, quod scilicet, hanc Articulum hauserint ex *Molina*, *Lesio* & *Suarezio*, ut Papatum revocarent, Ad quamvis *Molina* & *Lesius* non negent universalitatem mortis Christi, *Franciscus Suarez* tamen prædestinationem absolutam defendit, & consequenter cogitur negare universalitatem gratiæ divinæ & satisfactionis Christi, quanquam ille duplicem defendat prædestinationem absolutam. Primò omnium, ut scilicet, subveniret factorum hypothesebus in meritis operum, de quibus vid. *Martinus Becanus*, atque cum illo ipse. *Beilarminus* conspirat potius *Calvinianis* quam *Arminianis*: Præterea non sincerè tractant *Jesuita* doctrinam de universalitate mortis Christi, & tandem num *Arminiani* hanc sententiam amplexi sint, ut Papismum revocarent, merito dubitatur, cum peculiarem Sectam constituent, Papismum detestentur, & cum *Quinquarticulani* adhuc dicerentur, Calvinianis maxime sese in hac materia proposuerunt.

V. Dicit, *hunc Articulum esse damnatum in Synodo Dortratana & sententiam Arminianorum exponit*: In Parte III. dicit, *Statuta Arminianus Christum omnibus restitutionem in statum gratia & salutis impetrasse, ita ut nemo propter peccatum originale sit damnandus, sed quare, ab istius peccati reatu sint immunes*: Verum hoc in Arminianis non probare possumus, tum quia peccatum originale appositum est Legi divinæ: & nihil aliud nisi in versus Decalogus: Sicut igitur propter aliud quoddam peccatum homo damnationis sit obnoxius, ita etiam propter originale: tum quia infantes, qui non peccarunt in similitudinem Adami propter peccatum originale moriuntur, *Rom. V. ut mors est stipendium peccati, Rom. VI.* tum quia mors & satisfactio Christi non operatur, ut peccatum originale in se non sit damnationi obnoxium, sed peccatum in natura sua relinquit, aliud itaque est poena peccati ratione demeriti considerata, quod semper mortem habet subsequentem, & aliud peccatum, si consideratur sub dispensatione gratia, ex qua consequens est, non actu inferre mortem vel damnare. In Parte IV. Explicationis sententia Arminianæ falsam dicunt: *Christum per suam satisfactionem nulli certe movisse ipsam salutem & vitam, sed tantum Patri acquisivisse plenariam voluntatem ac potestatem de novo cum hominibus agendi scilicet vel operum vel gratia inveniendi*: At Christus 1.) per suam satisfactionem meruit ipsam salutem & vitam. Dicimur enim vulneribus ejus sanati, *1. Petr. II. Isa. LIII. 2.) Patri acquisivisse voluntatem ac potestatem de novo cum hominibus agendi, non satis congruè dicitur, Christus enim Mediator est inter DEUM & homines, 1. Tim. II. E.* merito & satisfactione sua, non tantum impetravit gratiam seu voluntatem & potestatem de novo cum hominibus agendi, sed cum mutua sit relatio inter DEUM & homines, ideoque non tam acquisivit voluntatem & potestatem ipsi DEO, quam reconciliationem etiam hominum, *2. Cor. V. 3.) Christus non acquisivit illam voluntatem & potestatem sordis vel operum, vel gratia inveniendi, sed tantum sordis gratia, si enim acquisivisset voluntatem & potestatem sordis operum inveniendi, non fuisset redemptor generis humani, collabasceret tota satisfactio, non fuisset vas Sponsor & Expromissor noster, qui loco nostro satisfecisset Legi & passus fuisset, qui nunquam sunt sub sordere operum, illi tenentur adhuc ad propriam satisfactionem per opera.* VI. Ag-

VI. Aggreditur suorum sententiam *Cameroni*, *Amyraldi*, &c. ubi observamus. 1.) equidem Professores istos *Salmarienses* statuerunt, DEUM dilexisse totum genus humanum, Christum in mundum mississe tanquam universale remedium, sed amore DEI planè evanido, non tantum, quia illam volunt dispensari per naturam quoad maximam partem hominum, sed etiam, quia statuerunt ex intentione DEI & Christi illum universalem amorem, illud universale remedium non prodesse generi humano, verum paucissimis tantum ex illo selectis: 2.) Ipse *Turretianus* fatetur, illos statuerunt, DEUM non tam salutem intendisse quam possibilitatem salutis, ita ut remota saltem sit impedimentum, quod iustitia salutis ipsorum adponebat: ita ut possit DEUS novum cum iis foedus pacisci, non obstante iustitia, At per mortem & passionem Christi salutem intendit DEUS generi humano, non tantum quoad *possibilitatem*, sed etiam quoad *actualem dispensationem in medio salutis* fecundam: 3.) Prodeunt hi *Salmarienses* suum Calvinismum, dicendo, *decreto alio speciali DEUS decrevisse nonnullis dare fidem, reliquis in incredulitate manentibus*, At hoc ipsum est, quod *Spanhemius* ipsis opposuit, nempe illos tantum propugnasse universalitatem gratiae & mortis Christi, ut *glanoma Luthervanis* obijcerent, in centro tamen convenire planè cum ceteris Calvinianis, Sreniam decretum de dandâ fide est restrictum ad paucos, & nemo salvari potest sine fide, consequens est, quicquid differitur de gratiae & mortis universalitate, frustraneum esse, quia DEUS decrevit per unum tantum largiri fidem: quemadmodum si quis alicui exhiberet opes universi, nec tamen largiri vellet manus, quibus apprehenderet, frustra esset omnis illa operum prostitutio. In hanc sententiam adducit *Cameronus* *Scoto Britannum*, qui singularis fuit in Theologia, Locum *Matth. XVI.* de Petro explicavit, singentibus etiam nonnullis Calvinianis, *Heidelbergae in Theibus* fuit triplex foedus statuit, atque *foedus subserviens* introduxit, quod peccatum offendat, cum tamen non foedus peccatum offendat, sed Lex: *Roman. III. VII.* *foedus subserviens dixit symbolum Ecclesia Judaica carnale*, cum tamen foedus Mosaicum non fuerit carnale, Lex enim spiritualis *Rom. VII.* statuit in utroque foedere vitam promitti, sed in Mosaicò vitam in terris Canaan, foedere gratiae vitam in caelis: quasi Patres

Veteris Testamenti terrenis hujus vitæ beneficiis tantum fuissent saginati, neque hæreditatis cœlestis ex fodere hæredes, contra *AR. XV. 116* quodque oppidè est Socinianum: Denique intellectui nimium tribuit, ex cuius dictamine vult omnem pravitatem in voluntate oriri, quem in hoc castigavit Simon Episcopus *peculiarè Dissert.* sicut autem hunc Doctorem secuti sunt *Tetardus, Amyraldus, &* alii in Gallia improbantur doctrinam *Supralapsariam* & aliquatenus etiam *Sublapsariam*, ita in *Synodo Alouxiensis* anno hujus Seculi XXXVI. permisi sunt cum honore munerum suorum apud suos ministerio præesse, ex quo patet, quanti faciant Calviniani hanc controversiam, &c.

VII. Dicit, *quosdam Christum passurè mortuum esse pro omnibus conditionatè, quosdam absolutè*, atque in hoc differunt Lutherani à Doctoribus Salmuriensibus, qui Christum mortuum esse dicunt *conditionatè*, sub conditione scilicet fidei, Lutherani verò dicunt Christum mortuum esse pro omnibus *absolutè* sive credant, sive non credant, mortuum enim etiam dicunt pro reprobis, adeoque incredulis, ex *1. Corinth. VII, 11.* & sic consequenter

IX. Author dicit, *non quasi, an mors Christi per se sufficiens sit ad salutem omnium 2.) Distinctionem à Patribus usurpatam producit, quod Christus mortuus sit sufficienter pro omnibus, sed efficaciter tantum pro Electis: 3.) Dicit, quare de Consilio Patris & intentione Christi morientis, an scilicet Pater destinaverit Filium suum omnibus & singulis, & Filius eo consilio & eà intentione seipsum morti tradiderit: AR. 1.) malè loquitur Turretinus, & tantum ut colorem quærat horridæ sententiæ, Christum non pro omnibus & singulis esse mortuum, conformiter Theologis Calvinianis in *Collectione Hagienf.* qui dixere, *non infirmamur Christum pro omnibus mortuum esse; Pareo*, qui *forte impostum esse Calvinianis hunc articulum dicit, quod Dominus Christus non pro omnium humanum redemptione sit passus ac mortuus: 2.)* Non possunt negare Calviniani, Christum esse mortuum pro omnibus & singulis, nam in *Collectione Hagienf.* aperte falsi sunt, *Scripturam hoc loquendi modo non semel uti, si itaque Scriptura utitur hoc loquendi modo, qui agnoscunt illam esse principium mysteriorum dextrè sentiunt: qui huic loquendi modo plana & simplici fide adherescunt: 3.)* Detur vel unica causa, cur cum mors*

mors Christi sit infiniti valoris, DEO non visum fuerit illam ad totum mundum extendere? annc E. Christus majori affectu complexus est genus humanum, qui infinitum *λύτης* obtulit pro omnibus & singulis, quàm Pater, qui illud acceptavit? b) Distinctio hæc, quod Christus mortuus sit sufficienter pro omnibus, verum non *efficaciter* est in sensu Calviniano planè conficta & voluntaria: nam 1.) pro aliquo mori non tantum dicit *simpliciter* mori & *sufficienter*, sed etiam *efficaciter*, dicit enim substitutionem alicujus pro altero, & consequenter lutionem alicujus pro altero: Imò ex ipsâ sententiâ *Pharisæorum*, qui negant, Christum pro nobis satisfecisse, mori pro aliquo est mori bono alterius, quemadmodam animam ponere pro fratribus dicimus, 1. *Johan. III, 16.* si E. etiam ex illorû sententiâ mori pro aliquo est bono alicujus mori, ita ut mors illi proficit, consequens est: si Christus pro omnibus est mortuus, omnium bonum esse mortuum, ita mortuum esse, ut mors ipsius omnibus proficit: 2.) Quis hæc distinctio rejecta est ab ipsis Calvinianis, *Piscator* enim dicit, *implicatque contradictionem etenim propositionis pro notas certum finem & scopum morientis Christi, & consequenter etiam effectum, quicquid enim unquam Christus sibi efficere proposuit, id etiam reipsa fecit, si E. proposuit Patri offerre propitiatorium sacrificium pro peccatis singulorum, cerè illud reipsa effecit, ab proinde dicendum erit, DEVM esse propitiationem pro peccatis singulorum, non solum sufficienter, sed etiam efficaciter, vid. ipse Comment. in Tim. II. & *Beza* conspirans in *Resp. part. II. ad Colloquium Mouni pelgard. 3.*) Autoritate Veterum hanc distinctionem colorare vult, nempe *Augustinus Innocenti*, & aliorum. At longè aliâ ratione usurarunt Patres hæc distinctio quàm Calviniani, dum enim dixerunt, Christum *sufficienter* esse mortuum, Christum reverâ pro omnium etiam reproborum peccatis satisfecisse volunt, & quidem *sufficienter*, dum verò non *efficaciter* pro omnibus & singulis mortuum esse volunt, ad effectum & salutarem fructum satisfactionis respiciant, quod scilicet ad illos solos pertingat, qui salutari cordis fiducia satisfactionem illam sibi applicant: c) Quod hoc concernit, id ipsum est, quod in *Calvinianis* maximè culpamus; tum quia censuram Patris in tradendo Filio suo restringunt ad Electos contra dis-*

tam

tam Scripturæ literam Rom. V, 8. dum intentionem Christi morientis non extendunt ad omnes homines contra dicunt, quod legitur 1. *Joban: II, 2.* tunc planè enervando vim & efficaciam mortis Christi, si enim ex consilio Patris & intentione propria non est mortuus pro omnibus & singulis, nunquam fuit consilium Patris, nunquam intentio Christi morientis pro omnibus & singulis mortem oppetendi, contra verba Scripturæ apertissima: 1. *Tim. II, 4. 5. 6.*

XII, Probat Christum non esse mortuum pro omnibus ex eo, quia *servatus erat populum suum à peccatis, adeoq; Servator corporis sui, Pastor bonus, qui animam posuerit pro ovibus suis ac amicis, deniq; mortuus ad colligendos Filios DEI per totum orbem dispersos & ad Ecclesiam proprio suo sanguine redimendam: Ait 1.)* primum dictum nil probat, partim, quia illud non est exclusivè accipiendum, servatus enim erat non tantum populum suum, h. e. Judæos, sed etiam gentiles, nisi velimus dicere, si *exclusivè* accipiamus locum, Christum tantum servatum fuisse populum Judaicum, partim, quia Servator dicitur aliquis in præcisione, non si salutem actu conferat omnibus & singulis, sed si salutem acquirat, quemadmodum Rex Christus dicitur atque jure regnare, etiamsi habeat rebelles subditos, etiamsi sint, qui dicant, *noletus hunc regnare super nos, Luc. XIX, 14.* partim, quia dicitur servare populum suum, ita ut omnis homo comprehendatur sub populo, Judæus & Gentilis, mæceria diruta, quem effectum mortis Christi adferibit Paulus *Eph. IV, 7. 14. &c.* 2.) Pastor bonus dicitur, qui ponit animam pro ovibus suis & pro amicis dicitur posuisse animam suam, quemadmodum enim Apostolus dicit Pastoribus, *annuncio vobis gaudium magnum, quia vobis factus est Salvator, Luc. II.* non restringendo nativitatis bonum ad solos Pastores, sed confestim addendo, omni populo hoc gaudium fore commune: *7. 10.* ita quod si animam suam dicitur Pastor bonus ponere pro ovibus, non excludit cæteros, sed *specialiter* vult hoc intelligi de omnibus: *b)* Christus nunquam dixit, animam se ponere pro ovibus & amicis tantum, quod Calviniani figunt: *c)* Non tantum Christus mortuus est pro ovibus, sed etiam ut ait *Spanhemius* ad absurdum judicet, pro hircis, pro canibus, pro porcis: Si enim omnes consideremus in stipite in Adamo, in quo peccatores non fuimus



falsus omnes, sed miseri homines, pares in miseria & pravitare: Tertium non concludit: 1.) Christus enim dicitur moriturus pro gente, scil. Judæa, At tota gens Judæa non constabat meris Electis, sed maximam partem reprobis: 2.) Dicitur non tantum moriturus pro gente, sed etiam ad colligendos Filios DEI per orbem dispersos, qui scil. ita vocantur, quia tales futuri, & hoc dicitur collegenduras esse, ut itaque Judæos congregare voluit, etsi congregari noluerint, *Matth. XXIII*, Ita etiam filios DEI congregare dicitur per mortem suam, ut ut fuerint ex gentilibus, qui congregari noluerint; adeoque non ex numero Electorum: 3.) Ecclesiam acquisivit proprio suo sanguine *acquisitione cum effectu*, non autem sequitur intentionem ipsius non fuisse universalitatem hominum acquirere suo sanguine, & *Eph. V.* sic dicitur dilexisse Ecclesiam non *dilectione illa generali*, sed *speciali* in unionem propensâ, quâ ratione diligere debent conjuges viri: dicitur tradidisse se propter ipsam, ubi vocabulum *propter* non tantum notat *causam finalem*, quod scil. Ecclesie, bono & emolumento tradiderit, quo sensu Paulus dixit, se pati pro Colossensibus, *Coloss. 1, 24.* sed etiam vicem indicat, quomodo pro iusto mori est iusti vicem obire, ne ipsi moriendum sit, *Rom. 7, 7.* & David pro Absolone mori voluit, i. e. loco ejus: Et in Ecclesia non tantum oves sunt & amici, sed etiam reprobi, E. hoc ipso quoque patet bono reproborum & eorum vice tanquam vadem, Sponsorem & Expromissorem esse mortuum.

XIII. Dicit Author, non valere exceptionem, *Scripturam alibi mortem Christi ad omnes extendere. quia universalitas illa sit limitata, & genera singulorum non singula generum respiciat*, & Th. XXXVIII, ita explicat hunc locum *1. Tim. II, 6.* allegans Calvinum, qui ita interpretetur: At 1.) posito, si Scriptura dicit, DEUM velle omnes homines salvos fieri non intelligendum esse de *singulis generum*, sed de *generibus singulorum*, de variis ordinibus hominum, consequens erit DEUM velle ex omni genere & ordine opificum, militum, studioforum quosdam salvos, imò quia dantur in humanâ naturâ Idololatæ, genus quoddam finaliter incredulorum & impenitentium consequens erit, DEUM velle quosdam ex idololatria, quosdam ex finali impenitentia salvos fieri, at quomodo prius possunt probare Calvi-

niani, dardiscil. tertium genus opificum in mundo, ex quibus DEUS quondam velit salvari, posterius autem oppidum absurdum est & contradictorium: 2.) Absurdissima est hæc distinctio, nam homo est species specialissima, ideoq; non potest distribui homo in genera singulorum, vox enim omnis usurpata de homine, usurpatur de specie, ita ut necessario omnes homines debeant accipi de singulis, non de generibus singulorum: nequicquam ad rem facit, quod opponunt quidam Pharisæos decimasse omne elus, h. e. genera singulorum oleum, Christum sanasse omnem morbum, i. e. genera singulorum morborum omne genus quadrupedum visum fuisse à Paulo, nam olea non sunt species specialissima, sed genus quod in genera singulorum potest distribui: omnis morbus quem Christus sanavit, non est species specialissima, sed genus, sic omne genus quadrupedum ad varias animalium species se extendit: 3.) Stante hæc interpretatione absurdissime possum dicere, DEUM omnes homines elegisse, omnes suscipisse, ut credant in Christum, imò omnes homines creasse, omnes esse reprobatos ab æterno, quia scilicet genera singulorum sunt ex electione, & in singulis ordinibus aliqui sunt, certum est, in generibus singulorum erodunt quidam, & in generibus singulorum quidam sunt reprobatii. Quod autem Calvinum concernit, serè locum 1. Petr. II. accipit de generibus singulorum, interim tamen quoad rem nobis conspirat: Dicit enim etsi DEI voluntas non ex occultis iudiciis affirmanda, ubi exterius signis eam patefecit, non tamen propterea sequitur, quia constitutum habeo, quod de singulis hominibus fieri velit, nam si DEI potentia est Evangelium omni credenti, certum est invitari omnes ad spem vitam æterna, quibus Evangelium offertur: Denique sicut vocatio documentum est arcana electionis: ita quos DEVS Evangelij suscipit participes, admittit eorum possessionem salutis, quia Evangelium iustitiam DEI nobis revelat, quia certum est in vitam æternam ingressus, atq; concludit in summa Paulum indicare voluisse, non esse considerandum, quales tunc essent Principes, sed quales DEVS illos esse velit, est autem officium charitatis quiscunq; vocatione sua complectitur DEVS, eorum salutem vitam studiumq; suscipere, atq; pio votu testari: concedit R. omnes & singulos, quibus Evangelium annuntiat ad spem salutis vocari, in possessionem illius inmitti, atque eo tempore orandum fuisse etiam pro

pro Nerone, quem DEUS voluerit saluum fieri. Imò quamvis *Beza* & *Calvinus* ita commententur, tamen *Dan. Chamier* in *Panstratia* san-  
 sefe illis opponit, & scribit, *mors, cum dicitur DEVM non velle mortem*  
*etiam peccatoris non potest considerari de generibus singulorum, sed in sin-*  
*gulis generum*: Præterea institutum Pauli obstat, iubet enim orari non  
 pro singulorum generibus, sed pro singulis generum, argumento  
 sunt reges & *patres de Virois*, pro quibus sigillatim *Ecclēsia* orat,  
 pro variis temporibus & locis, v. g. pro Nerone, cum hæc Aposto-  
 lus scriberet? non verò est bona ratio, orate pro Nerone, quia DEUS  
 vult aliquos ex Imperatoribus salvos, sed quia singulos: b) Excui-  
 tit, *distinctionem nostram inter impetrationem & applicationem dicendo,*  
*animam suam ponere pro aliquo, satisfactionem, impetrationem & ap-*  
*plicationem saluti propriè designare,* at nullo argumento neque proba-  
 bili ratione id docet: Præterea sibi met ipsi respondet, dixit enim The-  
 silix, *Christum mortuum esse posse intelligi vel sufficienter pro omnibus, vel*  
*efficaciter tantum pro Electis*, E, ipse *impetrationem & acquisitionem*  
 distinguit ab applicatione: Denique falsissimum est *impetrationem*  
 & *applicationem esse inseparabilia*, Servator enim dicitur, qui pre-  
 tium pro aliquo ponit, licet ille pro quo pretium solutum, illud repu-  
 diet: c) *Exceptionem quod Christus mortuus sit pro quibusdam absolu-*  
*tè, rejicit*, sed hæc non est nostra sententia nec Exceptio, agat ita-  
 que in Socios suos, *Amynaldum, Tetardum, Cameronum, &c.* qui  
 hac utuntur, &c. c) *Quartam Exceptionem, nempe Loca adducta*  
*non esse exclusivè accipienda, subnere satagit distinctionem inter exclusi-*  
*vam explicitam & implicitam,* merà petitione principii, quomodo  
 enim probabit in locis allegatis implicitam exclusivam subintelli-  
 gendam? 2.) Exemplum adducit de *Abrahamis semine*, sed ut non di-  
 cam, exempla non probare, euidens est disparitas, quia benedictio  
 promittitur semini Abrahami contradistinctè ad cæteras gentes.  
 Denique exemplum Pauli maximè hæc quadrat, quia sicut ille ap-  
 plicando ad se non excludit cæteros, ita si mors Christi facta dicitur  
 pro ovibus & amicis, non illi excluduntur, qui non sunt oves aut  
 amici.

XIV, Ad nostram Exceptionem respondet, *grati suppon-*  
*Christum Servatorem esse eorum, quibus acquiritur solus, sed non ap-*  
*plica-*

*placatur* : At Servator dicitur sufficientissime, qui salutem alicui acquirit, quicquid deinde fiat de salute acquisita, & non nisi principium petit : 2.) Christus est utiq; JESUS non tantum eò, quod velit aut possit servare, sed quod reipsa & actu servet populum suum, et verò aliud est, Jesum & Servatorem esse *esse*, aliud *effe* : Prius nos dicimus, posterius negamus : 3.) Locus *1. Tim. IV.* planè pro nobis facit, quia Christus dicitur *σωτήρ*, non *inragno potentia*, sed *gratia*, quemadmodum hæc vox in universa Scripturâ temperatur : ut de Servatore in *regno gratia*, adeoque absurdissimum est in priori hemistichio notare conservatorem, in posteriori verò Salvatorem, & vox *σωτήρ* intendit quidem significationem, sed in eodem genere. Vid. tantum *Loca Luc. I. 47. Joh. IV. 42. Act. V. 31.* Locus autem Psalmi evidens discrimen ponit, si enim DEUS servare dicitur homines & jumenta, patet de conservatione non salutarè intelligi posse, quia jumenta non sunt capacia salutis.

XV. Nihil dicit, quia & nos per oves intelligimus Fideles : 2.) *Animam ponere pro aliquo non posse referri ad futuram mortis perceptionem, quando dicitur se dedisse mortem ἀνθρώπων.* Ast hæc Exceptio supra ex *Piscatore* fuit refutata : Nec tertia nos ferit, quia nos non de ovibus *simpliciter* accipimus, sed per oves fideles designari dicimus.

XVI. Concedimus loqui de traditione hunc locum ex amore Christi erga Ecclesiam, sed talis amor exclusionem non dicit : itidem datus traditionem pro his habere sanctificationem Ecclesie, sed non est consequens, tradidit se Christus pro Ecclesia, ut sanctificationem illam ; E. non pro cæteris, alio scilicet sine.

XVII. Rectissime respondetur, Christum sedidisse *ἀνθρώπων ἀντὶ πάντων* per *actuale substitutionem*, et enim sponsor & Expromissor noster : 2.) Multi non semper pro ovibus usurpantur, nec nos ita concludimus : 3.) DEUM illos tantum velle salvos, in quibus operatur velle & perficere, falsissimum est, expendatur enim Locus *1. Tim. II. 2. Pet. III.*

QUÆ

## QUÆSTIO XVIII.

De Adoratione & Cultu, qui Christo  
debetur.

Quærit Author : *an Christus quâ Mediator sit adorandus ?* Disputat itaque de Mediatore, non in quantum DEUS, sed de Mediatore in quantum constat ex humana & divina natura : 2.) Disputat, an ille quâ Mediator officium Mediatoris in se pro nobis suscipiens sit sub hoc formali adorandus : 3.) Adorationem accipit latissime pro omni cultu religioso, qui in Prima tabula exigitur : atq; distinguit, de quâ videbimus in sequentibus : Th. II. dicit, *occasionem quæstioni dedisse non modò Pontificios, sed & Lutheranos, quos per calumniam adiquis vocat allegans Eckhardum & Balduinum, præcipuè verò Socinianos* : At quomodo dicere potest, Pontificios occasionem dedisse huic quæstioni allegando *Thomam*, cum hic apertè neget, *Christum secundum humanam naturam & consequenter ut Mediatorem esse adorandum*, adeoque cum Calvinianis conspiret, qui consequenter etiã dedissent quæstioni huic ansam dedisse : verba *Thoma* sunt hæc, *nam eandemq; personam Christi adorare adoratione latvia propter suam divinitatem, & adoratione civilia propter perfectionem humanitatis* : Quibus gemella habet *Lambertus Danaus*, de quo in sequentibus : 1.) Allegat quidem *Eckhardum & Balduinum*, verum rationes *Balduni* non quidem digito attingit, qui concludit, *Mediatorem quâ talem esse adorandum, tum ex eo, quia personam divinam includat : tum ex eo, quia respiciatur in cultu non tantùm ad personam, sed & ad officium : tum ex eo, quia Scriptura doceat, nos non tantùm in divinam Christi naturam, sed etiam in mortem ejus esse baptizatos, Rom. VI, 3. quemadmodum & in mortem Christi baptizati sumus, ita credimus in illam, qui pro nobis est mortuus, uti concludunt Basilus, Nazianzenus, &c, autem credimus in Christum Mediatorem, eo ipso, quo credimus, eum invocamus & adoramus ut Mediatorem* : 3.) Socinianos producit, qui cultum distinguant in illum, qui offertur DEO Patri, *de causa prima, & in eum, qui Christo tribuitur Mediatori, quâ tali tanquam causa secunda*, At paria dicunt Calviniani, atque sunt, qui negant minorem propositionem, *Lambertus enim Danaus ex Petro Martyre*  
*M. M. 3* *dicit*

dicit, adorationem esse distinguendam in eam, quæ petimus, ut Christus ea præstet nobis, quæ DEVS tantummodo potest dare, & in eam, quæ ab eo petimus, quæ Christi humanitas duntaxat suppeditare potest intercessionem scilicet, & ut sit inter nos & DEVM salutaris Mediator: at annon hæc sunt, quæ Sociniani dicunt, & annon à suis vapulat Danus, qui contra ipsum concludunt, nempe Christi humanitatem duntaxat suppeditare posse intercessionem & ut sit inter nos & DEVM salutaris Mediator non tam competere humilitati, quàm potius divinitati, & mirum non modo id adoptare possit Danus, qui fateatur, Mediatoris apud DEVM officium abri, utriusq. Natura concursu & cogitatione vel esse, vel à nobis intelligi minime posse: 2.) Concludunt contra ipsum, si cogitatio prorsus removenda humanæ naturæ, in adoratione Christi, quid futuram de adoratione Christi, quæ ut DEUS manifestatus in carne adoretur ab Angelis? Dicitur enim desiderare eos introspicere in hoc mysterium, 1. Petr. 1, 12. 3.) Adoratio illa, quæ ad Christum Mediatorem accedimus, non est civilis, E. sacra & spiritualis, per quam flagitamus à Christo bona salutaria & spiritualia, puta mediationis gluten, per quod DEO agglutinemur, ut unus cum illo Spiritus, 1. Cor. VI, 17. quod non accipimus nisi manu fidei salvificæ.

III. Dicit, quæstionem hanc prout inter orthodoxos agitur problematicam esse & minus principalem, alicujus tamen momenti post detectas Socinianorum insidias: Ast 1.) quomodo potest esse problematica, cum humanæ naturæ abroget omnem communicationem divitiæ Majestatis, adeoque in puncto principali de unione personali erret, inq; fidei nostræ fundamentum impingat: 2.) Esse minus principalem dicit & problematicam sc. quia maximè controversa est inter ipsos Calvinianos, Johannes enim Szyllovius simpliciter negat Mediatorem, quæ talem esse adorandum, & habet suos sequaces: Wilhelmus autem Amesius simpliciter affirmat hanc quæstionem & itidem habet Theologos ex cohorte Calviniana, qui ipsum sequuntur: 3.) Non hæc quæstio momenti alicujus esse potest datum, post declaratas Socinianorum insidias, & sese refundit in illam quæstionem, an carni Christi communicata sint Idiomatica divina & natura humana cum divina sit adoranda, quam etiam ante detectas Socinianorum insidias nostri propugnabant contra Calvinianos.

IV. Cir-

IV. Circa formationem quaestionis status dicit non *quari de oratione Christi Mediatoris, nec quodnam sit obiectum materiale, sed de obiecto formali*: 2.) *Particulae istae, quae quatenus, quia, quia vel latius & specificative sumi, vel strictius vel reduplicative*: 3.) *Non sumi hic primo sensu, sed ultimo*: *Art. 1.) An Christus, quia est Mediator, sit adorandus, non convenit in quaestionem, quemadmodum absordè disputaret, qui regem esse honorandum diceret, qui est peccator, sed non quia est peccator*: 2.) *Alii Calvinianis aliter explicant istas particulas, nempe hoc modo, an Christus, qui est Mediator, & constat ex humana & divina natura sit adorandus, quia DEUS secundum illam partem, an verè quia & quatenus est homo, ubi conflatum apparet vires Calvinianum, tum in negativam inclinant, Christum quia hominem adorandum negant, de quo videri potest Almonicus Neostadiensis, & Zacharias Ursinus in ibius Defensione*: 3.) *Qui dicit, Christum specificative adorandum esse, ille obiectum constituit adorationis utramque naturam, si autem reduplicative accipiatur haec quaestio, an Mediator quia Mediator sit adorandus, Respondetur, utique mediatorem etiam quia talem sub hoc formali esse adorabilem & adorandum, tum quia hoc aperte habetur in Scripturis* *Apoc. V. 12. ubi dicitur, dignus est agnus ille mactatus, qui accipias potestatem & divitias, & sapientiam, & vires, & honorem, & gloriam, & benedictionem, quoniam mactatus & redemerit nos sanguine suo*: *Art. agnus mactatus utique est Mediator, & agno mactato tribuitur doxologia, animalia & seniores praecedunt, ex quo haec ipsa ratio adorant ipsum, quia mactatus & redemerit nos: tum quia Christo tanquam Mediatori subiectionem etiam conscientiarum detemus, At subiectione conscientiarum ostendit formalem rationem adorationis. Assumptio habetur Rom. IV, 14. & Eph. V, 24. tum ex eo, quia Christus redemit nos sibi, ut ipsi viveremus, 1. Cor. VI, 20. E. ille est adorandus, Christus enim quia Mediator redemit nos sibi, &c. 2. Cor. V, 18. Tit. II, 14. Et quid multis, annon DEUS Christum proficitis placamentum in sanguine ipsius, Roman. III, 25, quomodo ante se posset esse placamentum in sanguine, nisi ut Redemptor, nisi ut Mediator, in quem debemus credere, & consequenter quem debemus invocare & adorare.*

V. Di-

V. Dicit, non quari de motivis, sed de fundamentis, At & nos dicimus Deitatem esse fundamentum, interim tamen cum hoc fundamento compatibilia esse varia beneficia ab ipso nobis collata.

VII. Dicit, adorationem Christo Mediatori deberi & propriè esse personam Mediatoris, ad quod eam pertinere non tantum quatenus est *Agens* & Filius DEI, sed etiam quatenus est *Jeûs* & Mediator, At sic 1.) aper è: contradicit Lamberto Danao, qui contra Chemitium hæc habet: *Maledictus vir ille, qui stantiam habet in homine & statuit carnem brachium suum, caro autem Christi est vera caro, & homo Christus est verus homo, quare qui ad ipsam Christi carnem adorationem suam dirigit, ac ipse DEI ore est maledictus*; consimilia habet Beza Vol. II. *Apolo- giâ tertiâ, contra Selnicorum*: Si verò maledictus est, qui carni honorem religiosum defert, quomodo adoratio Christo Mediatori debetur etiam quatenus est *Jeûs* DEUS & homo? 2.) In ipsâ propositione nihil dicitur Author, quod habeat rationem solidi alicujuscitati, nam possum dicere ministro Ecclesiæ debetur honor & propriè est illius, adeoque ad personam illius pertinet, verum illi non debetur quatenus est peccator, ejusdem conditionis cum cæteris hominibus; sanè sicut in hac comparatione dico ministro competere honorem, sed non secundum eam rationem, secundum quam est peccator, ita possum dicere, adoratio debetur Christo Mediatori, sed non secundum id, secundum quod habet carnem, adeoque abrogare cultum carni Christi Deificatæ: 3.) Si *Turretinus* agnosceret carni Christi esse communicatam infinitam Majestatem, omnis Lis esset perorata, At hoc declinat omni modo, & tamen agnoscere cogitur, quia dicitur cultum ipsi deberi ut Judici & Filio hominis, *Job. V. ut DEO incarnato & venienti in mundum*, ut agno qui pro nobis immolatus, *Apos. V. ut Redemptori, qui sanguine suo nos redemerit, 1. Corinth. VI. ut exaltato, in cujus nomine statur omne genu, Phil. II. quid autem est adoratio nisi genuflexio?* ut Sponso Ecclesiæ, *Psal. XXV. Sponsus autem Ecclesiæ suæ est Christus*; secundum utramque naturam & in primis etiam secundum illam, secundum quam communicat non habet carnem & sanguinem cum membris Ecclesiæ.

VIII. Dicit Author, fundamentum & rationem formalem adorationis non esse vel naturam humanam, vel officium mediatorum, sed natu-



*nam divinam : At 1.) non exagitabimus , quod fundamentum & ra-*  
*sionem formalem ponat synonymicè , tanquam unum idem dicentia , cum*  
*fundamentum sit principium radicale & remotius , formalis vero ra-*  
*sio sit proximum & intimè efficiens objectum vel actum : 2.) M. id*  
*excludit naturam humanam ab oblecto adorationis , cum licet huma-*  
*natura non sit DEUS , habet inhabitans tamen omne  $\omega\lambda\theta\omega\mu\alpha$  τῆς*  
*θεοτητος , Col. II. 3 ) Officium mediatorum opponit divinitati : At offi-*  
*cium merditorum includit Deitatem , nec absq; illa considerari potest ;*  
*unde adiones mediatoria dicuntur Theandrica , Præterea num non Chri-*  
*stus quæ Mediator est Propheta ille Magnus , qui immediatè propo-*  
*nit verbum DEI , cui credendum ? annon sacerdos , qui nos incorru-*  
*ptibili suo sanguine redemit ; in quem itaq; omnis fiducia est collo-*  
*canda ? Annon Rex , qui in medio inimicorum suorum dominaturè*  
*At quid est adorabilis , nisi dominium DEI spirituale in creaturam in-*  
*sellestualtem , cuius ritu adoratur in Spiritu . Joh. IV. 24. Hebr. XII. 9.*  
*Tandem sicut qui adorat Trinitatem , potest adorare Patrem ut Pa-*  
*tre , Filium ut Filium , Spiritum Sanctum at Spiritum Sanctum ,*  
*potest adorare DEUM ut omniiscium , omnipotentem , optimum ,*  
*ut hæc sibi invicem non opponantur , ita etiam qui Christum adorat ,*  
*ipsam potest adorare ut Patri  $\delta\mu\omega\sigma\tau\omega\upsilon$  , ut DEUM , & insimul ut Me-*  
*diatorem : 6) Dicit , nil creatum per se esse adorabile , solum  $\omega\pi\epsilon\pi\omega\chi\eta\upsilon$*   
*divinam fundare legitimam adorationem , & hoc non competere nature*  
*humanae , qua creata & finita : At 1.) non disputatur inter nos an na-*  
*tura humana præcisè in se considerata sit adorabilis , nec ne , sed ut*  
*in unione spectata : 2.) Philippus Melancthon in Consiliis suis Sophisticis*  
*adscribit , quod contendant Christum post passionem suam non esse*  
*invocandum , ut Mediatorem seu Intercessorem , sed tantum ut*  
*DEUM datorem omnis boni , & nolle dicere : Fili DEI Domine*  
*Jesu Christe intercede pro me apud æternam Patrem ; Calvinus*  
*adè non veretur afferere Christum esse Mediatorem quæ DEUS est ,*  
*ut contrariam pronuntiare asserat prorsus esse diabolicum : Imò Pr-*  
*issius in Defensione admonitionis Neostadiensis , apertè scribit , Christus*  
*quomodo secundum utramq; naturam totus est caput nostrum , Redem-*  
*ptor , Justificator , Mediator , Advocatus , Salvator , Rex & Sacerdos , isq;*  
*secundum utramq; naturam totus est adorandus : Nestorianos itaq; Cal-*

quibus imitantur illi, qui vel duplicem adorationem conſignunt, vel excellentiam naturæ humanæ communicatam, creatam & finitam eſſe dicunt: 1.) Dicit, *cum mediatio opus ſit DEI in creatura & adjuſum contingens ac temporarium, non poſſe legitimam fundare adorationem*: At non eſt contingens ac temporale adjuſtum officium mediatorium, Chriſtus enim fuit Mediator etiam *æternos*, adeoque ab æterno. Mediator eſt in æternum, et Paulus docet *Hebr. VII.* Hinc adratio Mediatoris reſolvitur in Deitatem non tanquam in quid alterius, ſed tanquam in id, quod intimè implicatum eſt perſonæ Mediatoris & officio.

IX. *Mediationem*, dicit, *habere tamen rationem motivi, quam quod de Chriſto exhiberi debeat*: At 1.) hic ſtringit ſuum *Szydlovium*, qui non tantum mediationem negavit fundamentum adorationis, ſed etiam è numero motivorum expunxit. 2.) Laudat Locum *1. Pet. IV.* quem etiam urget *Mareſius* contra *Zydlorium*, ubi fideles commendant animas DEO ad fideli Creatori, adeoque ſub *ratione formali* Creatoris; neque eſt, ut *Szydlovius* reponat, *Creatorem dicere tantum relationem rationis*; nam Creator non dicit *relationem rationis* tantum quæ talis, ſed etiam omnipotens agens, neque præſcindi poteſt à Creatore actio illa omnipotens creandi, & itaque fideles patientes DEO debent animas commendare ut fideli Creatori, etiam poſſunt animas commendare DEO ut fideli Redemptori, prout fecit *Stephanus* in agone ſuo, qui Chriſtum vidit ut Filium hominis, ſtantiem à dextris DEI, atque invocat in ultima mortis horâ, dicens, ſpiritum eſ commendando, *Domine JESU! JESUS autem non eſt ſolâ ſua divinitate, ſed etiam humanitate JESVS, ſuſcipe ſpiritum meum, Act. VII. ſſ. 59.* 3.) Locum laudat *Apoc. IV. & V.* ubi aperte agnus dicitur eſſe dignus accipere librum & aperire ejus ſigilla, quia *maſtatus ab origine mundi, & fidelis redemeris ſanguine ſuo ex omni tribu*, quæ Locus planè pro nobis facit; agnoſcente etiam ex *Calvinianis Guiſtelmo Amſto*, qui maximè hunc locum contra diſſentientes urget.

X. In quartâ Propoſitione dicit, *licet humana natura Chriſti non ſit obſectum adorationis. quod eam terminet, eſſe tamen adjuſtum inſeparabile ſine quo non fiat adoratio, &c.* Aſt 1.) malè dicit, naturam humanam eſſe adjuſtum inſeparabile Deitatis, nimia enim ex-

liter

liter hæc dicuntur, etiã rem rectè pendamus, potius in Scripturâ describitur ut *Subiectum Divinitatis, ut habitaculum: in quo habitat omnis plenitudo Deitatis, Col. II. Dicit 2.) sine quo non fiat adoratio*, sed illud sine quo potest multipliciter intelligi, sine quo *adjuncto* (loquimur ita cum *Turresino*) non sit adoratio ut *personaliter unice*, ut divinis idiomatibus ditato, ita non intelligit *Turresius*, sed sine quo ut *ex æterno adjuncto*, ut à *λόγος* sustentato, ut qualicunque ratione conjuncto ita accipit & explicat, ut patebit in sequentibus: 3.) Dicit, *adorari cum verbo*, sed hoc non sufficit, adoratur enim caro Christi non tantum cum verbo, sed etiam in verbo & ut accepit infinitam Majestatem a verbo: b) Allegat *Augustinum, qui illustret hoc similit Regis, qui cum diademate & Purpurâ adoretur; addit, cum verò longè ætior sit ratio verbi cum carne, quàm Regis cum veste, nil obstat, quò minus dicamus adorationem verbi ad carnem etiam suo modo extendi: Alit rectè Augustinus Sermone LVIII, de verbis Domini, cui potuisset addere eadem similitudine utentem Epiphanium in Anchorato: Verum 1.) Augustinus hæc similitudine fuit usus de Coronâ, purpurâ, Throno, ut contra negantes divinitatem in Christo demonstraret esse unum eundemque λόγος, qui adoratus sit ante incarnationem, & jam adoretur post incarnationem, sicut rex idem priusquàm, sedet aut purpura indutus est, & postquam in illum erectus est, & hanc induit, atque ut purpura vel diadema, quo rex quando adoratur, indutus est, honorem istum non habet ex se, sed si rex illam exuat non amplius adoratur, ita sentendam de purpurâ carnis Christi, ut egregiè explicat Damascenus l. IV. de orthodoxa fide c. IX. 2.) Augustinus his ipsis verbis satis apertè confitetur, se religiosè adorare carnem Christi; *Daneus* verò dicit, *maledictum esse, qui ipsum adoret*: refutat eos, qui cogitationibus Christum separant tanquam λόγος ab homine, & dicit, si hominem separaveris à DEO, illi ego nunquam credo, at *Daneus* separat, duplicem enim adorationem fingit, unam λόγος propriam, alteram ad carnem directam. Deniq; *Augustinus* æternam mortem comminatur illis, qui contempserunt adorare Christum verum DEUM & verum hominem, at *Daneus* ita hominem beatum esse dicit, qui Christum non ut hominem adoret: 3.) Simile hoc non est extendendum ultra tertium, quia*

alias sequeretur, sicut corona, diadema aut purpura ut ornamentum extrinsecè cohzret regi, ita carnem humanam non esse de fabricantià *Λόγυ*, cohzrere ipsi externè, non unitam esse personaliter: Quapropter urgemus contra Turretinum Concilij Constantinopolitani, Canonem VIII. *Si quis non unâ adoratione DEVM verbum incarnatum cum eius carne adoravit, juxta quod sancta DEI Ecclesia ab initio est traditum, anathema sit: c)* Adducit testimonium Athanasi, sed id planè est pro nobis, dum dicit, *Dominam creaturam, incarnatum DEI verbum adoramus, E. verbum DEI in & cum carne: dicit DEI corpus effectam esse carnem, nec istiusmodi corpus seorsim discriminatum à verbo adoratione prosequimur.* At si DEI corpus effecta est caro, non adjunctum, sed subjectum facta est, si non discriminetur à verbo adoratione prosequimur illud corpus, adoramus etiam carnem quâ talem in unione spectatam: Dicit, *verbum à carne longe non seponimus. sed vñ sciamus verbum carnem factum, etiam in carne agnoscimus DEVM* adeoq; ut *Λόγυ* caro facta est, atque intimè sese carni univit, ita etiam nos hunc in carne agnoscimus DEVM, qui scilicet ut Patres quidam loquuntur transfudit Deitatem suam in carnem.

## LOCUS XV.

### De Vocatione & Fide.

#### QUÆSTIO II.

Disputat Author, an reprobi, qui vocationis externæ sunt participes eo DEI consilio & intentione vocentur, ut saluti fiant participes, & an hoc negato DEVM non agere cum illis serid sequatur, sed hypocriticè & simulatè, vel posse injustitiam alicujus accusari? Th. I. mentionem facit eorum, contra quos disputat Calvinianis, & Th. II. asserit negari eo consilio & intentione vocari, ut ipsi à salutè fiant participes, quod veris DEVM nonquam futurum, quia aliter in decreto suo de illis constitueris: At 1.) Si quis vocationis externæ sit participes, tunc sit participes, ut mundo evocetur, tunc sit participes ut salutem consequatur & beatitudinem æternam, E. vocationis externæ DEI consilio & intentione finis est ut salutis fiant participes. 2.) Nisiq; sequitur, DEVM vocet, & tamen salutem non intendat, non agere serid, sed hypocriticè & simula-

simulatè, si Pater aliquis vocet Filium suum ad conferendum aliquid bonum, & tamen nunquàm habeat intentionem illud bonum conferendi, an hoc non pugnat cum sincero Patris affectu: an non potest dici, ipsum agere simulatè & hypocriticè? si hoc obtinet inter homines, quanto magis DEUM dici poterit simulatè & hypocriticè agere, si vocet ad Ecclesiam, & tamen nolit, ut salutis fiant participes Alii, qui vocantur: 3) Potest utique DEUS etiam injustitiæ alicujus accusari, si hoc faciat, is enim injustitiæ accusari potest, qui proponit, promittit, hocq; vel illud bonum spondet, de quo tamen conferendo nunquam habet intentionem: 1) Dicit Author, *intercedere hanc questionem non tantum cum Lutherano & Arminiano, verum etiam gratia universalis Patronis.* In questione antecedente Thesi VIII. tribuit Lutherano, quos cum Arminiano conjungit, quod scilicet vocatio externa in uno sit efficax, in altero non, id ab hominis oriri voluntate, At hoc non tam ab hominis oritur voluntate, quàm à pravitatè & contumacià voluntatis secundum Lutheranos, quapropter confectum derelinquit Lutheranos & ad Arminianos se confert, dicentes, bonam hominis voluntatem efficaciam superaddere, sed hæc sententia planè non est Lutherano, ideoque lusit in ambiguo, dum Lutheranam responsionem promissit, & rationes quas adjicit, nullæ sunt: Non 1.) quia si agit vocationem internam contradistinctam externa *κατὰ νοῦνον*, cum ut digitos suos averit, Lutheranos vocationem internam & externam à parte rei unam eandemq; censere, ut ipse habet in Th. VIII. Non 2.) quia sunt ex nostris, qui illud *Act. XIII.* non accipiunt de prædestinatione aut præordinatione, sed de *μέτρος & ordinis observatione*: Non 3.) discretio enim est duplex, *positiva & negativa*, *positivè* se homo ab homine non discernit, neq; regenitus ab irrogenito, verum tantum *negativè*, quod est in hominis potestate, ita ut nihil debeat gratiæ: Agit autem etiam contra gratiæ universalis Patronos, Theologos Gallos, qui videntes foeditatem hujus dogmatis eidem cum summo opprobrio Calvinianorum renuntiaverunt in *Synodo Alanzonenfi & Charanthonenfi*: 3.) In Th. II. dicit, *reprobos à DEO 1.) vocari per Evangelium*, At qui vocantur per Evangelium, vocantur per medium salutis, *Evangelium enim est potentia DEI ad salutem omni credenti, Rom. 1. & sanctum est Evangelium*

NON 3

LUC.

lium, si per illud vocarentur homines, ut fierent inexculpabiles, ut eo severius punirentur, imò non esset Evangelium: 2.) *Negat eo consilio & intentione vocari, ut salutis reipsa hanc participes*, At Evangelium dicitur illud consilium, quod patet ex *Exech. XVIII. & XXXII.* ubi DEUS juramento confirmat, *nolle se mortem peccatoris, sed ipsum converti ac vivere*, E. non tantum Evangelium, sed & DEUS per illud non intendit mortem, verum conversionem & vitam æternam: 3.) Rationem subjungit, *quia quod non sit consilium DEI, ex eo patet, quod novit DEVS nunquam futurum, quia aliter in decreto suo de eis constituerit*, At hic distinguendum est inter *voluntatem DEI antecedentem & consequentem*, novit utique DEUS nunquam futurum, ut reprobis convertatur & vivat, quicquid sit de futuro, sed non propterea sequitur, E. eo consilio non vocat, ut reprobis convertatur & vivat, quia præcedit *voluntatem hanc consequentem voluntas antecedens*, quæ omnes vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis pervenire, *1. Timoth. II.* fundatur hæc voluntas consequens in *prævisâ repudiatione Evangelii*, propositum itaque fuit *antecedenter* reprobo Evangelium, sed novit DEUS, illum non obtemperaturum, verum repudiaturum illud secundum *voluntatem consequentem*.

III. Dicit, *vocationem externam extendi tam ad reprobos quam ad Electos, sed ad hos primariò & directè, ad illos secundariò & indirectè*, illustrat simili, ut *Piscator jaciendo rete tantum intendit bonos pisces capere, sed indirectè malos etiam bonis permixtos corradi*: At.) si *vocatio externa* spectat etiam ad Electos & *interna* contradistinguitur, quæ Electorum est propria, sequitur *vocacione externa* Electos etiam vocari *internè*, & quod *interna vocatio* non conjugatur cum *externa* apud reprobos, fluere ex *solo decreto* reprobationis *ab soluto*, non ex peccato quodam reproborum, quod mereatur illam gratiæ internæ subductionem: 2.) Posito, quod ad Electos *primariò & directè vocatio externa* extendatur, ad reprobos autem *secundariò & indirectè*, nihilominus extenditur ad reprobos & consequenter gratia vocationis erit *universalis*, reprobi enim non tantum sunt in Ecclesia, sed etiam in Gentilismo, Turcismo & Judaismo: Præterea, quod dirigitur ad aliquem, utur *secundariò & indirectè*, id tamen ad illum

illum dirigitur, & molè dicitur, idèd *secundariò* & *indirectè* ad reprobos extendi, quia cum Electis sint permixti, illa enim permixtio non est causa, cur dirigatur ad reprobos quoque vocatio, sed permixtio dicit tantùm coëxistentiam reproborum cum Electis, quæ non potest esse causa, ut *secundariò* ad illos vocatio dirigatur, sed quia permixtio illa ex parte reproborum est peccaminosa, idèd quæ potius tollere deberet etiam *extensionem secundariam & indirectam* vocationis ad reprobos: 3.) Simile illud non quadrat, quia *Piscator* jaciendo rete *indirectè* corradat malos pisces, hoc enim non fit *per se*, sed *per accidens*, quam tamen distinctionem, cum necesse adhibent, exhibet Author in hæc ipsâ quæstione.

IV. Dicit Author, *finem vocationis bifariam spectari, vel à parte DEI operantis, vel à parte rei & operis*, verum utat finis possit ita distinctè spectari, finis tamen non sese habet sub ratione duplici separatim, nam quibus Evangelium prædicatur, quod intendit salutem ut finem operis, illos etiam DEUS vult salvare ex sua parte, adhibet enim medium huic fini proportionatum: 2.) Simile illud de vitâ per Legem, quæ sit finis rei, sed non finis DEI post peccatum, Authori non conducit, quia finis rei & finis DEI in præconio Legali est vita per Legem, quod autem post peccatum non possit esse hominis felicitas per Legem, sed convictio ejus impotentiz, id factum est *per accidens*, nempe per peccatum, quatenus impossibile erat, ut homo per viam Legalem servaretur: 3.) In vocatione Evangelicâ *finem rei esse dicit salutem hominû, sed non statim respectu omnium vocatorum esse finem DEI*, verum absurdè: nam salus hominis non tantùm pendet ex vocatione Evangelicâ, sed etiam ex consilio & intentione DEI, adeoque semper intentio DEI seu finis operantis, & finis operis sunt conjungenda, vi dicti *Ezech. XVIII. & XXXIII.*

V. *Finem ipsum à parte DEI dicit vel communem esse omnibus Vocatis, vel specialem respectu Electorum vel reproborum, & quod spectet ad commune, dubitari non debere, quia fit jure DEI & officij hominû declaratio, modè ac via salutis demonstratio, & promissio salutis illi, qui conditionem præscriptam habuerint, specialem verbè respectu Electorum ulterius progreditur, nempe ad salutis ipsius ætternalem collationem: Ast si hæc Thesis consistit: ruit antecedens, nam finem à parte DEI ita descripsit, ut*

fit finis operantis, cum operantis intentione conjunctus, quem contradistinxit scilicet à parte rei, adeoque conjuxit cum salute hominis: jam dicit, *finem illum vel esse communem*, adeoque etiam sese extendere ad reprobos, *vel specialem*: 2.) Promissio salutis non tantum facta est iis, qui conditionem præscriptam habeant, sed est univ ersalis, *Tom. II. 2. Pet. III. n. 6*; sub conditionis præscriptæ intuitu DEUS se benevolam exhibet, sed *absolute*, imò videtur hoc modo esse præordinandam esse conditionem præscriptam promissioni salutis, quod oppidè absurdum 3.) *Tantum imperativi vocare DEVM non operative non dicitur*, dici non potest, tum quia secundum ipsum *Chamierum* verbum Evangelii est semen, hoc autem præscindendo à qualitate soli habet vim operativam, & consequenter omnibus, quibus prædicatur, est medium ad salutem, tum qui officium tantum præscribit, neque vires confert ad id efficiendum, illud homini, quemadmodum qui aliquem vocaret ad eorum destitutis manibus & pedibus, illuderet ei: tum quia hæc sententia inclinatur ad *Amyraldismum*, quem tamen hic Autho cum aliis modis declinare studet.

VI. Dicit, *triplicem finem obtinere vocationem, nempe præscriptionem officij, promissionem beneficij, detractionem pravitatis cordis*. At hoc non tamùm respectu Electorum, sed respectu omnium vocatorum obtinet, ut scilicet Evangelium non tantum præscribat officium viribus destitutis, sed etiam promittat beneficium omnibus & singulis: Ita enim dilexit mundum DEUS, ut Filium suum unigenitum traderet pro mundo, ut ratione fructus omnis, qui credit, non peccet, &c.

VII. Format statum quætionis, *an eo animo & consilio vocentur omnes, ut saluti fiant participes, & rationis afferat Negativas, prima est Th. VIII. DEVM non possit vocando eorum salutem intendere, quos ab æterno reprobavit, quibusq; finem & alia media denegat*: At 1.) præsupponitur decretum reprobationis præcedere decretum vocationis, consequenter illi pessimum obdere, quò minus consequi possit id, quod DEUS intendit: 2.) Non potest DEUS saltem eorum intendere, quos ab æterno reprobavit, scilicet *absolute*, et neminem *absolute* reprobavit, sed post prævisam incredulitatem, incredulitas autem di-

-cit 22-



est rejectionem mediatorum, quæ præsupponit oblationem, quod etiam quidam ex ipsi Calvinianis agnoscunt: 2.) DEUS non intendit id, quod scit voluntati suæ esse contrarium, & reprobos saltem intendit, reprobos enim saltem non est contraria voluntati divinæ antecedenti, judiciaria seu consequens sequitur.

Secunda, Th. IX. non concludit, quod scilicet DEUS in reprobis fidem non intendat, qui quoniam medium fidei excitanda omnibus & singularis proponit, in quoque per illud intendit fidem, At DEUS Evangelium annuntiare iussit omnibus tanquam medium excitandi fidem, Rom. X. E. 2.) Fingit sibi Exceptionem, DEUM non intendere quidem eam efficere in reprobis, velle tamen ut ab ipsis habeatur, Lutherani enim dicunt, DEUM non tantum velle ut fides ab ipsis habeatur, sed etiam intendere eam efficere in reprobis, quicunque medium efficacis & causale adhibet, in intendit per id efficere illud ad quod medium ordinatum est, cum actio sit causalitas causæ efficientis: dicit ex hoc colligi, non intendere fidem, quia non dat, At ex hoc non colligitur, DEUM nec dare, nec dare decrevisse, imò denegare constituisse, ut intentio divina pateat, nam non datio actualis & denegatio non est ex DEO, sed ex hominis contumacia medium salutis repudiantis.

Tertia, est in Th. X. Christum testari se suum propositum habere reprobos Anapologiam, non posse dici, Christum non loqui de intentione DEI vocantis, sed de vocantis eventu, quia DEO nihil per actionem & præter intentionem eius contingere possit: Tandem 3.) non absolute esse intelligendum, sed secundum quid, nempe quoad contrarium & rejectum Evangelium illi non annuntiatum, ac factum per horum vocantem: At dicta, quæ adducit præter non patrociantur ipsi, subiectum enim est adventus Christi in mundum, prædicatum autem iudicium, At non potest dici, quod Christus primario venisset ad exercendam iudicium, tum quia Job. III. 17. dicit, se non venisse in mundum, ut illum iudicaret, tum quia in hoc ipso loco non oblatum afferit se venisse in mundum, ut ecclesiæ viderent & illustrarentur luce veræ agnitionis & fidei in Christum, ut patet ex ipso verbo, quem convertit & illuminavit non tantum corporaliter, sed & spiritualiter: tum quia, quod dicit, ad iudicium se venisse, dicit in ordine ad Phariseos

Et *hunc aduentum* per accidens exponit, particulam *ita* fecerunt  
 quosdam non *Ἰουδαίους*, sed *ειδωλούς* accipit, atque non con-  
 sistentem, sed effectum ac consecutionem notare, ubi enim hoc de causis  
 sed hoc fine venit Christus ut Scribæ & Pharisei exciperentur, sed  
 coeque ex adventu & predicatione ejus consecrata est, non per  
 actionem Christi, sed per eorum superbiam & culpam, ut interpre-  
 tantur *Cyrillus, Chrysostomus, Theophylactus, &c. Job. 7. 17.* iterum  
 loquitur de Pharisæis, de locutione illa ad ipsos directa, quæ præ-  
 servati fuissent à peccato, si pervissent, loquitur de negatione excu-  
 sationis, excusasse autem se nequit, nisi cui propositum fuit id, quod  
 faciendum: a.) DEO nihil per accidens & præterintentionem con-  
 tingere posse, dupliciter potest intelligi, aut *ratione scientiæ*, aut *ra-  
 tione voluntatis*, per accidens DEO nil contingit, aut præter ejus in-  
 tentionem, si reflectamus ad scientiam, cum omnes perspiciant sine  
 ipsi, etiam præter intentionem, & per accidens ipsi aliquid contingere  
 potest, si referas ad voluntatem, qui enim vult omnes homi-  
 nes salvos, illi, si non omnes salventur, contingit per accidens &  
 præter intentionem illius, cum omnium salutem intenderet: 3.) Con-  
 demnatum & rejectum Evangelium tribuit Pharisæis, & ob contem-  
 ptum & rejectum Evangelium sceleris reprobati, non itaque *ἀποστόλοι*  
 sed propter incredulitatem: Quarta sequitur in Th. XI. quod scilicet qui  
 vocentur cum intentione salutis, vocentur *καὶ ἁγίοι*: 2. *Nam  
 reprobos ita vocari*: 3.) *Quis si ita vocentur, Deum diligunt,  
 & necessariè iustificentur atq; glorificentur*: Veritas 10) falsissimam  
 est, qui cum intentione salutis vocantur, vocari *καὶ ἁγίοι*. Locum  
 enim *Rom. VIII. 17.* non agit nisi de *ocatione specialis*, secundum quam  
 tales vocati suam vocationem firmam reddunt atque ad finem vitæ,  
 3) *Pet. I. 10.* 2.) Certum est, nullos reprobos vocari *καὶ ἁγίοι*,  
 vocati enim sunt in triplici differentia, quidam enim vocan-  
 tur, & non obtemperant, *Matth. XXIII, 7.* quidam vocantur, ut  
 etiam compareant in Ecclesia, & dicuntur non tantum *κακλήμωνες*,  
 sed etiam *καληδοί*, *Matth. XXI, 6.* & illi vocati possunt esse hypocri-  
 tæ ac reprobi: Denique quidam *καληδοί* vocantur *καὶ ἁγίοι*,  
 verè electi, quo postremo modo certum est nullos reprobos vocari  
καὶ ἁγίοι

*non vocantur*; non verò prioribus modis: 3.) Qui vocati sunt *non vocantur* illi sunt electi *specialissime* sic dicti, & consequentes necessaridè DEUM diligunt, justificantur & glorificantur.

In Th. XII. proponit quidam rationem, nempe *non aliter promitti salutem ex intentione DEI, quàm qui præscriptam conditionem habent*: Ad hoc est falsissimum, cum conditio DEI præscripta sequatur in his, qui obicem non ponunt, dicit tales *oneratos esse & laborantes, sitientes, credentes & penitentes*, At onerati & laborantes non tantùm sunt ii, qui laborem & onus sentiunt, ut Calviniani volunt, sed qui mole peccatorum sunt gravati, quales nos omnes: sitientes non tantùm sunt illi, qui desiderant aquas salutes, sed etiam qui iis indigent, sitis enim non tantùm dicit appetitum frigidum & humidum, sed etiam privationem frigidi & humidum; credentes & penitentes sunt illi, qui acta consequuntur salutem, ex quo ad negationem oblationis N. V. C. 3.) Falsum est, reprobos non dici posse, quod sint onerati, laborantes, sitientes, quia vel maxime modo illis dici potest.

XIII. Proponit rationem ultimam, *sancti universaliter non posse magis dici DEUM omnes & singulos ad intentionem vocantur salutem, quàm ut damnentur*, ut quomodo hoc potest esse consequens, cum universalitas vocationis sermone sit obex reprobationis absolute, & intentionis damnandæ: 1.) dicit, *promissionem conditionatam invidere comminationem oppositam*, at promissio salutis non est conditionata, fructus promissionis est conditionatus, non verò ipsa promissio: 2.) dicit, *pro absurdum est dicere respectu electorum, DEUM eos vocare ad intentionem, ut damnentur, ita non minus esse absurdum, edam intentionem vocare reprobos ut salventur: cum DEUM vocare, esse conditionem nunquam habituros*: quia supponit aliquam hypothèsim impossibilem, DEUM vocare electos ad intentionem, ut damnentur, & supponit hæc comparatio decretum absolutum electionis & reprobationis quasi DEUS scilicet non intuitu fidei elegisset,

& intuitu incredulitatis non approbasset;

quosdam;

# QUESTIO III. De Gratia sufficiente.

Quarta, an detur omnibus? Neg. contra Pontificios, Jesuitas, Lutheranos, mentionem non facit, quos tamen et dignos novissime abire à Calvinianis in omnia contraria. Th. II. refert ex *Petrificati-  
Bellarminum*, qui gratiam sufficientem dicit eam, qua confere possit velle, gratiam autem efficacem, qua homini se excitato & vocato confert ipsam fidem: Th. III. refutat, quia Pelagianorum venenum nobis obtrahat: 1.) Quia omnis gratia ad conversionem debens esse efficax & g.) quia Christus jugulum petas officii distinctionis, dum sicut Paulo, sufficit tibi gratia mea: At 1.) an. in Pelagiani ex eo; quod sufficiens conficit posse, velle, credere, converti, merito debentur, solent autem Pelagianorum naturam velire nomine gratia, & tandem compelli agnoscere gratiam supra naturam in Legis & Evangelii dispositione ambigatam, de possibilitate autem credendi ex gratia sufficiente non erat tunc temporis disputatum: 2.) Quia gratia ad conversionem sufficiens est efficax, verum hoc provenit non ex eo, quod gratia conversionis sit irresistibilis ex merito Calvinianorum, consequenter efficacax, sed ex eo, quod non ut speciei gratia sufficiens & efficacax sibi contradistinguantur: 3.) Illi ipsa ratio quam subjungit, probat unam eandemque esse gratiam sufficientem & efficacem, si enim sufficit gratia divina Paulo eo ipso, quo sufficit etiam efficacax fuit in Paulo, adeoq; male refutat *Bellarminum*: Longè verò melius fecisset, si 1.) in ipsa notasset contradictionem, nam in loca citato describit ita gratiam sufficientem, libro autem VI. & XV. dicit, homo absque DEI gratia, si non possit velle credere, atq; non habet libertatem, ut itaque in citato loco gratia tribuitur et possit credere, ita in libro VI. c. XV. sufficiens gratia ipsa est naturalis parentis, seponit itaque gratiam, atque ita sibi contradicit, & ad partes Pelagianorum inclinat: 2.) Efficaciam gratia refert *L. de gratia l. XII.* ad absolutum predestinationis decretum, ex quo convenienter & congruus modus offerendi gratiam usque Liberi Arbitrii deducit, ut

que

que in hoc conspirat cum Calvinianis: 3.) Hæc sententia non est  
 exemplum Pontificiorum, quod ipsam notasse debuisset Tertullianus,  
 atq; non negare contra Pontificios hæc quæstionem in genere, sed  
 contra quosdam in specie, nam *Gregorius de Valentia* efficacem gra-  
 tiam ex sua naturâ ita dictam vult, quæ semper efficitur, ut causa  
 illius resident in hominis cooperatione & acceptatione: *Martinus*  
*Berzoni* efficacem & non efficacem dicit ob diversitatem modi offe-  
 rendi, quia hæc tali tempore, loco & aliis observatis circumstan-  
 tiis offertur, ut possit & velit gratiæ consentire, alii autem non sic  
 offertur, ita, ut radix prima, quare hæc gratia sit efficitur, ponenda non  
 sit in præscientiâ DEI, sed in libera cooperatione voluntatis: Cui ag-  
 eantur *Matthæus, Lefius* & alii: ex opposito tamen habent in ipso Pa-  
 pæ *Franciscum Zamelam*, qui in Physicâ prædeterminatione volun-  
 tatis humanæ ad actus pios collocat gratiam efficacem, quia *Bonnet,*  
*Alvarez,* etiam ad actus malos intendunt.

IV. Dicit, *Calvinianus non negare certo sensu divisonem istam*  
*admitti posse, tum ratione mediorum externorum, tum ratione inter-*  
*mediorum, tum ad convictionem & apologiam: Act. 1.)* Cal-  
 viniani gratiam sufficientem dum ad hos actus ut effectus restringunt,  
 prætere dicitur, nam *Stat. Anhor.* ad hos tres refert *collebi*  
*Qvid,* ita alii referunt ad hos actus & effectus *divisus*, atque ita dis-  
 tinguunt in ipsâ gratiæ sufficientis relatione ad suos actus & effectus:  
 2.) Dicit, *ad conversionem nullam gratiam sufficientem agnoscimus,*  
*quæ pariter non sit efficiens, sed tamen supponit, efficaciam illam de-*  
*duci ex deo absolute, ex vi irresistibili, & consequenter propter*  
*vim irresistibilem gratiæ volunt esse efficacem: 3.) Gratia suffi-*  
*ciens ex mente Calvinianorum secundum intentionem DEI est non-*  
*nisi totalis, quædam privatio illius efficacie, quæ mediis conversionis:*  
*ex gratiâ DEI in se debet, ex qua homines convertuntur, & ad vi-*  
*tam æternam perducuntur, & sic consequenter etiam totalis privatio*  
*vitæ æternæ vel sufficientis quædam privatio, quæ sine summi*  
*la. DEUM injuria admitti nequit, quod itaque dicit, sufficientem*  
*gratiam est ratione mediorum externorum, id malè dicitur, cum me-*  
*dis externis nunquam sint sine vi ac efficaciam internâ, quod dicit, ra-*  
*tione interne illuminationis, quæ scilicet in illo quædam subsistat, neque-*

alterius pergat, ad illuminationem salvificam, id ipsum at sal-  
sum à nostris rejicitur: Quod dicit a t conversionem, id non est firm-  
per se gratia, cum omnia gratia sic salutaris, sed pertinet ad finem  
per accidens.

V. Formatur statim questio, & dicit, non agi de gratia sive  
auxilio, quod tam innatura quam ingratia continentur, sed agi hic  
de auxilio & gratia salutari ac sufficienti ad conversionem: Alii  
utitur vocabulo auxilii, non enim gratia habet rationem auxi-  
lii, auxilium enim non excludit cooperationem illi, cui auxilium  
dispensator, sed dicit adjutorium tantum, quod coincidit sup-  
posito alterius concursu, at neque gratia sufficienti, neque efficaci  
hujusmodi cooperationem admittit, sed utraque ab illa praescindit.  
2.) Gratia salutaris tripliciter dicitur, quomodo ipsum salutare, a) id  
quod ex intentione DEI ordinatur mediantibus gradibus ad conver-  
sionem & salutem animarum, b) id, quod in ipsa conversione con-  
sistit, per quod ipsam salutem in hac vita inchoative consequimur:  
c) id, quod conversionem & salutem ipsam consequitur, ut pro-  
be hoc observandum contra Massonum, jam si hic disputatur de  
gratia salutari, disputatur de gratia, quae ex intentione DEI me-  
diantibus aliis gradibus ad conversionem est salutaris & ad salu-  
tem animarum, At talis gratia à Calvinianis improbat, qui gra-  
tiam salutarem illam tantam volunt esse, quae reprobis negatur, &  
Electis ex absoluto decreto conceditur: 3.) De gratia dicit, suf-  
ficientem ad conversionem esse, At omnia ad conversionem est suffi-  
cientem, hijs dixere quidam primam gratiam dici posse ad salutem suf-  
ficientem, quod ipsam intelligendam ita, quatenus gratia suffi-  
cientis illa dicitur, cui Major successus vel secundam ordinationem DEI  
potest superaddi, aliàs gratia sufficientem dicitur nostris Theologis,  
quae in se infinitam ac sufficientem ex intentione DEI continet vir-  
tutem ad effectum in acta conversionis sive proportionatam im-  
mediatè producendum, efficax verò nostris Theologis ita di-  
citur ab auctore, quae subsequenter effectum connumerum habet,  
praesupposita ipsa intentione DEI, ex qua illam efficaciam obti-  
net, & quod sufficientis gratia illa sit, quae proportionatam sibi habet  
effectum, vel gradum primam, vel secundam, patet ex eo, quia  
& ta-

Et talentum unum, quod homo potègrè proficiscens uni serwerum tradidit: *Matth. XXV vs. Esai. V, 3.*

VII. Dicitur quæstionem redire, an gratia DEI favor tam benigne singulari respiciat, usq. concernat, ut omnibus sive Ethnicis, sive Christianis, infantibus aut adultis, reprobis sive Electis in statu eorum post lapsum pro loco aut tempore meliord aut immediatè ordinario vel extraordinario gratiam non qualemcumq. sed salutarem & sufficientem ad conversionem neq. externam tantum, sed subjektivam & internam communicet, quod volunt adversarij contra nos, qui negamus: Hic multa involvuntur in hoc statu controversia. Nam 1.) disputatur ab Authoris, an gratia DEI favor singulis tam benigne respiciat, ut omnibus gratis salutarem ac sufficientem ad conversionem subjektivam ac internam communicet: Verum est notandum hic, quod videtur conversionem describere per gratiam DEI favorem, non tamen illa dicat necessarium quid, dicat actus quosdam, qui ex favore DEI procedunt, non autem ipsum favorem formaliter: 2.) Quod de gratia salutari subjektivè ac sufficienti controversiam movet, At salutaria gratia dicitur ambiguo, quemadmodum in superioribus notavimus: 3.) Dicit, quæri, an dispensetur omnibus & singulis sive Ethnicis, sive Christianis, At gratia duplex est, vel extra Ecclesiam, vel intra illam, hinc si quaeratur, an gratia subjektivè interna, quæ est intra Ecclesiam dispensetur Ethnicis, frustra disputatur; quia hi non sunt intra Ecclesiam, si verò sermo sit de gratia extra Ecclesiam male conjunguntur Christiani, qui non habent gratiam extra Ecclesiam, sed gratiam intra Ecclesiam, cum sint membra Ecclesie vel visibilis, vel invisibilis 4) Instatur hæc controversia disputat, an infantibus & adultis communicetur salutaria: At 5) si subjicit absolutam electionis & reprobationis decretam, non quaerendum esset, an infantibus communicetur gratia, sed quaerendum esset, an solis infantibus Electis gratia communicetur, vel an solis absolute reprobatis gratia denegatur: 2.) Rursus dicit, de infantibus Ecclesiam in fide nasci, & mori

morte promittantur, ex Canonis Charitatis ita promittantur, quod scilicet  
 salventur ex singulari Privilegio promissionis parentibus & liberis facta  
 in fidei, *Ita DEVS tuus: Ec. Gen. XII.* At Calvinus charitatem  
 mentionem facit *Parum*, & non obstat simul in licet certa fide te-  
 mendum non esse, quod de fidelium liberis sit, sed ex charitate  
 tantum statendum, quae tamen non raro fallit. Imò facti-  
 cii hujus ex charitate facti fundamentum allegat promissionem di-  
 vinitam, At promissio non est charitatis, sed fidei certissimum &  
 indubitum fundamentum. 3.) Per infantes precul dubio etiam in-  
 telligit infantes baptizatos, verum aut infantes omnium fidelium  
 salventur, aut si non salventur, fieri potest, ut qui in baptismo so-  
 mel acciperent remissionem peccatorum, deinde desistant finali-  
 ter, aut si neutrum dicatur, affirmandum erit, Infantes fidelium  
 omnibus & singulis bona spiritualia per baptismum non conferri, sed  
 esse inter eos Electos, esse etiam reprobes, si primum dicatur, no-  
 stra sententia stabit, & contradictoria Calvinianorum rejicitur; si  
 secundum, possunt illi etiam, qui verè fideles facti sunt per rege-  
 nationem & remissionem peccatorum acciperent, finaliter desistere,  
 quod est contra dogma Calvinianorum de perseverantia fidelium:  
 Si denique tertium, patet discrimen esse inter infantes secundum Calvi-  
 nianorum sententiam ex absoluto decreto, quod intellexerunt Ar-  
 gentinensis Ecclesiae Ministri, qui in Confessione sua Anno XXXIX.  
 Seculi superioris, cui subscriperunt *Bucerus, Capito, Regio*, & re-  
 liqui Ministri, tradiderunt, ut neminem baptizarent nisi hac par-  
 ticula vel expressa vel subintellecta, *Ego, non DEVS, hunc baptizo  
 secundum electionem & propositum divinae voluntatis*, adeoque non ni-  
 si sub conditione infantes esse baptizandos statuerunt, hocque ipse  
 solatio privavit omnes pios parentes, si infantes eorum con-  
 fectim post baptismum decesserunt. v) Dicit, *quasi non id rediret  
 an reprobus ac his illi gratia communicatur*, At quid de reprobis est so-  
 licitus, qui jam absolute reprobationis decreto à gratia & salute sunt  
 exclusi? qui secundum *Zanchium l. V. de Natura DEI, cap. 2.* debent  
 pro reprobationis decreto gratias agere, quod scilicet DEUS ex vo-  
 luntatis decreto vasa irae eis ipsis fecerit, & ad exitium præ-  
 paravit: Imò secundum *Polanum l. IV. Synag. c. I.* Electi etiam gra-



gratias agere debent pro reprobatione aliorum, cum per eam gloria DEI illustretur & Electorum salus promoveatur: Ast quàm impiè hæc dicantur, constat tam ex eo, quod reprobatio nullius hominis absolute facta sit: tum ex eo, quod si DEUS ullum hominem sine intuitu peccati ab æterno destinavit ad exitium, creavit ad infernales cruciatus, gloria DEI non illustretur, sed obtenebretur, gloria enim DEI innotescit ex declaratione idiomatum divinarum, hæc verò ex actibus, qui cum illis consentiunt: At absoluta hominum reprobatio & creatio ad æternos cruciatus non consentit cum idiomatibus divinis, sed ipso *Crocio Calviniano* fatente, pugnat, qui fatetur cum *Fulgentio*, injustam fore justitiam, si DEUS ipse hominem bonum transgressorem faciat, eoque reum & eo nomine puniret, cui conspirat *Petrus Molinæus Gallus*, G. XIII. in *Anatome Armin.* tum ex eo, quia salus electorum hominum ex absoluta reprobatione aliorum nec unquam promovebitur, nec promoveri poterit, &c.

Th. VIII. *Pontificias*, dicit, *pertere auxilium sufficiens ad salutem pro loco & tempore omnibus dari.* Et in Th. IX. *Arminians* stringit, dum scil. usum mediatorum subiciunt *Libero hominis Arbitrio*, imò *progrèdi videantur ulterius ipsi Pontificiis, &c.* Ast 1.) *Pontificii* in eo sunt non reprehendendi, quod dicant, pro *Loco & tempore* omnibus dari gratiam, ut nullus sit, &c. sed in eo censuræ sunt obnoxii, quod gratiam illam sub nomine auxiliorum venditent, adeoque cooperationem hominis admittant. 2.) *Arminiani* in eo maxime errant, quod putant, gratiam illam omnibus & singulis momentis concedi, semperque adesse & movere homines, ut patet ex *Cervino* contra *Molinæum*, cui ex *Pontificiis præluxit lib. VII de Rep. Marcus Antonius de Dominis*: quomodo enim singulis momentis Ethnicis gratia potest dispensari, qui post unum & alterum momentum sibi ipsis relinquuntur, adeo ut DEUS ipsos sinat ire vias suas, *Athor. XIV, 16.* imò tradat in reprobum sensum, *Rom. I. 18. 21, 24, 26.* quanquam enim DEUS tam diu gratiam exhibeat etiam Gentilibus, quamdiu non reluctantur, *Rom. II, 4.* non tamen singulis momentis dispensatur illa gratia: 3.) Quæ de concursu *Liberi Arbitrii* disputat, nos non feriant, sicut & de debito subministrandæ gratiæ,

P p p

tiz,

tur, non enim DEUS ex æquitate tenetur vi novi fœderis dispensare gratiam omnibus & singulis, cum omnis gratia secundum nos sit indebita, uti videre est apud Hülsem. *de Annil. Grat. Div.*

X. Fundamenta duo producit Arminianorum, quæ caduca, primum, nil DEVM ab homine exigere, quod ab ipso non possit præstari, quod Pelagianorum fuit principium: 2.) *Fidem & poenitentiam, quæ sunt conditiones novi fœderis, non præcipi in novo fœdere, nec esse de debito naturali*: At hoc falsum, aliud enim est præcipi absolute, aliud præcipi ex hypothesi status mutati vel mutandi, fides & poenitentia non præcepta fuere in primo fœdere, nec debito naturali, interim tamen ex hypothesi status mutandi vel mutati.

XI. Producit rationes, prima, quia gratia salutis non extendatur ultra decretum, cum sit ejus effectus, At non docuisse DEVM omnibus salutem, quia ut Jacobum dilexerit, ita Esavum odio habuerit: At 1.)posito, gratiam salutarem non extendi ultra decretum, decretum quod; DEI suo modo est universale, DEVS enim vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, 1. Tim. II. 2.) Gratia salutaris non est effectus decreti vel reprobationis vel electionis, gratia enim salutaris est actus quidam ex favore DEI procedens, sed favor DEI & universalis voluntas non est decretum quoddam, si accurate expendamus, prout etiam docet Meisnerus in suis *Disputationibus*. Tandem falsissimum est gratiam salutarem esse decreti effectum, neque *Romanos. IX.* agitur de decreto electionis vel reprobationis, sed de amore Jacobi, & postpositione Esavi.

XII. Secunda ratio est hæc, quia gratia objectiva extensus non sit communis omnibus, At hic nihil nisi mera petitio principii: 2.) Hæc assertio est contra omnes Salmuritanes, qui gratiam objectivam universalem defendunt: 3.) *Act. XXV.* permissio, non voluntas positiva indicatur, quæ adhuc obtinet in Turcis, Persis & Indis, atque optime consistit cum voluntate universali.

XIV. Dicit, *Fidem non esse omnium, at gratiam sufficientem dari omnibus*; Verum nec nos dicimus fidem esse omnium, sed eorum tantum, qui sunt in Ecclesia visibili: 2.) Gratia sufficiens potest dari omnibus, ut tamen non sequatur fides, dantur enim tres gradus in ipse  
gratia

*gratia assistente* intra Ecclesiam, in ultimo autem gradu fides includitur t. 3.) Homo se non discernit ex sententia *Turretini* positivè contra Paulum, sed negativè.

XV. Agit per dilemma, si scilicet *aequalis gratia sit in omnibus, cui effecta sint tam imparia: si verò inaequalis, non posse dici sufficientem & universalem*, At hinc maximè hallucinatur, nam 1.) aliud est amor DEI in genus humanum, qui quandoque nomine favoris & gratiae exprimitur, aliud *dispensatio gratia*, mediorum apparatus, actio procedens ex illo favore, prior est aequalis, DEUS enim dilexit mundum, *Johan. III.* posterior autem inaequalis est, dum aliter dispensat DEUS gratiam suam erga Gentiles, aliter erga Christianos, aliter erga Electos in Christianismo: 2.) Ita afferenda est gratia divina, ut cum ea stet libertas in mediis in gradu & efficacia differentibus, quod patet exemplo Tyriorum & Sidoniorum, quos procal dubio DEUS non tam odio habuit quàm Pharaonem, & obstinatos Judæos, qui majori contumaciâ DEO se opposuerunt, & tamen his, nempe Judæis, majorem gratiam contulit, ut constat ex *Matth. XI. 3.*) Jam pridem *Propter* hoc ipsum notavit, quem tamen *Calviniani* suum esse volunt, *l. II. de Vocatione Gentium c. VI.* hoc modo: *Quis ambigat eos, qui de quibuscumq; nationibus quibuslibet temporibus DEO placere potuerunt, Spiritu gratia divina fuisse discretos, qui & sic parcior & occultior fuit, nullus tamen Seculû se negavit virtute una, quantitate diversâ, consilio immutabili, opere multiformi.* Patet igitur ex inaequalitate gratiae DEI non impugnari posse universalitatem illius principii, nec ex dispensatione ad hunc gradum everti posse sufficientiam ad omnem gradum successivè dispensandum.

XVI. Proponit quintum Argumentum, quod scilicet, *Jansenista commentum hoc rejiciant*, At 1.) *Jansenista* sunt in hoc puncto *Calviniani*, ut etiam per Anagramma *Cornelius Jansenius* dictus sit *Calvini* sensus in ore, ut *Samuel Marefus* ediderit integrum tractatum pro *Jansenio* ejusque propositionibus à Pontifice damnatis, *Jansenistas* itaque producendo, producit testes in communi causâ: 2.) Quomodo monstruosam gratiam sufficientem dicant *Jansenistæ*, sufficientem tamen illam gratiam monstruosam esse dicunt in sensu

tico recepto, cum quibus nos non communicamus: 3.) Laudat *Alvarezium*, ast ille non tantum *gratiam sufficientem* rejicit, sed etiam *physicam* prædeterminationem voluntatis propugnat, quem tamen rejicit & castigat Author quæstione seq. Th. IX.

XVII. producit Argumentum Sextum, *si scil. aliquid accedat ad gratiam illam sufficientem non esse sufficientem*: Verum 1.) quis neget Solem esse sufficientem ad illuminandum hemisphærium inferius, & si aliquis valvas possit ocludere, ne intrent radii illuminantes, ita gratia est sufficiens, ut tamen quid opponi possit isti sufficientiæ: 2.) Efficacia illa non pendeat ab homine, si scil. nihil accedat ipsi gratiæ, homo enim non cooperatur, sed tantum non resistit gratiæ sufficienti: 3.) Gratia utique dicitur efficax tantum ab eventu, non enim gratia sufficiens & efficax distinguuntur, ut species quædam collaterales, sed est una eademque gratia sufficiens & efficax, adeoque efficax tantum dicitur ita ab **Eventu**.

XVIII. Ultimum proponit Argumentum, *quia scil. innumeris non datur cor ad intelligendum Deus. XXIX. nec notitiam mysteriorum DEI, Matth. XIII. nec tractum Patris, Johan. VI. qua sola fuit media ad conversionem*; At I. nil concludit *Locus Deus. XXIX.* tum quia quod non datum Israëlitis cor intelligens, non fuit penes Dominum, sed penes *σκληροκαρδιαν*, impietatem & contumaciam Judæorum, quod patet ex versib. antec. Viderant enim universa, quæ fecerat Dominus in terra Ægypti coram ipsis, Pharaoni & omnibus servis, totique terræ ejus, *ψ. 2.* Tentationes magnas viderant oculi ipsorum, signaque illa & portenta ingentia, *ψ. 3.* E. debebant ex his cognoscere Dominum, in eum credere, quod per stuporem suum hætenus non præstiterant: tum quia Moses conqueritur, quod DEUS ipsis non dederit cor intelligens, &c. habuerunt itaque *gratiam prævenientem*, sed eo ipso, quo conqueritur, quod illa effectum suum non fuerit consecuta, culpam rejicit in Israëlitas: tum quia nullo modo increpans & arguens hoc (non dedit, &c.) diceret, nisi ad eorum quoque culpam pertinere intelligi vellet, nec quisquam ex hoc se excusabilem putet, respondet Augustinus *quæstione*.

*siene I. in Dent. pariter Theodoretus & Rabanus. Secundum non fringit, tum quia notitia mysteriorum DEI non ignota fuit Pharisæis, Christo prædicante illa: tum quia Christus ipse culpam in præiudicium Pharisæorum rejicit, sapientiam scilicet carnalem, quæ est ex Deo eis Jero, Rom. VIII. tum quia agit de iudicio DEI, adeoque voluntate consequente. Tertium nil facit pro Tarretino, tum quia tractus Patris non notat gratiam sufficientem, sed ulterius quid, tum quia tractus Patris duo dicit, nempe Patrem trahentem & obsequium ipsi præstitum, quemadmodum tractus aliàs ex duobus componitur, trahente & tracto: tum quia hæc loquebatur Christus ad eos, qui gratia erant, præventi, quoties enim prædicavit, toties gratiam dispensavit, & hoc tantum voluit, illis propter resisten-  
tiam deesse ultimum illum gradum  
gratiæ.*

Ppp :

QUÆ

## QUÆSTIO IV.

## De Vocatione Efficiente.

Quærit, an vocatio dicatur efficax ab eventu vel congruitate, an verò ab ipsâ gratia operatione supernaturali, Prins negat contra Pontificios & Arminianos & Lutheranos præterit, cum tamen hæc controversia pandat ferè totam Calvinismum, Posterior autem affirmat, atque in Th. X. mysteria Calvinismi pandere incipit: In Th. XI. primam propositionem ponit, quæ transeat, in Th. XII. secundam, quam itidem disputare nolumus.

At in Th. XIII. tertiam exhibet, & dicit, ut *conversio sub duplici ratione possari possit, vel ut habitualis, vel ut actualis, ad utramque DEVS & homo concurrunt quidem, sed ita, ut in utraq; totius actionis gloria soli DEO in solidum tribuere debeat*: 2.) Explicat conversionem habituales seu passivam, dicendo, *ferri per habitum supernaturalium infusionem à Spiritu Sancto: Actuales verò sive activam, per bonorum istorum habituum exercitium, quo affectus fidei & penitentia, & dentur à DEO, & ab homine eliciantur*: 3.) Dicit, *habituales melius regenerationem dici, quia se habeat ad modum nova natiuitatis, quâ homo reformetur ad imaginem Creatoris sui: Actuales verò conversionem, quia includat ipsius hominis operationem, & quamvis ordine temporis vix distingui possint, ordine tamen natura & causalitatis præcedere debere habituales actuales, & actionem DEI, actionem hominis*: At hæc multipliciter celsipat Turretinus, nam 1.) dicit, *conversionem sub duplici ratione considerari posse, vel ut habituales, vel ut actuales*, At nobis conversio est una atque simplex, neque sub duplici ratione illam spectamus, gratia enim DEI *conversiva* non est *habitualis* vel *actualis*, sed gratia DEI non notat habitum infusum, veram motus & actiones DEI gratuitas pro eâ, quam DEUS ipse admittit, efficaciam, ad adequatum effectum sibi producendum directam, quod patet tum ex 2. *Timoth. 1. 9. 10.* ubi gratia & opera, ad quæ referimus habitus, sibi invicem opponuntur, quomodo itaque fieri

feri potest, ut conversio vel gratia conversiva quædam sit habitualis, cum gratia habitibus opponatur: tùm quia sicut gratia vel potius dispensatio gratiæ fit per actus quædam ab ipsâ gratiâ procedentes, ita etiam effectus, qui relinquuntur à pulsibus gratiæ non sunt habitus quidam, quasi essent illi habitus principia subsequen-  
tium actionum: tùm quia gratia divina ejusque operationes in actu conversionis non possunt esse habitus infusi, vel dicendum, ipsam habitus infusionem esse ipsam conversionem, atque sic est actio divina non concurrente homine, vel ipsos jam infusos habitus, & sic conversionem non constituunt, sed subsequuntur: 2) Malè definit *habitualem per habituum supernaturalium infusionem à Spiritu Sancto, actualem verò per habituum exercitium*, quia 1.) supponit per operationes gratiæ infundi homini habitum supernaturalem, & sic proximè accedit ad Pontificiorum sententiã, sic habitus introductionem putat constituere conversionem: 2.) Si actualis conversio dicit exercitium istorum habituum, illa non referenda est ad conversionem, sed ad subsequentem hominis renovationem: 3.) Si actualis conversio consistit in habituum exercitio, homo concurret activè ad sui conversionem, non enim DEUS in homine exercet habitus, sed homo jam à DEO acceptos exercet, operatur, & consequenter cum DEO concurret in sui conversione, ut non dicam, quod actus fidei & penitentis non constituent conversionem, sed consequantur eam, ita quidem ut nostri Theologi propterea reprehenderit *Lettermannum*, qui actum penitentis cum conversione confudit, DEUS enim dicitur convertere, dare penitentiam, *act. V. cognitionem salutis, Luc. I.* non autem dicitur penitere,

III. Respondetur, quamvis in infantibus regeneratio & conversio distingui possint, ita ut infantes, dicantur converti non propriè, sed regenerari, in adultis tamen regeneratio & conversio coincidunt: 2.) Malè dicitur actionem DEI convertentis hominem nunquam esse sine actione hominis convertentis se ad DEUM, hæc enim ratione homo non merè *passivè* se habet in sui conversione, hæc ratio ne statuitur concurrere hominem, & quidem *activè* ad sui conversionem, hæc ratione statuitur DEUM non solum esse causam *con-*  
*ferri*

versionis, atque in solidum tribuendum ipsi esse hunc actum, sed etiam actionem hominis concurrere, 3.) Id quoque concedere non possumus, animam non posse bene intelligere & velle in genere meris nisi per habitus, & dispositiones supernaturales remota sit, at bene intelligere, &c. non sunt actus hominis convertendi, sed jam conversi, idque patet ex ipso Authore, dum dicit, *arborem malam non posse ferre bonos fructus*, At solus conversus est arbor bona, convertendus autem adhuc ad arbores malas est referendus.

XIV. Dicit Author, *DEVM dare non tantum potentiam credendi, sed & πιστεύειν, θέλειν & ἐνεργεῖν, ut in reddendo visu cæcis oculos & vim videndi restituit*, At si DEUS non tantum dat potentiam credendi seu aptitudinem quandam, sed & τὸ πιστεύειν ac θέλειν, conversio non consistit in habitusinfusione, sed in actuum salutarium successiva productione usque ad actum ultimum: 2.) Illud πιστεύειν ac θέλειν explicat per excitationem intellectus & voluntatis ad actiones bonas elicendas, At excitatio facultatum non est aliquid, quod conversionem dicat *transitivè* sive dictam, & adhuc pertinet ad gratiam prævenientem, adeoque supponit hominem nondum conversam, sed demum convertendum: 3.) In reddendo visu cæcis, in reddenda vitâ Lazari utique præcessit apertio oculorum & animæ redditio, verum ita, ut scil. nullam vel cæcus vel Lazarus potentiam habuerit ad actum illum primum vitæ rationalis, sed eundem DEUS uniendo animam cum corpore ipse concessit, nec consideranda hic potentia videndi, anima introductio, sub ratione habitus cujusdam præcedentis, sed sub ratione actus cujusdam introducti, ad quem dein actus videndi & vitales operationes sunt sequutæ.

XV. Adhuc opinioni suæ inhæret de conversione habituali, & in seq. Th. XVI. Dicit, hinc patet, *hominem non se habere trunci in se sui regenerationis*, At 1.) deducit hanc propositionem, ex falsâ hypothesi quasi scil. in actuali conversione homo concurret *abivè & officienter*: 2.) Scriptura hominem confert cum bruto, *Jerms. XXXI, 18.* Theologi quidam adhibent hanc comparisonem cum trunco in hoc  
 tertio



tertio, quod nullam vim vel operationem ad conversionem sui conferat : 3.) Rationes adductæ planè non stringunt nam voluntas est subiectum *delectationis gratiæ*, sed hoc est ultra tertium comparationis, eo ipso, quo est *delectationis gratiæ*, *subiectivè* se habet, non *efficienter* : Non Secunda, quia Spiritus non cogit voluntatem, nempe ut truncus cogitur ab externâ operatione : Nec Tertia, quia voluntas ita renovata, &c. tantùm enim in tertio impotentia comparantur homo irrogenitus & truncus.

Proponit quartam propositionem, & dicit, *gratia efficientis motionem nec Physicam nec Ethicam descendam, sed supernaturalem & divinam, qua utramq; illam sibi in quodamtenus includat*, At 1.) annon hic occultet Calvinismum suum, meritò dubitamus, nam a) dum dicit, *nec Physicam nec Ethicam* propriè dicendam esse, Tò *Physicam & Ethicam* accipit in illâ significatione, quæ Physicis & Ethicis est consueta, qua & ipsi nos non admittimus, interim tamen si vocabulo operationis Physicæ in *sensu Metaphysico* accepto intelligat operationem realem, non possumus non negare conversionem esse actum quendam Physicum, etiam prout procedit à verbo : 2.) Non sunt opposita esse supernaturalem operationem vel Physicam & Ethicam, quia dicuntur operationes quædam Physicæ & Ethicæ quantum ad genus & analogiam ex Philosophiâ explicatæ, quæ ratione individi sunt suprâ naturam, & consequenter supernaturales : 3.) Male hoc explicat dicendo *ad modum Physicum pertinere, quod DEVS Spiritu suo nos creat, regeneret, &c. ad Moralem, quod verbo doceat, inclinet, &c.* At non tantùm vis moralis verbo est tribuenda, quia hic non agitur de verbo quâ tali, sed de verbo DEI, quod est potentia DEI ad salutem omni credenti, & consequenter quod agit, non tantùm *moraliter*, sed etiam *physicè* eo ipso, quo non tantùm est verbum, sed etiam verbum DEI.

XXIII. Proponit suum Calvinismum, talem propositionem formans, *licet Spiritus in vocatione effici non agat sine verbo, non agit tamen mediatè per verbum, sed cum verbo, immediatè etiam operatur in animam, ut vocatio effectum suum necessariò sortiatur.* Hæc propositio 1.) est ambigua. dicit enim, non agere tantùm mediatè per

verbum Spiritum, sed cum verbo, dolus istum prodit Marcus Beumlerus in *Defensione doctrinae Calvinianae de Ministerio*, ubi scribit. *Præcones Evangelij verbum prædicatum & Sacramenta esse instrumenta media & organa Spiritus Sancti, quibus nobis cælestia dona annuntiantur, offerri ob oculos poni, & confirmari sinat, ita ut ipse simul vel unà, μέσση τῶν ἀγγέλων / fidem, regenerationem, vitam æternam in cordibus credentium accendere, operari, conservare & augere velit.* Atque ita Author noster per verbum exponit cum verbo, adeoq; τὸ PER ipsi non character est *causa subordinata*, sed solùm *collateraliter* alicujus correquisiti; 2.) *Immediatam operationem* statuit Spiritus Sancti *in animam*: At si immediata datur operatio Spiritus Sancti in animam, consequens est 1.) falsum dixisse Christum, *Job. XVII, 2. Rogo pro iis etiam, qui per verbum Apostolorum sunt credituri in me*: falsum quod dixit Paulus, *fides est ex auditu, auditus verò per verbum DEI, Roman. X, 17.* falsum, quod dixit David, *Psal. XIX, 8. Lex DEI convertens animas*: In his enim dicitis fides & consequenter conversio tribuitur verbo Apostolorum, auditui verbi, imò aperte dicitur, legem Domini sive verbum DEI convertere animas: 2.) Si Scripturam consulimus, comparat illa verbum cum igne, *Jerem. XXIII,* cum pluvia, *Esa. LV, cum semine, Marc. IV,* At hæc, ignis scilicet, pluvia & semen non se habent *collateraliter* & per modum correquisiti ad producendum calorem, fructificationem & incrementum, sed *efficienter*: 3.) Egregie concluderunt *Remonstrantes* contra *Calvinianos*, quod scilicet, hæc ratio: aut omnis conversio sit neganda, aut irresistibilis Spiritus gratia dicenda, nam si præter verbi operationem distinctus ac immediatus Spiritus Sancti actus requiritur, aut *collateraliter* aut *successivè* in conversione utrumque verbum & Spiritus agit *collateraliter*, ut verbum fungatur suis partibus, & agat quantum in se est, Spiritus verò associatus verbo etiam juxta verbum suas functiones explicet, ut ex duplici efficacia, Spiritus & verbi concursu, *ὑποτίθεσθαι* conversionis resultet: *Successivè*, ut quando verbi efficacia desit, tunc porro incipiat Spiritus agere, & effectum vi sua irresistibili producat, si priori modo tunc uti verbo tanquam *causa particulari & collateraliter* potest resisti, ita etiam tota conversio impediatur, nam sola Spiritus Sancti gratia ut altera *collateralis causa & particularis hæc* -  
aus

tus non potest producere effectum conversionis, aut si solus Spiritus Sanctus nihilominus producit conversionem, non ager cum verbo collateraliter, & porro verbum ut causa collateralis planè erit supervacaneum, & non necessarium, quod enim fieri potest per unam causam, non debet fieri per plures: si posteriori, sequitur, si precedenti verbi actionibus potest resisti, etiam irresistibilem gratiam sibi & impediri posse; imò debere impediri, quia non statuit DEUS conversionem operari nisi recepto verbo, vel si nihilominus dicatur, Spiritum per potentiam suam conversionem operari, operabitur etiam in his, qui verbo resistunt, quod planè est contra Scripturam, imò verbo nil erit opus, quia DEUS etiam sine hoc conversionem operari vult, videantur *Acta Synodalia parte II. Art. IV. pag. 128. 5.*) Non possumus conciliare cum hac propositione Turresini, quæ disputat Daniel Chamier contra Stapletonum, *l. VI. Can. V.* ubi efficaciam Scripturæ commendat, & dicit, *haberi illam à sese in corda efficaciam*, & respondet 1.) *verbum scriptum si concedatur esse aliud numero à verbo predicato, non tamen valituram instantiam Stapletoni, quia hac efficacia non procedat à predicatione proprie, sed à verbo DEI, à quo moveantur corda, itaq; hoc Axioma verum esse, omne verbum DEI habet hanc efficaciam*: Respondet 2.) ad Secundam Exceptionem: *Etiam si verum sit non omne semen, quovis loco solum, proferre fructum, non tamen verum esse seminis nullam esse vim, omne enim semen suam in se divitiarum habet, ut ex se germinet, abeatq; in frugem, idem iudicium de semine caelesti, i. e. verbo DEI.* Tandem ad Tertiam Exceptionem respondet, *facere DEVM cooperari verbo suo tum predicato tum scripto, sed nihil esse in eo efficaciam, non sequitur, sic enim cooperari oportet semini & Solem & solum, sed tamen seminis nullam esse vim nemo sanus dixerit*: Imò verò, quia scimus totam hanc efficaciam esse à Spiritu Sancto, idèò Scripturam asserimus hanc habere, quia si nullam habet, tum ne quidem habet à Spiritu: b) In hac Thesi dicit, *Spiritum non agere sine verbo, nec dubium esse, quin apta & sapiens eius dispensatio multum conferat ad boni operis successum, deniq; quantacumq; sit efficacia verbi non tamen sufficere sine immediata Spiritus operatione*; At 1.) si Spiritus non agit sine verbo, aut non agit sine verbo ut principio collatera-

*li, aut ut principio subordinato, si prius, verbo divino efficacia ab-*  
*rogatur, & tandem in Spiritum refunditur: si posterius, frustra sen-*  
*tentia illa obtinet, & sibi ipsi Turretianus contradicit: 2.) Plus Tur-*  
*retianus circumstantiis conversionis tribuit, quam ipsi verbo, nem-*  
*pe clare propositioni opportunè factæ, hanc enim dicit, multum*  
*conferre ad boni operis successum: At non tam circumstantiæ, quam*  
*ipsum verbum multum confert ad boni operis successum, imò*  
*unicè absolvit conversionem, quia non est verbum qualecunque,*  
*sed verbum Spiritus, Joh. VI. 2. Corinth. III. 3.) Dicit, verbum*  
*quantavis evidentia & opportunitate propositum non possit producere eff-*  
*ectum conversionis, quo ipso inefficaciam tribuit verbo tam circa re-*  
*probos quam circa Electos: Si enim verbum naturâ suâ non esset*  
*efficax, sed hoc tantum ab extrinseco accederet, quando apud*  
*Electos prædicatur, utique etiam verbum apud illos inefficax erit,*  
*efficaciam verò nanciscetur demum ex accedente Spiritus gratia,*  
*adeoque & conversio Electorum non erit mediata per verbum gra-*  
*tia, sed per virtutem separatam Spiritus Sancti à verbo: Præterea*  
*ita efficacia dependebit ab objecto, si enim apud Electos demum sit*  
*efficax, in se autem etiam, quando reprobis prædicatur, omni in-*  
*ternâ vi destituitur, utique suam efficaciam ab objecto, absolutè scilicet*  
*prædestinatis accipit. Tandem effectuum supernaturalium verbo*  
*tributorum titularis ac simulata erit jactantia, si enim verbum per*  
*se efficaciter non producit conversionem, tunc titulos tantum*  
*& objectivè atque significativè dicitur convertere, regenerare & sal-*  
*vare animas. c) Uberius exponit, dicendo, duo ad conversionem*  
*requiri, objectum quod extrinsecus offeratur menti, & facultatem, qua*  
*inens id recipiat, facultatem autem esse plane corruptam, idè duplici*  
*gratia homini convertendo semper opus esse, sc. objectiva & subjctiva: Ve-*  
*rum 1.) & nos dicimus objecti propositionem esse necessariam & facul-*  
*tatis reformationem, & Scripturæ seu verbo DEI non tantum*  
*tribuimus objectivam mysteriorum propositionem, sed & faculta-*  
*tum reformationem: 2.) Non videtur sanè loqui, dum dicit, reman-*  
*sisse in homine potentiam naturalem intelligendi ac volendi, dispositio-*  
*nam verò moralem bene judicandi ac volendi ita intercidisse, ut non pos-*  
*sint amplius moveri per appulsus objecti ad rectum sui exercitium. Hæc*  
*enim*

enim videntur desumpta ex Schola *Amyraldi*, qui semper distinguit inter *potentiam naturalem & moralem*, & obitare dicit, operationibus spiritualibus, illæsa & salva potentia naturali: 3.) Duplici gratia homini convertendo opus esse & nos dicimus, nempe objectivâ & subjektivâ, verum utrumque munus tribuimus verbo, adeoque non separamus *gratiam subjektivam* ab *objectivâ*, & hoc volunt *Calviniani*, unde distinguunt verbum externum ab interna virtute Spiritus Sancti; & *Boumlerus* scribit, *Petrum, Paulum & Christum concionatos quidem fuisse, sed nullam virtutem divinam in verbis aut Scriptis eorum esse reconditam, aut à Christo verbo suo communicatam, quæ in Schwenckfeldianismum desinat, prout analogiam Schwenckfeldianismi & Calvinismi docuit Jacobus Heilbrunnerus, C. I. in Libro, cui titulus Schwenckfeldo Calvinismus, pag. 5. & seqq.* Imò verè laudavit *Petri Agricola* enuntiatum, qui inter Apophthegmata sua etiam hoc habuit, *Calvinianismum, Anabaptismum & Schwenckfeldianismum unum esse pulmentum tribus Patinis proposicum.*

XXIV. Vult probare hanc fuisse Veteris Ecclesie sententiam; contra *Pelagium*, At 1. *Pelagius* naturam vestiebat nomine gratiæ, dein pressus ab orthodoxis Legem & Evangelium nomine isto coloravit, sed ut ostendant tantum faciendâ & credendâ: 2.) *Pelagius* nullam vim verbo tribuit in corda penetrantem, ut ipsi *Calviniani*, cum nos statuamus etiam gratiæ assistenti, quæ exterius adhucdum agit, tribuendam esse vim interius corda tangendi: Sed denique quicquid proponit ex *Augustino*, id plaudè non contra nos, sed etiam dicimus, Spiritum Sanctum operari *intrinsecus*: Ut valeat quid *Medicina*, quæ adhibetur extrinsecus. Imò in *Litania nostra* idem dicimus, ubi petimus, *setis Helliger Geth und Kraffe werde zu dem Wort gegeben*: Ex his probè explicatis facili negotio omnia sequentia Argumenta queunt solvi, nec non  
 Judicium huculentum formari de questione  
 Quinta.

## QUÆSTIO VI.

Author 1.) disputat, *an gratia efficax operetur tantum suasio-  
ne quoddam morali, quam homo vel admittere vel rejicere possit, an verò  
virtute invictâ ac omnipotente, cui nullum resistere possit hominis Arbi-  
trium, & prius negat, posteriùs autem affirmat, contra Pontificios &  
Arminianos: In Th. II. 2.) ponit statum controversiæ, & tandem  
in Th. III. voces resistibilitatis & irresistibilitatis Barbarismi accu-  
sat: At 1. in ipsâ quæstione videtur medium quoddam admitten-  
dum inter *suasione[m] moralem & virtutem invictam*, tum quia Lu-  
therani neque subscribunt *suasione[m] morali gratiæ efficacis*, neque  
*Virtuti invictæ & ineluctabili*, ut quidam Calviniani illam appellant:  
Debuisset itaque statum controversiæ exactius declarare, si voluisset  
sententiam nostram impugnare: tum quia ex sententiâ ipsorum Gal-  
vinianorum hæc oppositio non est immediata, *Paræus enim Com-  
mentario in Epistolam ad Hebr. IV, 12. dicit: Verbum dicitur vivum  
non solum ratione effectus, sed maxime ratione interna forma, quia  
singularem vim operandi in se habet reconditam*: conspirat Wittakerus  
*de Scripturâ quæst. 3, Theodatus*, qui in Synodo Dordracenâ Orationem  
habuit, quod Spiritus Sanctus verbo semper sit conjunctus, videan-  
tur etiam Theologi M. Britanniæ in ipsâ Synodo Dordracensi si verò  
verbum habet vim reconditam, neque unquam Spiritus ab ipso sepa-  
ratur, sequitur gratiam efficacem non agere more modoque mo-  
rali, neque posse agere operatione invictâ, quia secundum Calvinianos  
illa operatio invicta non refunditur in verbum, sed in Spiritum verbo  
collateralem: tum quia ipse Turretinus *quæst. IV. Th. XVIII. posuit hanc  
quædam propositionem; Motio gratiæ efficacis nec Physicæ nec Ethicæ  
proprie dicenda est, sed supernaturalis ac divina, quæ utramque illam  
motiõnem aliquatenus includat*: contradiſtinguit itaque motionem gra-  
tiæ efficacis supernaturalem motioni physicæ, cui respondet virtus  
invicta, & motioni Ethicæ, cui respondet suasio moralis: 2.) Ad  
Th. II. dicit, *Arminianos omnia videri gratia concedere*: 2.) *ita sem-  
per operari, ut positum sit in libertate hominis eam vel admittere vel  
rejicere*: 3.) *si ex duobus, quibus eadem gratia offertur, unus con-**

vota.

atur altero incredulo manente, rationem petendam esse ex dispositione subjecti; *Art 1.)* Arminiani videntur quidem omnia gratiæ concedere, sed tamen non omnia gratiæ concedunt, dicunt enim, intellectum hominis quidem *irresistibiliter* illuminari, sed in voluntatem & affectus indi tantum potentiam, actum autem esse voluntatis: 2.) Ipsi Arminiani in explicatione suæ sententiæ circa *Articulum Quartum* consensum crepant, adeoq; cum tribuunt homini convertendo, dicuntque facere gratiam, ut consensus voluntatis non tantum sit liber consensus, sed etiam contra Calvinianos disputant, contrariam sententiam tenentes: videatur *pag. 60.* 3.) Si unus convertitur altero incredulo manente, Arminiani quidem referunt in dispositionem subjecti, veram non Lutherani, quinullam dispositionem positivam hominis convertendi agnoscunt, sed incapacitatem, resistentiam atque *Φρόνημα τῆς σαρκος, Rom. VIII.*

III. *Author 1.)* suæ sententiæ hominibus repugnat, nam orthodoxi, h. e. Calviniani, resistibilitatem & irresistibilitatem agnoscunt & dicunt: Fatemur, in conversione hominis à nobis talem operationem gratiæ statui, quæ hac significatione est irresistibilis, videatur *Collatio cum Arminianis: Altingius pag. 254. in Explic. Catechet.* scribit, *fides efficitur in nobis non per vim irresistibilem, quæ ad eam adigamur nolentes & inviti, sed per gratiam irresistibilem, h. e. ita efficacem, ut fides eam cerè consequatur: Imò Amesius resistibilitatem definit per potentiam in homine dissentiendi à DEO, quod ipsi proponitur ad consensum eliciendum.* Barbarismi itaque accusat suos Socios his terminis utentes: 2.) *Parvus*, quem hic sequitur, agnoscit quoque barbariem horum terminorum, cum activè potius irresistibile dicatur, quod non resistere potest, resistibile, quod potest resistere, quemadmodum risibile, hinnibile, latrabile, pro eo qui hincire, ridere & latrare potest, sic & stabilis, qui haud dubiè sequitur, resistibilis, qui resistit à resistendo, quod est gradum sisto, repugno: uti *E. stabilis* vel repugnabilis non est passivè, cui diu stare barbarè vel repugnari, sed qui diu stare potest & repugnare, ita resistibilis non est, cui resistitur, sed qui resistere potest, & sic gratia resistibilis erit valdè resistens: 3.) *Wendelinus Exerc. CXXVII.* scribit, *fa-*

*sill*

*cilè mederi huic suspicioni nostra, si pro irresistibilitate infallibilitatem vel in superabilitatem supponere candido Dispensatori libeat, & Barbaris in quod; hos terminos resistibilitatis & irresistibilitatis accusat, quasi vero non passivè etiam diceremus exorabilis, inexorabilis, quod ipse Cicero habet ad Atticum, item implacabilis, quod Tacitus habet.*

IV. Dicit, non quari de resistendi potentia, hanc enim se largiri, sed de resistèntia totali & completà. Ar 1.) resistèntia illa, quæ dicit inchoatam sive quæ dicit incompletam unà, cum completà negatur ab ipsis Calvinianis in Synodo Dordracena, à Legvris Anglis, Josepho Hallo, imò ab ipso Petro Molino, uti Wendelinus agnoscit in Exere. 227. 2.) Gratiam agere per modum, cui resisti potest, patet ex Marc. IV, 5. Luc. XIII, Matth. XIII. si de resistendi potentia in genere loquamur: In specie autè n quod primum gradum in capacitatis ablationem impeditam esse atque resistisse homines probatur ex Job. XV, 22. quoad secundum gradum repugnantæ cohibitionem, constat exemplo Pharaonis, & Pauli, qui iidem merosè repugnare & resistere potuissent, quod constat, quia prohibita fuit illa repugnantia, Act. IX. Quoad tertium gradum percussione scilicet mediante Legge factam; constat ex Act. VII, 53. 54. Denique ne regeatur, gratiæ assistenti posse resisti, cuius tres gradus impediri queant, sed non gratiæ internæ & inhabitanti, ideoque adducimus Locum ex 2. Corintb. IV, 4. Johan. III, 19. 20. Hebr. VI, 4. 3.) Si consideretur homo concupiscentiâ viciatus, quam nulla gratia extirpat, ut quæ concedenda est potentia resistendi, quousque concupiscentia durat, de qua conqueritur Paulus Rom. VII.

X. Repetit distinctionem gratiæ internæ & externæ: Verum hæc distinctio nullius est ponderis, licet enim forsitan concedi possit, si de totalis vocationis subordinatis actionibus respectu subjectorum adæquatorum, in quæ verbum mediatè vel immediatè agit, intelligatur, ut totalis vocationis vocatio externa dicatur respectu externorum sensuum, in quos ut Auditum immediatè verbum ratione soni, ut oculos ratione literarum & apicem agit, quæ tamen vocationem nullo modo absolvit, totalis autem vocationis vocatio



terna respectu intellectus & voluntatis atque affectuum tanquam subiecti adequati, in quod mediante auditu & lectione ex intentione DEI vocatio totalis semper directa est, ita ut una maneat vocatio, nunquam tamen Calvinianorum mens vocationem ut genus in *externam* & *internam* tanquam species diversas & actu separabiles dividens, vera esse poterit, cum contra DEI ordinationem sit & promissionem ejus gratuitam, in quo sensu hic accepit *Turnebus* noster.

VII. Ponit statum controversiæ, *an scil. modus operationis gratiæ efficacis sit semper resistibilis*: 2.) *Explicat, an postis omnibus operationibus gratiæ, quibus ad conversionem in nobis efficiendam DEVS utitur, maneat tamen ipsa conversio ita in potestate hominis, ut possit obisam ponere vel non ponere, possit eam recipere vel rejicere, atq; ita se convertere vel non convertere*: 3.) *Dicit, se suosq; pettendere, gratiam efficacem, quam sufficienti contradistinct, ita in homine operari, ut licet non possit non ab insilio resistere, nunquam tamen catenus resistat, ut eam finaliter superet*: Ast 1. insidiosè format statum controversiæ, sunt enim etiam ex nostris Theologis, qui dicant, gratiam efficacem non semper esse resistibilem, atq; agnoscunt, v. g. Paulum irresistibiliter esse conversum, videatur B. noster *Meisnerus in Antropologia part. II.* quamquam autem huic sententiæ non subscribamus, cum tamen illi distinguant inter gratiam ordinariam & extraordinariam; *extraordinariam* irresistibilem concedentes, modus operationis gratiæ efficacis secundum ipsos non semper est resistibilis, sed tantum in *extraordinaria*, *ordinaria* autem obtinet modum irresistibilem: 2.) Malè explicat statum controversiæ & ambiguitatibus involvit, dum dicit, *secundum nos in potestate hominis esse, recipere gratiam vel rejicere, convertere & non convertere*: Nam libertas non converti, & libertas converti positæ divini etiam requisitæ ex diversis principiis promanant, libertas non converti ex principio homini connaturali, ut non parum etiam ex hac ratione in Philosophia intendat *Ameius*, hoc modo: *Postis omnibus operationibus causæ propriæ & immediatæ, quæ utaque demum fuerit, effectum semper sequi, vel simul potius existant, Logica dicit & Lex Naturæ.* At postis omnibus opera-

Obibus causis propriis & immediatis sequitur effectus, scilicet si non impediatur, Museum Solis positus operationibus omnibus illuminatur, sed non nisi remotis valvis, quae si opponantur, impediunt illuminationem: Convertitur E. homo, si scilicet non impediatur operatio gratiae divinae; 3.) Convertitur homo supernaturaliter & difficulter ratione sui consideratus, etiam positus omnibus ex parte DEI requisitis, ideoque haec alternativa est insidiosa, an positus omnibus ex parte DEI ad conversionem requisitus liberum maneat homini converti vel non converti, seu ut crassius, loquitur noster *Turresimus*, se convertere vel non convertere, cum quaestio de resistibilitate sit, quaestio de negandis non praebendis discussum libertati.

VIII. seqq. Proponit Argumenta pro irresistibilitate gratiae, quae solvit Hülsemannus in *tractatu de Auxilio Gratiae Divinae Disput. III. quaest. VII. par. V. pag. 35. 26. 27. & 29. ad quem remittimus.*

QUAE.

## QUÆSTIO XIV.

### De Subiecto Fidei.

Agit de Subiecto Fidei, & quaerit 1.) *An Infantes habeant fidem*, & Th. 1. distinguit, atq; dicit in defectu peccare Anabaptistas, in excessu Lutheranos, qui dicant, Infantes in Baptismo regenerari, & fide actuali donari: Landatq; in hanc sententiam Brochmannum, qui scribat, nostrorum Theologorum sententiam esse, quod fides actualis iure iustissimo tribuatur infantibus, At hoc pronuntiatum Brochmanni firmitate est accipiendum, nam 1.) ille non intellexit Theologos Helmstadienses & Rintelenses, Calixtum, Horneium, Menichium, qui negant fidem infantibus, videatur Calixti Disput. de Baptismo, nec non Horneus in Tomo II. Disput. Disput. II. Sect. I. per nostros itaque Theologos intelligit ymoias Lutheranos, & hæc scripsit antequam visa fuerunt istiusmodi specimen ipsa ab Helmstadiensibus & Rintelensibus publicata: 2.) Notandum, quod nostrorum Theologorum dicat esse sententiam, & consequenter B. Lutherum includit, quem tamen calumpniatur Alttingius Probl. part. 1. dicens, illum fuisse primum, qui definiert, Infantes habere fidem actualem, quod aperte falsum: Augustinus ante Lutherum Tom. X. Sermone XIV. de Apostolis, scribit, Inter Credentes baptizatos parvulos numeramus, nec iudicare ullo modo aliter audemus, nisi velis apertum esse hereticus: Aperti E. sunt hæretici, qui hinc à Luthero vel nostris Theologis discedunt: 3.) Nostram sententiam pervertunt ei ex crualides, qui dicunt: nostros Theologos infantibus ascribere fidem etiam ante baptismum ordinariè, ut Becanus loquitur: cum hoc ipsum nullo testimonio probare queunt, & aperte evincant oppositam verba Brochmanni, si scilicet cum antecedentibus conferantur.

III. Sententiam suam aperit primâ propositione, quam opponit Lutheranis, hoc modo: *In infantes non cadit fides actualis*, At 1.) hæc Thesis, quæ quæque est Junij, aperte est Pontificia, cum quibus hinc symphonismum habent Calviniani; ita enim Belarminus Tomo III. Controv. II. Infantes non habent fidem actualem:

Rrr 2

2.) Ad

2.) Apertè contradicit hæc Thesis ipsi Calvinianis, maximè Vetustioribus, qui non tantùm negant infantibus, habere fidem actualem, sed plene nullam: ita enim *Beza*, fidem nullo modo infantibus posse tribui, nec ullo modo in illos cadere: ita *Petrus Martyr* ex ipso Authore Th. XX. ita *Petrus Cananus*, qui dicit, *bonum tam factum esse, ut flagris castigari dignum sit, si scilicet fides, quocumq; modo tribuatur infantibus*, l. 3. de Reg. Jud. c. IX. 3.) Ita non remigat inter Lutheranos & Anabaptistas, non medianam viam tenit, sed accedit Anabaptistis & Schwefchfeldianis, qui in *Coloquio Embdano*, *Francothalensi*, & in privatis quoque Scriptis negant fidem actualem infantibus. Videatur autem ille Syncretismus apertè ostensus in *Tract. Jacobi Heilbrunneri*, cui titulus, *Schwefchfeldi-Calvinismus*, Cap. I. pag. 10 12. seqq. Cap. II, & Cap. IV. &c. Rationes promittit: quia nullius rei actualis notitia in illos cadit. At licet naturalis notitia rei actualis non cadat in infantes ex defectu exercitiis in facultatibus naturalibus, tamen falsum est, non cadere notitiam actualem in infantes supernaturalem, quæ non pendet à facultatibus naturalibus, sed à principio supernaturali Spiritu Sancto, per mediâ gratiæ in infantibus operoso.

IV. Secundum Argumentum ponit, quod infantes non sint capaces actuum fidei, et hæc ipsa ratio a petitis principium, pariter enim contra exultationem concludere possem, scilicet Johannis in utero, & quo *Lac. I.*

V. Tertium promittit, quia non sint capaces auditionis & meditationis, cum tamen fides ex auditu, *Rom. X.* Ast tamen fides non tantùm est ex verbo audito, sed etiam ex Baptismo & Cena Domini-ca, quæ mediâ gratiæ verbo conjunguntur: Præterea sicut regeneratio tribuitur incorruptibili verbi semini, s. *Petr. I.* & Baptismo quoque tribuitur ille effectus, *Johan. III.* nisi quis renatus fuerit ex aquâ, &c.

Fontem solutionum offendit, & dicit: *Matth. XVIII.* Credentes illor non fuisse infantes, sed pueros cum aliquo usu rationis, quia perverunt vocari & scandalizari, nec obfate nomen *païdov* vel vocem *EpîQvz*, quia extendatur etiam ad *Timotheum*, 2. *Timoth. III.* 16. Denique per *vardia* Christum intelligere adultos, qui humilitate, modestiâ & in-

*noventia paves sint infantibus*, Act 1.) hoc dicit, illos fuisse vocatos & scandalizatos, quod ipsum tamen nobis non obest, potest enim parvulus quoque vocari, non grandis tantum puer: Præterea illos ita vocatos esse, ut in ulnas recepti, & in ulnis adducti fuerint: Denique scandalum est vel *actu primo tale*, vel *actu secundo*, quamvis concedatur infantes *actu secundo* non posse scandalizari, licet Augustinus contrarium dicat: *Vidi ego & expertus sum colantem parvulum, nondum loquebatur & intuebatur pallidus amaro aspectu, colantem suum*: Possunt tamen scandalizari scandalo actus primi & ita usurpari hanc vocem, dario, tale scandalum patet ex Responsione Christi ad Petrum, qui ipsum scandalizavit, *Matth. XVI. 23.* 2.) An vox *παῖδες* adultioris ætatis pueros complectatur, dubitamus, *παῖδες* enim est diminutivum contradistinctum voci *παις* & non significat puerum, sed puerulum; *ἡλικία* autem etiã extenditur ad Timotheum, aliud verò est *ἡλικία* formaliter tali, & aliud *ratione termini* tale, formaliter tale semper notat parvulum tenerum & infimæ ætatis infantem, sed *ἡλικία*, quod legitur in *Tim. III.* notat terminum juventutis, non ipsam juventatem formaliter: 3. Per *παῖδες* intelligi adultos est falsissimum, hæcquæ exceptione utuntur Anahaptistæ, verum quam nihil sit, patet tum ex eo, quia à litera non est recedendum, neque *παῖδες* sint transformanda in adultos, tum, quia parvuli in ulnis ad Christum erant allati, & ab illo in ulnas recepti, *Matth. X. 13.* 6. tum, quia Christus simplicitatem commendare exemplo non potuisset, si grandes fuissent pueri: annon tristis experientia evincit, nullam majorem fere pravitatem conspici, præterquam in pueris nostris.

XIII. Secunda Propositio, dicit, *Licet infantes non habeant fidem actualem, non tamen ipsis negari semen fidei seu radicem, quæ à Spiritu Sancto ipsis à teneris ingeneratur, & suo tempore in actum exeat, accedente foris institutione humanâ, & intus majori efficaciâ Spiritus Sancti*, (At 1.) semen fidei & radicem tribuit inf. tribus, cui tamen regnat *Don. Chamier*, *Pareus*, & alii, qui putant, semen fidei infantibus non posse tribui, sed solum *divinam* fidei ipsis inesse, at si *actus* est in potentia, non est fides: Præterea ab ipsis Calvinis

nis hæc sententia est rejecta, nominatim à *Ravenbergero*, qui fundamento carere dicit distinctionem, fidei in *potentialem* & *actualem*, ut patet ex ipsius Florilegio: 2.) Per semen fidei, ut ipse explicat, intelligit Spiritum Sanctum, conformiter *Alingio*, *Alb. 1.*) Spiritum S. semen dici, ex Scriptura probari nequit, (sanè si universam evolvas, nunquam vocabulo seminis Spiritum Sanctum designari reperiet, sed verbum *Matth. XIII. 1. Petr. 6. 2.*) Semen & radix fidei sunt Authori ipse Spiritus Sanctus, si hoc, dum Spiritus Sanctus in infantibus habitat, aut est operosus, aut non, si est operosus, E. producet fidem, propriam enim ejus opus est in infantibus fidei productio, si verò non est operosus, erit in infantibus, ut in Turcis, Judæis & gentilibus, ac reliquis creaturis, quibus adest præsentia simplici: 3.) Geminum hæc ratione salutis medium apprehensivum statur, nempe semen fidei & ipsa fides, aliud in infantibus, aliud in adultis, neque ulterius admittitur propositio *Pauli Rom. III.* solâ fide justificari hominem.

XIV. Probat & pergit probare, sed omnia Argumenta probant fidem actualem existere in infantibus: 2i) Supponit hypothesin falsissimam, nempe infantes adhuc extra baptismum existentes esse in fœdere: 3.) Vim baptismi ac virtutem elevat, dum scilicet per baptismum non vult conferri fidem, & consequenter non omnes baptizatos habere salutem, sed ex decreto prædestinationis absolute quosdam baptizatos Electos salvari, quosdam verò absolute reprobatos nullum ex baptismofructum percipere, quod ipsum patet ex *Th. II. par. ejus II.* adeoque stabilitur illud *Argentorat. n. sum ministrorum*, qui voluerunt, hominem baptizari debere conditionate, & dicendum esse ministro, *Baptizo te, si es electus*, | de quo in antecedentibus, &c.

QUÆ

## QUÆSTIO XV.

Author disputat, an fides temporaria non gradu tantum differat & duratiōis, sed etiam specie à fide justificante: Prius negat Pistorius affirmat contra Remonstrantes: At I.) dum mentionem facit fidei temporariæ mentionem facit non entis, quia secundum Scripturam non datur fides temporaria, neq; ullus locus produci potest, in quo fidei temporariæ fiat mentio: 2.) Periculosa est Phrasis, nam cum dicimus fidem temporariam, videmus hæc tamen non inuenire fidei speciem eamq; veræ fidei oppositam, ut Turretinus vult, quod à mente Christi est alienum, utpote qui docere voluit, *Matth. XVII. & Luc. VIII. esse, qui credant Evangelio, sed tantum ad tempus, postea deficientes, non quod de natura illius fidei sit deficere, sed quod homines à fide, in qua perseverare debebant, & per gratiam DEI poterant, metu periculi desciscant, aliud itaque est προσωκαριστον seu temporarium esse; qui ad tempus credit, cuius meminit Christus Matth. XIII. & aliud est temporaria fides; quæ nunquam apparet in Scripturâ, priori modo refertur ad subiectum, sive ad homines, qui fide excidunt, posteriori modo refertur ad ipsam fidem, quasi scilicet sit peculiaris species fides non durabilis.* 3.) In hac ipsâ quæstione agnovit: Calvinianos istiusmodi temporarios non simulare fidem, E. non habent fidem hypocriticam, & Damannus, *qui fidem temporariam habet, habet fidem, & qualemcunq; illuminationem, & verè habet, alioquin foret hypocrita.*

II. Ponit rationes, I. quia fides salvifica differat à temporaria in origine & fundamento, fluere enim à gratia speciali Electionis, temporalem verò pendere à gratiâ communi: At I. non differt origine & fundamento, ponamus phrâsin Calvinianam de fide temporaria, sed utraq; originem & fundamentum suum habet è Spiritu per gratiam efficaci: 2] *περὶ τὴν Φεῶδος* hic est decretum absolutum & gratiæ specialis Electionis, modusque operandi irresistibilis, hinc quando fides dicitur Electorum, non dicitur Electorum tantum, exclu-

S. 2

livè ad temporarios: 3.) Gratia communis est gratia efficax, est gratia per verbum agens, est gratia dona spiritualia ingenerans, & à nostris refertur ad voluntatem DEI antecedentem, nec potest dici gratia, quæ ad augendum reatum facit, quomodo enim gratiam alicui facere possum eâ intentione, ut eò magis puniatur? hæc enim gratia non est gratia, sed ira.

III. Ratio II. ratione subiecti recipientis, *quod in fide justificante fit electus in temporaria reprobis, in illâ cor bonum, in hac peccatum.* At 1.) justificantur non tantum Electi, sed etiam qui verbum audiunt, recipiunt, Christum apprehendunt, *quos quos enim receperunt illum, eis dedit potestatem Filios DEI fieri per adoptionem, & consequenter justificari:* 2.) Cor bonum & petrosum nondifferunt ratione seminis, quia idem semen est, quod seminatur in cor bonum & in cor petrosum: 3.) Perperam opponitur fides temporariorum si dei in corde bono, tum quia perseverantia non est de fidei essentia, sed ejus consequens, alioquin nemo fidelis dici aut vocari posset ante finem vitæ. quemadmodum Adam verè sanctus fuisse dicitur ante lapsum, ut ut à sanctitate postea defecerit, ita verè fidelis dici potest, quamdiu fidem quis habet, licet deficiat à fide quod ipsum simili illustrari potest ex hoc ipso Loco: Herba enim, quæ subito ex terra petrosa exorta, & ardore Solis tacta exarescit, non minus verè herba est, ac illa, quæ ubi ad plenam maturitatem venit, fructum fert: tum quia intelligibile non est, quomodo cor petrosum, quomodo hypocritæ simulare possint fidem, quam non habent, nec non sermonem Evangelii accipere, & quidem statim cum gaudio, item credere, hæc enim cum hypocrisis minime stare queunt: tum quia ridiculum est, illos dicere fidem amittere posse, qui fidem temporariam habent, non enim illa tantum fides amitti potest, sed necessaridè amittitur, idem enim dicitur temporaria fides secundam Calvinia-

nos, quia ad tempus tantum durat.

IV, V. Duo



IV. V. Duo Argumenta producit differentiae ratione principii interni & modi radicationis, & ratione effectuum, dicit 1.) *fidei salvifica principium esse Spiritum regenerationis, temporaria Spiritum illuminationis, Heb. VI.* Dicit 2.) *modum radicationis esse profundum in fide salvifica, superficiale in temporaria:* Dicit 3.) *Eodem temporariam nec radicem nec fructum habere, fidem autem salvificam seracem esse ac frugiferam, Act 1.)* frustra distinguit Spiritum regenerationis & illuminationis, nam si *Job. III.* agitur de Spiritu per baptismum regenerante, quod nostri Theologi docent, Spiritus regenerationis & illuminationis idem erit, baptismus enim non tantum Veteribus, sed etiam ipsis Apostolis secundum ipsos Calvinianos dictus est *Φωτισμός* & illuminatus, *Hebr. VI., 4.* exponunt Calviniani per baptizatos: 2.) Spiritus in temporariis & Electis non immediatè agit, ita ut immediatè regeneret, ut volunt Calviniani, sed agit mediatè per verbum & Sacramenta, quotquot itaque baptizantur, quotquot verbum audiunt, & Cœnâ utuntur, illi, obisæ malitioso non posito, non tantam illuminantur, sed & regenerantur: 3.) si poneremus per *Φωτισμόν* vel Spiritum illuminationis intelligi tantum initialem & externam illuminationem, *Hebr. VI.* & quidem per baptismum, qui tamen non nudum signum, sed medium efficax ipsius fidei, cætera tamen prædicata sufficienter evincerent, agi ibidem de illis, qui veram & salvificam fidem habuerunt, ut in sequentibus patebit, 4.) Malè distinguit inter modum radicationis profundum & superficiale, nam in Th. V. radicem fidei temporariæ planè negat, hinc autem superficiale tribuit: 2.) Radicem non habent omnes temporarii, non quod planè nullam habeant, sed quod profundam non habeant, quod non benè radicati & confirmati, prout hoc patet ex protasi parabolæ, ubi de semine, quod cecidit in terram petrosam, pariter asseritur, quod radicem non habeat, cum tamen omni radice destitutum exoriri non posset, inquit itaque Christus, semen istud non satis altas egisse radices: 3.) Quomodo potest dici, in superficie externa animæ hære, nec ad eor ipsium verbi semen penetrare, cum tamen sit vivum & efficax penetrantius, omni gladio ancipiti, *Hebr. IV. c)* Quod de effectibus dicit, i) à nobis probari nequit, nam 1.) neq; illi, qui sunt inter verè creden-

dentem. Si in peccata gravia labantur, & aliquandiu in illis perseverent, antequam poenitentiam agant, fructus proferunt fide dignos, ut vel de Davide constat: Num itaque etiam illorum, qui sunt ex numero Electorum fides ex defectu fructus non est fides, sed simulata, quod omnibus modis averfantur Calviniani: 2.) Unde constat à temporariis, quamdiu credunt, nullos ferri fructus, annon profitentur Evangelium? annon eorum fides efficax est per charitatem? *Gal. V. 3.*) In *ἀπόδος* hujus parabolæ dicitur, tum quod verbum in ipsis fuerit enatum, quod sine fide salvificâ fieri nequit, tum quod enatum sit cum spinis simul, quomodo itaque spinæ habuere vim vegetativam, sic spiritualiter & verbi semen est enatum: tum quia dicitur spinas suffocasse: At non fides mortua vel hypocritica suffocatur, sed viva & salvifica, sanè vox *πλεροφορέω*, quæ utitur Lucas, notat ex ipso Pasore ad finem & maturitatem perducere, quod autem fructus non perducit ad maturitatem messis, id profectò inihiis habuit, & in tantum succrevit.

XIV. Sollicitat Author Achillem nostrum, & dicit 1.) *Ἀποστολὴν loqui hypotheticè*. Verum non probat, neque ullum vestigium est propositionis hypotheticæ, posito tamen, quod esset, tamen hypotheticæ propositiones aut usurpantur ad *ἀνέξισιν* demonstrandam, aut adhibentur ad solidam commonefactionem, promissionem & cœm minationem superstruendam, utut de prioribus concedamus involvere posse conditionem impossibilem, de posterioribus tamen simpliciter negamus: 2.) Falsum est, reprobos Spiritus fieri participes, Spiritus enim participem fieri, est per Spiritum regenerari, falsum est, gustare posse bonum verbi DEI reprobos, quia gustare non notat gustum labialem, sed suavem & intimam rei perceptionem, atque sic loquitur *Psal. XXXIV, 9.* falsum est, gustare virtutes futuri Seculi enuntari possede hypocritis, primitias enim Spiritus seu primordia vitæ æternæ habent Electi, *Roman. VIII. 6.*) Pessimè dicit, *has ipsi sacramentaliter tribui & extrinsecè, quoad veritatis professionem & baptismi susceptionem*, quid enim est enervare vim baptismi, nisi dicere sacramentaliter & extrinsecè aliquid alicui compe-

tere.

QUÆ-

## QUÆSTIO XVI. De Perseverantia Fidei.

Quærit Author, an *fidelis vel totaliter, vel finaliter à fide possit deficere, negatq̄ contra Pontificios, Socinianos, Remonstrantes aliosq̄ Apostasia Sanctorum Patronos*, quibus ultimis verbis sine dubio intelligit Lutheranos.

In Th. IX. proponit Primum Argumentum pro sententia Calvinianorum ex Electione DEI, quia *sic consilium ἀμετάθετον fundamentum ἐστίον, efficax, tūm ratione finis, tūm ratione mediolorum*, At 1.) Electionem absolutam citra prævisionem fidei nulla agnoscit Scriptura, & supra hoc decretum est excussum: 2.) Consilium hoc utique est æternum & ἀμετάθετον, sed ita ut Paulus dicat, nos electos esse in Christo ante jacta mundi fundamenta, *Eph. 1.* Non itaque aut æternitas, aut immutabilitas consilii divini de salute nostra impedit, quod minus Electio facta sit non absolutè, sed cum prævisione fidei in Christum: 3.) Fundamentum DEI utique firmum est, sed firmum ex parte DEI: Ad Locum autem *Rom. VIII, 29. 30.* jam respondimus, nec actus DEI immanens rescinditur, si objectum illius variat & mutatur.

X. Proponit Secundum Argumentum *ex naturâ, fœderis gratiæ laudatq̄, Locum Jerem. XXXI, 31. 33.* At 1.) fœdus illud respicit totum populum, ad quem dirigitur, qui fuit per LXX. annos in captivitate, sequeretur itaque totum populum dono perseverantiæ fuisse coronatum: 2.) Fœdus gratiæ ipsi Calviniani Galli extendunt ad omnes homines, *Tetardus* scribit, *DEVM nec ullam gentem, nec nullum quidem hominem celasse omnino gratiam novi fœderis*, vid. in *Iran. Th. III. Tb. CXII. & CXIII.* Amyraldus in *Dissertatione de tribus fœderibus Tb. XXXII.* Ipse Author *questionibus VI. pag. 222.* 3.) Si Arminianos audiamus, id quod in hoc fœdere promittitur, est securitas in terra habitatio, & benedictio tūm corporalis, tūm spiritalis, facta populo Judaico quâ tali, non itaque nisi ad populum Judaicum quâ talem secundum Remonstrantes referenda est hæc fœderis promissio.

XI. Urget *Illustres promissiones illas de custodia & conservatione fidelium*, At, promissiones illæ intelligendæ sunt ex parte DEI, il-

Je dixit, *nunquam te deseram vel derelinquam*, homo autem potest deserere DEUM, adeoque DEUS non deserit, nisi nos ipsam deseramus: Dicit 2.) *montes recedent, & benignitas mea à te non recedet*, adeoque docet, fœdus ex parte DEI esse ἀμεταμέλητον, non de hominum infirmitate loquitur: Dicit 3.) *fœdus meum non recedet de ore tuo*, At juxta ipsam Authorem pollicetur in his verbis Ecclesiæ perpetuam verbi & Spiritus præsentiam, non irresistibilem operationem gratiæ, non perseverantiam immutabilem omnibus & singulis, ut itaque concludere non licet, Christus Ecclesiæ dicit, *Porte inferorum non prevalebunt adversus te*, Matth. XVI. E. contra nullum in Ecclesiâ prævalent portæ inferorum, ita quoque ex hac promissione Ecclesiæ factâ ad singulos non decurrit consequentia.

XXX. XXXI. Progreditur ad Exempla, & 1.) quidem de Davide dicit, *illum non ex deliberatâ malitiâ vel habitu peccasse*: 2.) *Reprehensum à Nathane, statim peccatum suum confessum fuisse*: 3.) *in Psal. LI. non petere, ut reddatur ei Spiritus, sed ne ab illo auferatur, & ut illi reddatur gaudium salutis, quod evincat, sensum gratiæ quidem interceptum fuisse, sed non ipsam gratiam penitus sublatam*: At 1.) si adulterium, inter tot concubinas, quas DEUS illi permisit, si homicidium, & quidem dolosum totque machinationibus procuratum non dejiciant hominem à statu gratiæ, nescimus, quæ peccata aliquommodo dejectura sint à statu gratiæ, adeoque falsum est, non ex deliberatâ malitiâ Davidem peccasse, falsum est, oppo- ni vehementem cupiditatem & seductionem carnis, deliberatæ malitiæ, falsum est, nil habituale intervenisse, nam etsi ex habitu adulterandi non peccavit, peccavit tamen per adulterium, quod æquipollet vitio habituali, quid quod per decem menses circa hoc peccatum securus fuerit, poenitentiam non egerit, adeoque habitum quendam contraxerit securitatis, & Bathsebam in uxorem duxerit: 2.) Reprehensus à Nathane agnovit peccatum, dicens, se virum mortis esse, At vir mortis esse nequit, nisi qui mortis reus est, neque unquam consistere potest Spiritus Sanctus, opposita enim sunt in omni tempore vir mortis æternæ, & temporalis, & vir DEI, qui ambulat in Lege DEI, *Psal. I, 1. Filius DEI, qui ductum Spiritus sequitur,*

ter, & filius Sathanz, qui carnem sequitur, & facit opera Sathanz, *Roman. VIII, 38. Iohann. VIII, 44.* Præterea confessus est peccatum suum, & agnovit, verum non ex se, nec ex viribus reliquis aut ex semine superstitite, cum alias per decem menses illud potuisset *ἀνακατηρέν*, sed ex concione Legali Nathanis, adeoque ex verbo DEI, quod conscientiam pungit, excuscat, & ad poenitentiam ducit: 3.) Malè allegat *Psalmum LI.* tum quia si vellemus eandem Sophisticâ uti, possemus dicere, Davidem precari, *Crea DEVS in me cor novam*, non itaque præexistit semen, ex quo creet, sed merum nihil: tum quia dicit, rogare se ne ab illo auferatur Spiritus, quia jam de novo regeneritus, ut *Ἰηζεαφῆ* Psalmi & ipse Psalmus docent, qui per inspirationem Spiritus Sancti est compositus, ut poenitentia, quam declarat in contritione & Messiaz Amplexu, docet in toto Psalmo, E rogat, ne ab illo auferatur Spiritus Sanctus, quem admodum à Saule, quia illum jam habebat, tum quia petit reddi gaudium salutis, scil. gaudium salutis ratione incrementorum, quemadmodum etiam ratione incrementi petiit Spiritum, &c.

XXXII. Adducit Salomonem, & dicit, illum se contaminasse per idololatriam, fuisse typum Christi, non pauca esse, ex quibus eius poenitentia & perseverantia colligi possit, At 1.) ita contradicit *Sohnia* suo Socio, qui non concedit Salomonem fuisse idolorum cultorem, cum tamen cor ipsius flexerint alienigenæ, ut non tantum sceleri consentiret, sed & ambularet secundum Deos alienos, *1. Regum XI, 4. 5.* 2.) Typum Christi fuisse & concedamus, non tamen propterea sequitur, omnem Typum Christi non damnatum, sed salvatum fuisse, nam Sacerdotes & Reges Veteris Testamenti omnes fuere typi Christi, nulli enim sunt oleo sacro, quis tamen concedet omnes Reges & Sacerdotes Veteris Testamenti fuisse salvatos? 3.) Non disputatur, an poenitentiam agens salvetur, sed an cum statu idololatriæ consistere possit status gratiæ; ideoque volumus abnuere vel *Turretino* vel *Heideckero*, qui salvatum fuisse Salomonem asserit, quanquam *Johannes Crocius* miretur, sanctos Patres tam audacter de Salomonis defectu & damnatione pronunciare,

XXXIII. Urget pro Petro Orationem Christi, modum quo peccavit, dolorem & amaræ lacrymæ, At oravit Christus, ne Petri fu-

des deficeret finaliter: 2. Ex infirmitate peccavit Petrus, sed hæc duplici modo accipienda est, uno modo in lapsibus quotidianis, ubi fides & fundamenta fidei non convelluntur, altero cum atrocitate & conscientie violatione horrenda exasperata, cui Spiritus Sanctus æternam pœnam denuntiat, non priori, sed posteriori modo Petrus abnegavit Christum: 3.) Dolor & amaræ lachrymæ non fuerunt Petri abnegantis, sed pœnitentis, ex monito Galli & aspectu Christi excitatæ, adeoque in converso, non in convertendo,

XXXVIII. De Judâ dicit, non fuisse ex eorum numero, qui Christo servandi dati sunt, adeoq; Apostolus tantum κατὰ δόξαν, At verò Judas in pueritia fuit circumcissus, quæ est medium efficax regenerationis & signum justitiæ, Roman. 4. 2.) Nullus immediate illuminatus missus fuit ad Ecclesiam plantandam, qui non fuerit regeneratus & consequenter ex sententia Calvinianorum immutabiliter salvandus, producatum unicum exemplum ex Scripturâ in contrarium, sanè nullum produci potest: 3.) Judas fuisse Apostolum, patet tum ex Luc. VI, 13, ubi æque electus sicut alii Apostoli: tum ex Act. 1, 17. habuit enim ille secundum Lucam κληρον, quem admodum Levites dicuntur κληρος, hæreditas Domini, Apostolis fuit coadoptatus, habuit eundem Episcopatum, à quo non nisi per prævaricationem excidit, fuit per tres annos & ultra in Scholâ Christi, ut testificaretur cum reliquis de Christo in toto mundo, proinde verè erat regeneratus, verè Apostolus, unde etiam Petrus nomine omnium, & consequenter Judæ quoque dicit, nos credimus & cognovimus, quod Tu es Filius DEI vivi, & quando excipitur Judas, Joh. VI, 70. loquitur de tempore futuro, ut patet ex v. 27.

Sequitur Locus XVI.

QUÆST. IV.

QUÆSTIO IV.  
De Justificatione.

**D**isputat Autor, *An Justificatio consistat tantum in remissione peccatorum, an verò etiam complectatur adoptionem* & *jus ad vitam, atque prius negat, posterius Aff. in Th. V. IV. dicit, banc quod sententiam simpliciter non posse recipi, quæ scilicet asserit partes Justificationis esse remissionem peccatorum & imputationem Justitiæ Christi, quasi essent partes sibi invicem respondententes. At hoc Neoterici primò non tantum contradicunt nostris Theologis Huttero, Afselmanno, Hülfemanno &c. sed etiam suis, Riveto, Altingio in Locis, Essenio in Systemate, & ex Recentioribus Wuttichio. Secundo Adoptionem substituendo occasionem subministrat disputandi Pontificiis, qui illam urgent, nam Christoph. Majerus edidit tractatum Norimbergæ anno hujus Seculi XXI., in quo evincere laborat, quia renatorum sit perfectæ adoptio, sive justicatorum, ideoque nos per Adoptionem justificari, quæ tamè sententia non potest consistere, tum quia etiam vera adoptio non est inhærens, nec fit per gratiam infusam, sed est relativa & fit per Imputationem, quemadmodum Ephraim & Manasse Patre Josepho nati, adoptione verè facti sunt filii Jacobi, citra mutationem qualitatis inhærentis, Gen 48, 5. tum quia his qui credunt in nomen ejus, dedit *ἐξουσίαν*, dignitatem, filios Dei fieri, sive enim *ἐξουσίαν* interpretaris Jus, sive dignitatem quod Syro Paraphrasta placuit, justamen illud est fidei & justicatorum, tum ex eo, quia adoptio non uno modo accipitur, sed nunc propriè, nunc metonymicè, atque ita facile potest fieri confusio. latereq; Pontificatus sub metonymica vocis hujus Acceptatione, quæ effectum includit *ὁμοιωσις*, *γαλιλαίων* & *συναδελφότης*. Tertio, quamvis etiam suis hypothesebus innitatur Petr. van Mastrich. Socius religionis & præmittat Unionem mysticam Justificationi, hanc tamen sententiam apertè refutat, scribens: *Adoptio nil aliud est, quam præstata Dei declaratio, quæ justificatos in familiam suam tanquam filios admittit, & Th. VII. Non Justificatio Adoptio aut Pars est, sed Effectus, id quod nullibi dicimus per adoptionem justificari sive justificari, neque etiam convenit, ut nequam cum DEO recordatus**

*etiam* & *adhuc* dum ejus *basis* in *filium* ab eo *receptum*, quod *unionem* cum *de* adoptionis *veris* *conjungatur*, Joh. 3, 12. *Ea* tamen *con-*  
*junctio* non tam *arcta* intelligitur, quin si non *oratio* *temporis*, or-  
*dine* *solum* *naturæ* *intercedat* *justificatio*, sic, ut *justificatio* *ad* *de-*  
*ni* *adficiat* *illustrem* *quendam* *dignitatis* *gradum*, 1. *justificatio* *con-*  
*cundò* *oppugnat* *hanc* *sententiam*, *quia* *remissio* *non* *possit* *ante* *im-*  
*putatio* *justitiæ* *Christi* *altera* *pars*, *cum* *se* *habeant* *ut* *causa* *et* *ef-*  
*fectum*. Atqui nos primò non dicimus *Remissionem* *peccatorum* *ante* *im-*  
*putationem* *in* *figno* *rationis* *antecedere* *remissionem*, sed *peccata*  
*obreguntur* *peccata* *nostra*, h. e. *remittuntur* *in* *justitiâ* *Christi*, ut  
*nisi* *quia* *pallium* *justitiæ* *Christi* *tanquam* *tegmentum* *peccatorum*  
*dam* *nobis* *injicitur*? Secundò spectari potest *justitiâ* *Christi* *dup-*  
*dupliciter*, aut ut *acquisita*, aut ut *applicata*, *concesso*, quod *modo*  
*modo* *se* *habeat*, ut *Causa* *Efficiens* *non* *tamen* *possit* *ante* *modo*.  
*Tertiò*, *Causa* *est* *vel* *efficiens*, *vel* *formalis*, *justitiâ* *Christi* *im-*  
*putata* *non* *est* *Causa* *efficiens*, sed *quasi* *Causa* *formalis*, *unde*  
*Theologi* *nostri* *amant* *loquendi* *modum*, quod sic *forma* *justifi-*  
*cationis* *fit* *gemina* *privativa* *&* *positiva*. Quartò, omnia *de* *de-*  
*nobis*, 1. *non* *remittere* *Deum* *peccata*, & *postea* *imputare* *justiti-*  
*am*, sed *primò* *imputare* *justitiâ*, quæ *est* *nostra* *legitima*.  
*Si* *satisfactio* *&* *λυτρον* *intercedere* *debet*, ut *remissio* *à* *Deo* *con-*  
*cedi* *possit*, *non* *remissa* *nobis* *erunt* *peccata*, *non* *electi* *erunt*  
*antecedenter* *ad* *Intuitum* *Satisfactionis* *&* *λυτρον* *Christi*, *quia*  
*alias* *Justitiâ* *Divinâ* *læderetur*: 3. *non* *vult* *simpliciter* *senten-*  
*tiam* *Theologorû* *nostrorum* *improbare*, sed *de* *modo* *loquendi*  
*tantum* *disputare*; At hoc est *milius* *terebrare*, dum *subtilita-*  
*tem* *affectat* *contra* *nimbus* *Theologorum* &c.

V. *Conceptus* *suos* *explicat*, & *dicit*, *Christo* *Sponsore* *ad-*  
*isti* *unionis* *virtute* *fieri*, ut *quicquid* *ab* *ipso* *præstitum* *fuerit*, *no-*  
*strum* *censeatur*. 2. *Ex* *bac* *justitiâ* *perfectissima* *imputatione* *duo* *be-*  
*neficia* *fluere*, *nempe* *justitiæ* *imputationem*, & *etiam* *ablationem*  
*&* *adoptionem*. 3. *Positâ* *tali* *imputatione* *necessario* *fluere* *utramque*  
*beneficiam*, *quatenus* *habet* *vim* *satisfactoriam* *&* *meritoriam*, At 1.  
*præmittit* *unionem* *cum* *Christo* *justificationi*, dum *dicit*, *Vir-*  
*tute* *unionis* *fieri*, ut *quicquid* *ab* *ipso* *præstitum* *fuerit*, *nostrum* *cen-*  
*se-*



*scatur.* At unio nostri cum Christo, non est justificatione prior, sed in signo rationis posterior, consulantur Loca Joh. 15, 4. 5. 6 Gal. 3, 27. Eph. 3, 17. 2. Quomodo Justitiæ imputatio potest fluere ex unione, si sc. unio sit Effectus & consequens Justificationis, quomodo Absolutio & Adoptio possunt esse Effectus Justitiæ imputationis, simulque partes justificationis? an ne etiam pars habet rationem Effectus, cum hic dicat relationem ad Causam? 3. Justitia Christi imputata habet vim Satisfactoriam & Meritoriam, ut forma quædam sive pars justificationis, nam illa est fundamentum remissionis peccatorum, propter justitiam enim Christi, propter obedientiam passivam remittuntur nobis peccata, fundamentum est meritorium, quia nos ornat justitia illa aliena coram DEO; ut justii habeamur, & tales censeamur in judicio divino.

VI. Ex Lege argumentatur, atque dicit, *Sicut Lex duas Sanctionis partes continet, ita remissionem peccatorum respondere pœnz liberationi, juri ad vitam, quod perfectissimâ obedientiâ sub Christus nobis acquisiverit respondere alteram partem, sed nil contra nos; nam 1. nos concedimus remissionem peccatorum & ablationem pœnz nobis obtingere in justificatione, imò dicimus esse alteram partem justificationis: 2. Præmium vitæ adscribimus etiam justitiæ Christi, sed præmium vitæ & adoptionem per modum alienius consequentis, non formaliter justificationem constituentis: 3. Ipse Autor videtur annuere, dum dicit, præmium vitæ Christum nobis acquisivisse perfectissimè obedientiâ sub, scil. Activâ, Ergò ipse præordinat obedientiam activam justitiæ Christi, quæ imputatur nobis in justificatione, præmio vitæ tanquam consequenti acquisito.*

VII. Probat ex Salutis necessitate, verum tantum probat, quod scil. non justificemur per solam remissionem peccatorum. 1. Quod ex inimicis Dei debeamus mutari, quod fit per induktionem Christi, imputationem illius justitiæ. 2. Utrique per adoptionem datur nobis Jus ad vitam, ideoque adoptionem & Jus ad vitam dicimus includi in actu justificationis, sed per modum beneficii diversi, quando salus & beatitudo includuntur

tur in actu justificationis, sed non justificant, verum per  
dum beneficii diversi nobis obtingunt.

VIII. Argumentatur ex natura rei, quia aliud sit redimere  
quâ, aliud premium etiam adjicere: 2. Licet hæc duo inseparabiliter  
seu inter se conjuncta sint, ex fœdere gratiæ, ex natura tamen  
separari, 3. Ut Adamus etsi innocens ab initio creationis, sed  
nâ dignus, non tamen statim dignus fuerit premio, donec  
obedientiæ perfecisset, ita non absolutè necessarium fuisse  
peccata sunt remissa & qui à mortis reatu liberatur, ab  
tatis Coronâ donaretur, cum si Deo libitum fuisset, homo  
denuò ad opus amandare, quo premium consequeretur  
disputatur, quomodo redimere à pœnâ differat à receptione  
præmii, sed an à pœnâ redimere respondeat remissionem  
sum & additio præmii adoptioni in Filium DEI, uti ha-  
mus, Redemptioni à pœnâ utique respondere remissionem  
catorum, sed justis constitutioni respondere justitiam  
imputativam, formalis etiam effectus justitiæ imputati-  
constitutio justis, & hanc constitutionem justis  
constitutionem filii, receptionem in confortium  
hæreditatem atque præmium vitæ æternæ.  
remissionem à pœnâ & additionem præmii inseparabiliter  
ter se conjuncta, & quidem ex fœdere gratiæ, ex natura  
rei posse separari. At disputari potest, an ex natura rei  
rari possit, quia ita fingitur homo *si bene*, qui neque  
vus sit DEI Filius, neque hæreditatem cœlestem acci-  
tur, sed tantum habeat remissionem peccatorum, qui  
fit à reatu; At an talis medius detur homo, qui  
habeat remissionem peccatorum, nec jus ad vitam æternam  
meritò disputatur, annon hæc ex natura rei inseparabiliter  
non tantum ex fœdere gratiæ: 3. Exemplum. Adamus  
producitur, tum quia ille non tantum innocens fuit ab  
creationis, sed etiam integer & justus, conditus enim  
Etus corpore & animo, Eccles. 7. 29. tum quia ad Pharisæos  
hæc sententia inclinat, ita etiam *Smabius*, *reus dicitur*  
*simplex est & expertus omnis mali, h. e. innocens*: tum quia  
legitur Eccles. 7. non dicit *negative* expertus mali & innocen-  
tem,

tem, sed positive quoq; justum, quemadmodum patet ex Dent.  
9, 5. & prolixè contra hanc sententiam disputat ex ipsis Calvi-  
nians *Hornbeccius*.

IX. Ad dicta Scripturæ recurrit, & 1. urget Locum Gal. IV.  
2. Actor. xxvi. 3. Gradationem, Rom. V. Verum primus locus  
non facit pro Authore; tum quia Christus factus est *ἡμῶν υἱός*,  
ut liberaret eos, qui erant sub Lege, & ut adoptionem accipere-  
mus, adeoque Christus primùm factus est sub Lege, obedienti-  
am præstitit activam & passivam, ut liberaret eos, qui erant  
sub Lege, ut imputaretur ipsius justitia obedientia *Activa* & *Passi-  
va* his, qui sub Lege erant, ac si ipsi Legi satisfecissent, præce-  
dit itaque imputatio justitiæ Christi & obedientiæ ipsam ado-  
ptionem: tum quia particula *ἵνα* dicit respectum vel antece-  
dentis ad consequens, vel causæ ad Effectum, vel mediæ ad fi-  
nem, atque ita passim usurpatur in Scripturis, ut ex hac ipsâ E-  
pistolâ patet Gal. I. 6. II. 4. III. 14. quapropter cur hoc in Loco  
debeat aliter accipi nullam rationem invenimus: tum quia vox  
*δικαιώσις* alibi, adeoque Aoristus indicat, habere sese justifica-  
tum ad hæreditatem antecedenter, Tit. 3, 7. ut jam justificati  
efficeremur hæredes vitæ æternæ. Et notanter hoc ipso loco A-  
postolus effecta recenset, incarnationis & meriti, quod nimi-  
rum sit emercatio nostri, receptio in adoptionem, Spiritus S.  
collationem, ut itaque antecedens & consequens se habent per  
modum Effectus, ita & medium illud nempe receptio in Ado-  
ptos, unde Paulus non dicit, ut adoptaremur, sed ut adoptatio-  
nem reciperemus, ut contradistinguat nos Patribus V. T. qui ad-  
huc sub Legis tutelâ & curatelâ fuerant, adeoque utut adopta-  
ti, tamen adoptionem nondum habuerunt quoad liberum ut-  
sum, hinc particula *ἵνα* excellentiam adoptionis demonstrat,  
præclaram adoptionem sive benedictionem, quam Deus A-  
brahæ & ipsius semini largiter promisit, quapropter utitur  
verbo *δοῦναι δωρεάν*, recipiamus, quod explicat *Marloratus* Calvi-  
nians scribens: *Pulchrè dixit, reciperetur, & ut ostenderet, nos hoc  
amisisse in Adamo, & per repromissionem Abrahæ & semini ejus in  
Christo factam recepisse: Secundus non concludit, nam per fidem  
accipimus 1. non tantum remissionem peccatorum, quæ est finis*

fidei

fidei nostræ, 1. Pet. 1. non tamen sequitur Unionem mysticam  
 cum Christo, salutem animarum non esse quid posterius justifi-  
 catione. 2. Dicimus remissionem peccatorum accipere per fidem,  
 sed non tantum remissionem peccatorum, verum etiam ipsam  
 justitiam Christi imputatam per fidem recipimus, sicut et  
 justificatio nostra consistit in remissione peccatorum, quæ fi-  
 de recipitur, ita consistit in justitia Christi imputata, quæ  
 in parte primâ, quæ itidem fide accipitur, 3. Si per fidem in-  
 telligit jus ad vitam æternam, ut quidem explicat *1. Cor. 9.*  
 concedere, includi illud in actu justificationis, si verum est  
 tur ususfructus istius adoptionis, dicimus illum esse post  
 anteriorem ipsâ justificatione, & ne confundamus hæc  
 Pontificii: *Cornel. enim a Lapide in cap. 1. Hof. 2. per gratiam  
 tiam per quam adoptamur in filios Dei, non esse unam rem simplicem  
 sed multa completi, remissionem peccatorum, fidem, gratiam, charitatem,  
 aliaq; dona q; ipsum Spiritum S.* 4. Gradatio Apostolica hæc  
 nobis facit, partim quia gradatio quæ fit per gradus ab uno  
 ad alium & beneficio ad alium gradum distinctum ascendit, qui  
 justificati habent pacem apud Deum, gloriam tenent, & vitam æternam  
 quemadmodum inter se sunt distincti, ita quoque eorum beneficia  
 justificatis tribuuntur, non idem erunt cum justificatis, quæ  
 partim quia in Græco habetur vox *δικαιοσύνης*, hæc autem non  
 præsupponi debere justificatos: partim quia pax confertur a  
 DEO, gloria filiorum DEI est fructus justificationis, & vitam æternam  
 pacem habent justificati cum Deo & tranquillitatem in conscientia  
 tiz, quia Christi justitia ipsis est imputata, quia hæc est remissio  
 nem peccatorum, neq; illa ulterius pungunt justificationem, quæ  
 9. tribuitur propitiatio iniquitatis & adductio justitiæ, quæ  
 ex quo concluditur, justificationem nostram partim esse remissionem  
 fionem peccatorum, partim justitiam imputatam, & si vi justitiæ  
 imputatæ jus ad vitam æternam datur, consequens est hoc, ut  
 potius usum illius esse consequens quoddam justitiæ secularis  
 quod dicit promitti credentibus transitum mortis ad vitam æternam  
 illud docet non tantum includi in justificatione remissionem  
 peccatorum, sed & justitiæ imputationem; quod Johannes di-  
 cit, Apoc. 1. Christum non solum nos lavare a peccatis, sed &

**Facere Reges ac Sacerdotes.** Illud ipsum docet actum justificationis consistere in lotionem à peccatis, i. e. in remissione peccatorum & in imputatione sanguinis, meriti & justitiæ Christi, adeoque præcedere illud, facere Reges ac Sacerdotes, qui sc. fiant tales per lotionem à peccatis, per justificationem.

**X. Dicit realiter inter se differre remissionem peccatorum & imputationem justitiæ Christi, 2. imputationem justitiæ habere rationem cause, & remissionem rationem Effecti. 3. Non esse comparandas inter se ut nuditatis tectiorem & indationem vestis, quæ reipsâ unum sūt idemq;.** At dum dicit realiter differre, Paulum arguit, qui sc. docet imputationem justitiæ Christi materialiter esse ipsam remissionem peccatorum atque hæc commutat, remittere peccata & imputare justitiæ in propria sede hujus articuli, dicit ergò, *Beatum esse hominem cui DEUS imputet justitiæ,* Rom. 4, v. 6. 7. & 8. *Beatos esse quibus remissa sunt peccata.* 2. Imputatio justitiæ non habet rationem Causæ, & Remissio Effectus, sed obedientia & justitiæ Christi habent rationem Causæ, aut enim spectatur illa justitiæ, ut *acquisita* aut ut *applicata*, Priori modo rationem habere potest causæ, si posteriori ut imputata, ad formam justificationis est referenda. 3. Non videmus, cur illa comparatio à vestibus desumpta non possit Locum habere, cum justificatio illi assimiletur, Esa. 61, 10. *Ut itaque induitio vestis eo ipso, quo induitur, tectiorem nuditatis dicit, ita imputatio justitiæ Christi eo ipso quo nobis imputatur, peccata nostra tegit,* Gal. 3, 27. *Audiat Turretinus, Leydekerum Socium religionis, qui ita scribit in tract. de Veritate Evangelica, Th. xli, xlii, xlii, cap. viii. Adoptio dicit sententiam & judicium Dei, quo nobis filiis iræ adjudicatur hæc sublimis dignitas, & jus fruendi ac gaudendi beneficiis demonstratis, Job. 1, 12. 1. Job. 3, 1. ut quidem sit distinguenda ab ipsâ justificatione, nam per adoptionem non constitui-mur just, sed assumpto eorum titulo heredes Dei, & coheredes cum Christo; Imò verò justificatio fundamenti rationem habet ad relationem & dignitatem Adoptionis, Rom. 8, 17. Gal. 3, 26. Hinc quoque omnes fideles duplici, quasi jure vitam æternam expectant, & possessuri sunt, Primo Justificationis, Secundo Filiationis, quæ priori adjicit novam excellentiam fundatam in divina Adoptione redemptione & unione Christi*

QUÆSTIO III.  
De Sanctificatione.

Querit Autor, An bona opera sint necessaria ad salutem, & affirmat. Thesi verò II. tres sententias recenset. Primam eorum, qui peccantes in defectu eam negent. Secundam eorum qui peccantes in excessu affirmant & urgeant necessitatem meriti ac causalitatis: Tertiam eorum, qui aliquam necessitatem agnoscant contra Libertinos, sed necessitatem meriti contra Pontificios constanter rejiciant, quæ sit sententia orthodoxorum: Ast 1. Libertini quales fuerunt Copeus Flander, Quintinus, Picardus, Bertrandus, Antonius Bocquius ita errarunt, ut Jacobus Gualterius Jesuita ad Henricum IV. Regem Galliarum Calvinum etiam erroris hujus reum egerit, quod tamen per calumpniam ipsi affinxit, tum ex eo, quia contra Libertinos instructionem edidit, cum Epistolam adversus Franciscanum Sectæ illius Defensorem adornarit: tum ex eo, quia sese differentem ab illis docuit instructione cap. 8. nō solum autem illi in defectu peccarunt, qui Priscillianistæ imitati simulationem Religionis propugnarunt, ut constat ex primo Article Libertinorum, sed & ii qui plus progressi sunt, & non tantum dixerunt, bona opera esse adiaphora, sed etiam perniciofa ad salutem, de quo videri potest Formula Concordiæ, Article IV. in Antich. II. quorsum aliqui referunt Nicolaum Amsdorfium, de quo tn. dubitamus, annon excusari possit, partim ex eo, quia videtur statuisse opera perniciofa esse ad salutem tantum per accidens, si sc. fiducia in illis collocetur, quod vel maximè probandum: partim ex eo, quia Georgio Majori sese opposuit, & in illo sensu opera dixit perniciofa ad salutem: partim deniq; ex eo, quia ita sese purgat in scripto publico anno superioris Sectæ edito. Illam Sententiam proponit, & dicit in Excessu peccare, qui urgeant necessitatem meriti & causalitatis, At sic in proprios suos ferrum stringit, nam Gisbertus Voetius in Disputatione publica primam inculpatur: Ansfeldenses-Lutheranos, quod illas & con-

Et contrarias phrasas accusarint Et damnarint tanquam Interimisticas  
 Et Papisticas. 2. Scribit, cum opera quidam vocant medium, quo Et  
 per quod, item conditionem, que idem est in Moralem ac medium,  
 certe causam vocant, quia medium habet relationem ad finem, fins  
 autem cum obtinetur, dicitur effectus, at Effectus habet relationem ad  
 causam, Itaque opera eadem, que dicuntur medium respectu vite obti-  
 nende, dicuntur causa respectu vite obtente, sic via Et iter dici non  
 possunt ad vitam nisi aliqua sua causalitate concurrant. 3. Definitio-  
 nes ex Veteribus & Recentioribus Philosophis corradit, & di-  
 cit, nunc applicentur omnes illa definitiones ad necessitatem Et usum  
 bonorum operum, Et videbimus recte illa dici causam, causam per se,  
 principium per se, instrumentum, Et. imò dici posse meritum impro-  
 prie, E. secundum Turretinum Gisbertus Voetius referendus erit  
 inter Pontificios & Socinianos, & consequenter illi etiã quos pro  
 sua sententiã allegat, Beza, Zanchius Et. 3. Illam sententiam  
 quam promit & Orthodoxorum esse dicit, non simpliciter ne-  
 gat nec simpliciter affirmat, sed ponit opera tanquam conditio-  
 nes, sine quibus non vult Deus nobis conferre salutem, sive ut Bern-  
 hardus fuit non causæ regnandi, sed viæ ad regnum, quod Petrus  
 van Mastricht defendit, & cum eo Turretinus, qui si necessitatem  
 simpliciter propugnarent, nobis nos non opposeremus, sed  
 quia necessitatem meriti tantum contra Pontificios rejiciunt, i-  
 deoque non negare videntur necessitatem causalitatis, nec simpli-  
 citer dicunt opera esse necessaria, sed cum illa habitudine ad  
 salutem, quod est heterodoxum, impugnamus.

III. Dicit non queri de necessitate meriti, causalitatis Et efficien-  
 tiæ, sed de necessitate medii, presentie Et connexionis, an scil. requi-  
 rantur tanquam medium Et via ad salutem possidendam: Atque 1.  
 Voetius necessitatem Efficientiæ defendit, aperte dicens, Deus  
 efficiunt suo modo salutem, at si suo modo efficiunt, necessaria  
 sunt, sub ratione causalitatis Et efficientiæ. 2. Ipse Voetius conclu-  
 dit ex eo, quod quia media sint ad finem, efficientiam dicunt in  
 ordine ad finem, dum itaque Turretinus statuit, necessaria esse  
 bona opera necessitate medii, secundum Voetium statuit esse ne-  
 cessaria necessitate causalitatis Et efficientiæ. 3. Dicit queri, an requi-  
 rantur tanquam meritum Et via ad salutem possidendam, ubi inge-

B

†

nuè

nuè agit *Andreas Rivetus* in *Dialysi Grotianaè discussionis, Voëtium & Socios* refutans, qui *Bernhardi* dicto abutuntur, scribens, *Falsum est viam proprie dici causam eò perveniendi, sed incessus per viam, quæ nihil agit, nec agere potest*, de hoc *Bernhardi* loco & toto hoc Argumento, vid. *Epistola Cassandri ad Joh. Molinæum XIX.* Rejiciunt quoque hanc sententiam ex ipsis *Calvinianis Christoph. Pelargus* in *Compendio Locorum Theologicorum Loco XVIII. Disputationum XX. Diss. XII.* & provocant ad consensum *Philippi Melancthonis*, ac respondet ad *Objectionem*: At nemo sine operibus salvatur, falsum esse, *Cbryostomum* dicere fidelem sine operibus monstrari posse, nempe latronem.

IV. Dicit, rejectam fuisse hanc sententiam à variis *Theologis Lutheranis*, tanquam minus commodam & periculosam, imò & à quibusdam ex nostris, se tamen putare cum aliis, sine periculo retineri posse, imò urgendam esse censere contra *Epicuræorum* licentiam. At 1. benè rejecta est hæc sententia à *Theologis Lutheranis* Seculo superiori, phrasis enim est *Papistica & Interimistica*, multis ambiguitatibus involuta, hinc de eâ scripsere *Job. Spenius*, qui etiam confutationem adornavit argumentorum, quæ ab adversariis allegari solent, *Job. Wigandus* in tractatu peculiari anno Seculi superioris *LXV.* edito, nec non *Andr. Musculus* in tractatu *Germanico*. 2. Quomodo sine periculo retineri potest hæc phrasis, cum viam sternat ad *Papismum*, cum à *Voëtio* jam sit explicata, ita ut opera dicant causalitatem ad salutem, quod è diametro articulo *Justificationis* est adversum? anne autem nullum periculum animæ est, si articulus de *Justificatione* acropolis nostræ fidei nō maneat illibatus? 3. nil proficitur contra *Epicuræos*, si opera ad salutem statuuntur necessaria, sicut etiam non sunt facienda mala, ut eveniant bona, *Rom. 3.* ita nec falsa introducenda sunt dogmata, ut obtineamus utilitatem quandam contra *Epicuræos*, posito quod licentia eorum falso hoc dogmate refrenetur: & annon *Apostoli* in *Concilio Hierosolymitano* egerunt contra *Pseudo-Apostolos*, qui dicebant: non potestis salvari sine operibus, *Act. 15, 1.* dicendo: Quid tentatis Deum?

V. IO. II.

V. Probat in illis Autor necessitatem honorum operum.

As



At 1. hoc est extra controversiam, non enim de necessitate bonorum operum est sermo, sed de necessitate ad salutem. 2. Hoc didicisse potuisset ex Augustana Confessione, ubi quamvis operibus essentialis gloria negetur esse promissa, promissa tamen iisdem ex fide factis præmia alia corporalia & spiritualia, temporalia & æterna, ita ut Orthodoxi etiam doceant, licere bona opera facere cum directâ intentione consequendi præmia illa, quæ Deus bonis operibus promittit. 3. Hæc phrasis, bona opera sunt necessaria, ad salutem non est scripturaria, cum nullibi in universâ Scripturâ ostendi possit, quod hæc phrasis legatur, hinc omnia dicta, quæ ex Dei mandato, ex rei naturâ, ex hominis fidelis conditione depromit, nil probant nisi necessitatem vi mandati divini, vi rei ipsius naturæ, vi hominis fidelis conditionis, sed de appendice illâ, quod sint necessaria ad salutem, quod ordinem vel respectum dicant sive meriti, sive mediæ & causalitatis, ne gry quidem offenditur.

## LOCUS XIX.

# DE SACRAMENTIS.

### QUÆSTIO I.

#### De Voce & Definitione Sacramenti.

**I**n thesi III. scribit Autor: *Unde Pontificii Luthero, & Lutherani nobis injuriam faciunt, dum nobis impingunt, quod ab hac voce abhorreamus, cum constet ordinarium ejus apud nos usum esse: At 1. rectè dicit Turretinæ, Pontificios injuriam facere Luthero, agnoscente hoc etiam Maresio, quod abhorruerit à voce Sacramenti, injuriam enim esse ex eo patet, quia hoc tantum colligunt ex libro de Captivitate Babylonicâ, ubi hæc habet Lutherus: Non habet universa S. Scriptura hoc vocabulum Sacramentum in eâ significatione, quâ noster usus, sed in contrariâ: Et ex Loco de Missa, ubi scribit: Pia & fidelis conscientia dignè meritoque cavere debet, ne hoc Sacrificium appelles, at longè aliud est abhorrire à voce ejusque Ufu Ecclesiastico, & aliud, dicere vocem Sacramenti*

B 2

non

non inveniri in Scripturâ, & quidem in eâ significatione, in quâ noster usus adhibet, prius nunquam dixit *Lutherus*; Posterius verò & quidem verissimè dixit ac confirmavit. Propterea sacrificium non potest dici Sacramentum, neque in universa S. Scripturâ vox sacrificii ita usurpatur, quia sacrificium est id, quod nos offerimus Deo, Sacramentum autem quod à Deo nobis offertur; Agnovit hoc ipsum *Moyandus Veronensis Clericus Regularis in II. am § III. am Thomæ* scribens: *Excludi à ratione Sacramenti sacrificium, quia Sacramentum etsi materialiter imponit idem esse ac sacrificium, primariò tamen respiciat suscipientes sacrificium vel ipsam Dei excellentiam.* 2. *Lutherus* apertè probavit hanc vocem ejusque usum Ecclesiasticum loco contra sceleratos Prophetas, Parte II. da. 3. Quomodo potest *Lutherus* hanc vocem improbasse, cum tamen in Augustana Confessione recipiatur nomen Sacramenti, legatur in Locis *Philippi Melanctonis*, & denique in Confessione *Württembergicâ Christophori à Brentio* adornata, nec non à *Chevnitio parte II. Ex. Conc. Frid.* Quod autem Calvinianos jungit *Luthero*, eosque etiam vult exculpate, hoc ipsum refutat *Meridies Veritatis* Experientia: Tum quia *Andreas Carolstadius* in libro de *Imaginibus* & *Sacramentis* ex professo disputat contra nomen hoc & ejus usum: Tum quia *Zwinglius* in loco de *verâ & falsâ Religione* scribit: *Vocem istam Sacramenti magnoperè cuperem Germanis nunquam fuisse receptam: Tum quia ipse Calvinus l. 4. Instit. c. 14. §. 13. dicit: abundè liquere veteres, qui Sacramentorum nomen signis indiderunt, minime respexisse, quis usus fuerit verbi hujus Scriptoribus latinis, sed novam hanc significationem pro suo commodo affinxisse, quâ simpliciter sacra signa designarent.*

VI. Dicit, *Sacramento* respondere vocem *μυστήριον*, & descendere vel *ἡ ἀνομή* ἢ *μυστήριον*, quod sit sacris initiare, vel *ἡ ἀνομή* ἢ *μυστήριον* τὸ σῶμα, vel ab *Hebraeis* אָרָם quod est occludere, unde אָרָם arcam, At *hæret* in Græcâ significatione, dum dicit descendere vel &c. At diversissima sunt hæc, sacris initiare & os claudere: 2. Adducit sententiam *Isaaci Casauboni*, qui vocem *μυστήριον* ab *Hebræis* אָרָם derivet, at cum origo peti possit ex Græciâ, cur longinquius eamus in *Palæstinam*, & hanc derivationem inde petamus? 3. Verissima

rissima vocis hujus origo est *μυστήριον*, Tùm quia, ut ait *Enschachim*, oportebat Mysteriorum peritos claudere os, neque ea patefacere, quæ edocti erant, agnoscete ipso *Turretino*; Tùm, quia *μυστήριον* & *μυστήριον* derivantur ab unâ radice nempe à *μύω* oculos claudio, suos enim sensus quasi claudentes divinas illustrationes accipiebant: Tùm quia ipse agnoscit vocabulum hoc ab usu superstitioso ad Religionem fuisse traductum, Gentiles autem myteria sua noctu peragebant, quæ sacra opertanea vocat *Plinius*, operta *Flaccus*, quia seil sunt clausa, oculis non visibilia, & consequenter abscondita. Illud verò taxandū est in Calvinianis, quod etiam abhorreant à voce *μυστήριον*, nam cum *Milletterius Gallus*, ministerii Calviniani addicto *Edmundo Albertino* idipsum proposuisset, hic adversus illum insurrexit & dixit, *Repugnare ipsam Patribus, propriis Scriptoribus Gammachæo, Isamberto, Meracio & sibi metipso. Loco I. de Evebar. cap. II.*

VII. Dicit, *Sacramentum rectius vocari signum fœderis*, At id dicit Sacramenta rectius dici signa fœderis, oblique culpatur nomen mysterii adhibitum ad designanda Sacramenta, adeoque cum *Albertino* conspirat. 2. Omnia confundit, ut in turbido piscari queat, signumque eruere, quod Sacramentis adaptet, Dicit enim *S. Scripturam* vocare *Iridem signum fœderis Gen. 9.* At *S. Scriptura* *Iridem* ita vocat, non quod conveniat cum Sacramentis eorumque naturâ, sed quod designet benevolum affectum placati Dei, adeoque analogicè, sed non equivocè: quid igitur commune habet Iris cum Sacramentis propriè sic dictis? De Signo & Sigillo Justitiæ fidei paulò post. 3. Signum simpliciter *Exod. 12.* non dicitur Sacramentum, sed sanguis ille, quo postea domus illinebatur. 4. Sacramenta non *συνδύματα* dicuntur *Hebr. 8. & 9.* sed tabernaculum & supellex *V. T.* cum ministerio *Levitico*, & eo ipso, quo baptismus dicitur antitypum *Diluvii*, non signum, sed designatum dicitur, quod per umbras & typos *V. T.* fuit delineatum, *1. Pet. 3.* De nomine *ἱερατεία* occasio dabitur in sequentibus.

VIII. Disputat de *Definitione Sacramentorum* & definiri posse negat, At hoc intelligit vel de *Definitione Logicâ*, quæ constat genere & differentiâ, vel de *Theologicâ*, quâ ratione in *Theologicis*

logicis definire solemus, quæ quocunque modo essentiam ad-  
 umbrant, Priori modo Sacramentū non posse definiri, Conc. po-  
 steriori, Neg. 2. ratio quam allegat, non stringit, quod scil. *Sacra-*  
*mentum sit aliquod concretum*, hęc enim ratione non posset definiri  
 familia, Respublica, Ecclesia, quæ aliquod concretum. 3. quia  
 fit quid extraordinarium, At etiam extraordinaria definiri pos-  
 sunt, v. gr. miracula, mirabilia, quæ sunt opera extraordina-  
 ria. 3. quia constat ex iis, quæ non sunt in eodem genere,  
 At hęc quoque definiri possunt, quæ scil. in diversis prædica-  
 mentis sunt, v. gr. homo in quantum est longus, in quantum  
 visibilis, est in diversis generibus Quantitatis & Qualitatis, &  
 tamen potest definiri. 3. Longè alia est ratio, cur Sacramentum  
 exactè definiri nequeat, quàm allegat Autor, disputatur enim  
 adhuc, an Sacramentum sit Ens reale an rationis, & ex hoc pun-  
 cto cum *Occamo, Major, Richardus* affirmant Sacramenta esse En-  
 tia Rationis, volunt Sacramentum non posse definiri, Sacramen-  
 tum enim esse vel aggregatum quoddam per accidens cum con-  
 stet ex rebus & verbis, vel Ens rationis, si consideretur formaliter,  
 ut signum ex arbitraria Institutione significans: Si est Ens  
 per aggregationem, non potest definiri, quia non definiuntur  
 nisi Entia per se, non verò Entia per accidens, quale quid est Sa-  
 cramentum: Si est Ens rationis, iterum non potest definiri, quia  
 definiuntur tantum Entia realia; Hęc est propriè dicta ratio,  
 quam urgent Doctores isti, quod Sacramentum definiri  
 nequeat: Neque tamen concludit, cum quoque definiantur  
 Entia per accidens, Entia per aggregationem tam *physica*,  
 quàm *moralia, physica*, v. g. domus, quæ est Ens per aggregatio-  
 nem ex lignis & lapidibus: *Moralia*, v. g. regnum, Politia, Exer-  
 citus, imò *Theologica*, v. gr. Ecclesia: Præterea sumitur hic ali-  
 quid, quod non conceditur apud nos, nempe Sacramentum ut  
 formaliter signum dicit, non posse definiri, At Sacramentum in  
 sua essentia non est signum sed actio, ut in sequentibus demon-  
 strabitur: Porro Sacramentum vel signum dicitur *transcendentia-*  
*liter*, vel *predicamentaliter*, si prius, non est Ens rationis, seque-  
 retur enim alias, affectiones Entis realis disjunctas, quales sunt  
 signum & signatum, esse Entia rationis: Si posterius, iterum non  
 potest

potest esse Ens rationis, cum in prædicamentis tantùm sint Entia realia. Denique Sacramentum, si dicitur signum, non dicitur signum *ratione Institutionis humane*, ut ad Entia rationis declinet, sed *ratione Institutionis Divine*. habetque effectus reales: quid quod etiam id, quod ab Institutione humanâ pendet, reale sit, realemque Effectum obtinere possit, ut patet ex exemplo omnium Legum positivarum à Magistratu latarum, & subditos verè ac realiter obligantium.

IX. Patet ergò, cur 1. hæcenus *Turretinæ* Sacramenta non tam mysteria voluerit appellare, quàm signa fœderis, atque exempla adducere Th. 7. nempe ut evincat Sacramentum definitivè esse signum, prout enim describit ex Rom. 4. 2. Nostrâ nunquam negarunt, Sacramenta esse signa; Tùm quia ipsa S. Scriptura circumcissionem vocat sigillū justitiæ; Tùm quia Augustana Confessio Sacramentū signum esse affirmavit: Tùm quia ipse *Lutherus Tomo I. Jen. p. 22.* dicit, *Sacramenta non esse nisi signa, ein Zeichen*, ut habetur originaliter, unde *Wendelinus* ad Lutherum provocat & ad *Philippum Melanctonem*, qui in *Locis suis* Sacramentum vocavit signum. 3. In hoc discrepamus, quod scilicet nostri nunquam dixerint Sacramentum definitivè esse signum, prout signum Calviniani accipiunt, ut scilicet significet & sigillet tantùm, atque ita Sacramentum definitivè non esse signum, ut vult Autor, patet, partim, quia aliud est res ipsa, aliud officium, usus & finis rei, si Sacramentum dicitur signum, non res ipsa, aut essentia Sacramenti exprimitur, sed officium solum, finis & usus intimatur: Partim quia pars rei non est: genus, signum autem est pars rei, E. non est genus; partis enim est referri ad totum: Partem autem Sacramenti esse signum patet, quia in omni Sacramento signum v. gr. amputatio pelliculæ, mactatio agni paschalis, aqua, panis & vinum sunt partes Sacramenti Elementa externa, quæ *quædam* quandam dicunt ad rem significatam sive internam: Partim, quia genus non debet ambiguum esse; At verò signum prout à Calvinianis accipitur, utique est ambiguum, cum non sit cum specie in eodem prædicamento, & cum sit modus Entis, non potest esse genus Sacramenti; Concedimus itaq; secundum S. Scripturam Sacramentum dici posse  
signum

**signum & sigillum, sed non saltem *omnium*, verum quoque exhibitivum.** Quomodo Columba descendens super Christum fuit quidem signum, sed simul exhibitivum Spiritus, Matt. 3. præsepe, in quo Christus jacuit, fuit signum Christi, verum præsentis & exhibentis pastoribus, Luc. 2. Columna nubis & ignis signum Filii DEI, quâ ipsi erat præsentissimus. Exod. 12.

X. Dicit Autor, *Materiam Sacramenti esse duplicem, externam & internam, illam percipi sensibus corporis, maxime visu, istam vero fide, illam esse elementum à Deo institutum ad significandam & obfignandam gratiam, istam vero esse gratiam DEI in Christo, seu Christus cum omnibus beneficiis:* At 1. ambiguè dicit materiam internam esse intelligibilem instrumento idoneo fide scil. apprehendendi, si enim intelligibile opponit reali, ut opponit, negat realiter præsentem esse Trinitatem in baptismo, negat realiter præsens corpus & sanguinem Domini in Cœna, adeoque elevat naturam Sacramenti: 2. Sacramenta sunt Sacramenta etiam, præcisâ fide, ut non proficua, aut igitur *de debito* loquitur, aut *de essentia & facto*? Si prius, concedimus, debere Sacramenta fide apprehendi; Si posterius simpliciter negamus: neque enim ad essentiam Sacramenti requiritur fides, quod ipse agnoscit; & annon hæc ratione indigni non accipiant Sacramentum, quia sc. fide destituuntur, quæ est hypothesis Calviniana. 3. Dicit, *materiam internam Sacramenti esse gratiam in Christo, sed Christum cum omnibus suis beneficiis, & ut Th. XI. explicat, Christum crucifixum,* At a) hoc modo Sacramenta non distinguenda erunt ratione materiæ internæ, quia in omnibus & singulis Sacramentis secundum Authorem materia interna est Christus crucifixus, cum tamen in baptismo sit Trinitas vi verborum Instit. Matth. 28. in Cœnâ corpus & sanguis Domini, Matth. 26. b) Ita neque erunt distincta Sacramenta V. T. à Sacramentis N. Test., quia utrobique materia interna est Christus crucifixus, & quomodo Christus crucifixus non possit esse materia Sacramentorum V. T. videtur inintelligibile, Christus enim nondum fuit crucifixus, E. ut crucifixus non potuit esse materia interna Sacramentorum V. T. c) Quia Christus crucifixus est quoque materia interna verbi, seu objectum, de quo agit verbum Evangelii, 1. Cor. 2, 2. est

est objectum fidei per verbum propositz, quomodo igitur à verbo distinguetur?

XII. Ad formam Sacramentorum progreditur, & dicit, illam positam esse in Analogiâ sive *χρῆσι* materiæ externæ ad internam, signi ad rem significatam, quæ res promissa animo nostro ita representatur, ut etiam verè communicanda præbeatur: 2. Dicit, hanc analogiam sitam esse in significatione, ob signatione & exhibitione. 3. Illam exhibitionem explicat & dicit, Exhibitionem ex Dei veritate esse, quia non laudet Deus nuda & vacua signa instituendo, sed ut reipsa præstet, quæ verbo vocali promittit, ita in Sacramento reipsâ exhibere, quæ signa representant, ut cum signis in usu legitimo Sacramenti conjungatur vera possessio, & fructio rei significatæ: At 1. Analogiam sacramentalem etiam nostri concesserunt, sic enim *Heerbrandus* in Compendio p. 582. Verum est Patres hujus orationis formam aliisque usos fuisse, ut panem & vinum corporis & sanguinis Christi symbola, signa, figuras & antitypa vocârint: consentit *Chemnitius* in fundamentis Cæne, *Marpachius* im geistl. Unterricht vom heil. Abendmahl: imò ipse *Chytræus* analogiam illam adhibet, ut naturalis panis esu corpora nostra nutriuntur & augentur, ita spiritalis gratiæ efficacia sive meriti & beneficiorum corporis Christi perceptione per fidem animæ nostræ fames sedatur, & vita æterna in nobis alitur ac fovetur, sitisque conscientiæ æstu iræ divinæ accensa exstinguitur. Probavit eam *Lutherus* Tomo VII. *Wit.* agnovit illam in inæqualitate esse fundatam *B. Menzerus*: non igitur est quæstio de analogia simpliciter sic dictâ, sed de analogiâ illa sacramentali, quàm Calviniani defendunt, quàm formam Sacramenti esse dicunt cum Authore. 2. Analogiam verò non esse formam Sacramenti patet; Tum ex eo, quia forma dat esse rei, analogia autem *χρῆσι* non dat esse Sacramento. Major est evidens ex Philosophiâ: Minor prob: quia v. g. quævis aqua habet analogiam ad materiam cœlestem in baptismo, quodvis alimentum potest pium hominem movere & monere de alimento spiritali, adeoque analogiam habet cum illo, nec tamen quodvis alimentum sacramentû dici potest: Tum ex eo, quia si analogia esset forma Sacramenti, omnes typi V. T. omnia sacrificia dicenda forent Sacramenta, quia omnia sacrificia omnesque

mnesque typi habuerunt analogiam quandam cum Christo tanquam Antitypo: Tùm ex eo, quia ita confunduntur Sacramenta V. & N. T. Ponamus Sacramenta V. T. constituisse in analogiâ, non tamen hoc enuntiandũ de Sacramentis N. T. Sacramenta enim V. T. fuerunt umbræ, Col. 2. Heb. 10. In N. T. autem e jusq; Sacramentis est ipsum corpus. 3. Ubi est unio, ibi intercedit realis conjunctio; In analogiâ verò consistit unio signi cum signato, ut loquitur Author, E. realis in eâ est conjunctio, quanquam unio signi cum signato, non tam sit unio, quàm respectus quidam, & inde non unio. β) Ambiguè dixit Analogiam sacramentalem consistere etiam in Exhibitione, sanè si Autor statueret Sacramenta esse signa non tantùm *significantiæ* & *obsignantiæ*, sed & *exhibitivæ*, nobiscum conspiraret, hoc enim est quàm maximè, quod contra Calvinianos propugnamus, Sacramenta esse signa exhibitiva, propositiones sacramentales esse exhibitivas, & ad modum exhibitivarum explicandas. Dolum suum prodit. γ) dum Exhibitionem explicat, dicit enim *Deum reipsa exhibere in Sacramento, que signa representent*. At illa signa nil aliud representant, quàm ut ab Authore ipso ponitur, Christum cum suis beneficiis, v. g. aqua baptismi non exhibet Trinitatem, sed Christum crucifixum: Panis non exhibet Corpus Christi, sed gratiam Dei & Christum crucifixum: Vinum non exhibet sanguinem, sed gratiam Dei & Christum crucifixum.

XIII. Progreditur ad phraseologiam sacramentalem, & dicit, *Signorum & signatorum nomina inter se permutari, signum de re significata predicari, Christum dici Pascha 1. Cor. 5, 7. & contra res significatas de signo, ut Circumcisio dicitur fœdus, corpus Christi panis*: Verum Resp. 1. si signorum & signatorum nomina inter se permutantur, ruet Analogia sacramentalis, Analogia enim est inter duas res, quarum una cum altera comparatur, non permutatur. 2. Falsissimum est signum de re significatâ predicari, nunquam enim predicatur signatum de signo in casu recto, idque ideò, quia neque propriè, neque figuratè in casu recto de signo suo predicatur, quatenus signatum, sequeretur enim stante hâc ratione duo relata in casu recto de se invicem predicari, quod est contradictorium, Pater nunquam dicitur Filius, neque Filius Pater, sed Pater dicitur Filii Pater, & Filius Patris Filius. 3. Si



Si Christus dicitur Pascha, anne signum de re significatâ prædicatur? ane est signum Christi, & Christus signatum? amon verè & realiter Christus fuit agnus paschalis pro nobis immolatus in cruce? ut habetur 1. Cor. 5.

XV. Fines Sacramentorum exponit & dicit, esse finem vel proprium, vel accidentalem, proprium & principalem esse confirmationem fœderis gratiæ & oblationem à parte Dei nostræ cum Christo unionis in fœdere promisso; Minus principalem esse, ut sint publicæ professionis & divini cultus tessera, quibus, qui pertinent ad Ecclesiam visibilem, à reliquis cœtibus distinguantur, finem verò accidentalem esse justam impiorum & hypocritarum Sacramentis abutentiû condemnationem: Verum Resp. 1. malè poni principalem finem Sacramentorum confirmationem fœderis gratiæ, nam a) non negamus Scripturam dicere Circumcisionem esse sigillum vi Rom. 4. nec negamus finem oblationem, verum an principalis finis dici possit & quidem exclusivè, hoc est, quod negamus. b) Principalis finis recitetur, qui non tantùm est sigillaris, sed etiam exhibitivus, in quo pro symbolo aquæ, panis & vini exhibentur nobis Trinitas, corpus & sanguis Domini, hunc finem planè præterit, quia negat hæc esse in Sacramento. c) Vult exbarrire finem per confirmationem fœderis & conditionem tessera, At longè latius patet finis ex parte Dei, qui scil. est gloria divina, ex parte hominis qui est ablutio & nutritio spiritualis: Ex parte Ecclesiæ, qui est tessera conditio, ut sc. huic Ecclesiæ censeatur quis additus, de cujus Sacramentis participat. 2. Incommodè dicit, Sacramenta esse publicæ professionis cultusque tesseræ, si enim sunt tessera publicæ professionis; Si distinguunt cœtus ita, ut, qui accedit ad cœnam Calvinianorum, reputetur pro Calviniano, ad cœnam Lutheranorum censeatur Lutheranus; Quomodo itaque poterunt Casselenses Theologi instituire Studiosos, ut, si sint in Academiis Lutheranorum, participent de cœnâ Lutheranorum? Si Lutherani sint in Academiis Calvinianorum, accedere possint ad cœnam Calvinianam? Quomodo Helverii Theologi suadere potuerunt nostris apud nos degentibus Calvinianis, ut adeant mensam nostram Dominicam? Imò quomodo Theologi Galli in Synodo Carenthonensi publicè potuerunt

runt decernere, Lutheranos admittendos esse ad cœnam Calvinianam, quod ipsum *Job. Daleus* contra Pontificios acriter defendit, annon hâc ratione confunditur cœtus Calvinianorum & Lutheranorum neque per tesserâs distinguitur? 3. Quod finem accidentalem concernit, Resp. 1. Si per illum intelligit finem à DEO intentum, a) malè dicit esse condemnationem, Deus enim non intendit condemnationem per Sacramenta, eo ipso quo sunt media salutis, media per quæ nos eripere è condemnatione tentat. b) aliud est finis, aliud eventus, non tam finis Sacramentorum est condemnatio, quàm eventus per intentionem Dei. c) Si finis potest dici, finis est non voluntatis antecedentis, sed consequentis, quæ dicit justum Dei Judicium in impios, hypocritas, & Sacramentis abutentes.

## QUÆSTIO II.

### De Necessitate Sacramentorum.

Th. VII. Dicit Autor 1. *Sacramenta esse necessaria non necessitate medii, sed præcepti.* 2. *Confirmat ex eo, quod gratiam non largiantur nec producant, sed solum obsequent ex institutione Dei & præcepto.* 3. *Gratiam Dei non alligatam esse signis, sed posse & cum illis, & sine illis operari, atque hæc repetit, Tb. IX. Sed Resp. 1. Falsò dici, Sacramenta non esse necessaria necessitate medii, atq; subdolè Helvetii Theologi in præscriptione IV. propositionum exhibitarum nostris Ecclesiis necessitatem Sacramentorum inculcarunt, cum tantum necessitatem præcepti intellexerint; quorsum etiam facit pro ipsis variata Augustana Confessio, quam allegat *Altingius*: Verum etiam necessitate Medii Sacramenta esse necessaria, patet apertè ex Sacramento Circumcisionis, ubi habetur comminatio Eradicationis, si omittatur: proponitur ut medium fœderis divini, adeoque ut medium salutis, pertingimus enim per fœdus gratiæ ad salutem, Gen. 17, 13. 14. nec non ex Sacramento Baptismi, dicit enim *Christus*, Amen, amen, dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest ingredi regnum cœlorum. Job. 3. v. 5. Ubi non tantum necessitas præcepti occurrit, sed etiam medii, atque baptismus proponitur tanquam medium ingressus in regnum cœlorum, cujus dicti vindicias*

au-

audiemus in quaestione de necessitate baptismi. 2. Falsissimum est, Sacramenta non largiri gratiam, nec producere, sed tantum obsignare ex Dei institutione & præcepto: nam a) concedit Autor th. IX. illa media, quæ per se salutem attingunt & operantur, ut sunt Verbum & Spiritus, esse necessaria necessitate mediæ, gratiam largiri & producere, At Sacramenta non sunt minoris Efficaciz, quàm ipsum verbum, Ergo pariter non tantum obsignant, sed & largiuntur gratiam atque producent. b) Ex falsâ hypothesi hoc ipsum procedit, nempe quod Sacramenta tantum sint sigilla, At illa sunt etiam media ingressus in regnum cœlorum, in regnum tum gratiæ, tum gloriæ. c) Supponunt Calviniani Infantes esse in fœdere, esse Sanctos, quosdam absolute electos, ideoque v. g. baptismum non esse medium largiens gratiam, sed illam supponens, & tantum obsignans, quod ex dogmate absolute procedit superius everfi decreti. 3. Signis non esse alligatum Deum, etiam nos dicimus, hinc Sacramenta dupliciter spectantur, vel ex parte Dei, vel ex parte hominum, ex parte DEI rectissime dicitur, non esse necessaria, ita, ut illis se Deus alligavit, sed ex parte hominum sunt necessaria, & quidem necessitate non absoluta, sed hypotheticâ, aliàs non salvatus fuisset Lathro in cruce, qui non fuit baptizatus; non salvati fuissent Liberi Bethlehemitici, qui tyrannide Herodis ante susceptum baptismum sublati sunt, non Catechumeni in Ecclesiâ primitivâ, qui decesserunt ante baptismum, de quo Luc. 23. Matth. 2, & in Historiâ Ecclesiasticâ.

### QUÆSTIO III.

#### De Signo Sacramentali.

Th. IX. Dicit Autor 1. Lutheranos portendere Genus Sacramenti actionem esse potius, quàm signum etiam non signorum. 2. Opponit longe verius dici, Sacramentum esse signum, quàm actionem, quia hoc modo S. Scriptura passim loquitur, totaque antiquitas suffragatur. 3. Resp. in Th. X. & XI. Quamvis Sacramenta Sc. Præterea Sacramenta considerari posse vel in actu signato, Sicut habere rationem signorum sacramentalium citra ullius actionis circumstantiam: vel in actu

*ad* *Exercito*, ubi *actiones* *quadam* *interveniant*, *fractio* *nampe* *est*  
*distributio*. Verum 1. dum *impugnat* *Lutheranos*, non *videtur*  
*impugnare*, nam a) *quæstionem* *movet*, non *absolute* *sed* *compara-*  
*te*, neque *definit* *Sacramenti* *genus* *absolute* *esse* *signum*, *sed*  
*comparatè* *loquitur*, *esse* *potius* *signum*, *quàm* *actionem*, *con-*  
*cedit* *itaque*, *Sacramentum* *non* *tantum* *esse* *signum*, *sed* *&* *a-*  
*ctionem*, *ut* *potiores* *partes* *assignet* *signo*. b) *Argumenta* *no-*  
*strorum* *Theologorum* *mutilatè* *proponit*, *quod* *sc.* *Sacramenta*  
*extra* *usum* *non* *sunt* *signa*, *&* *effectus* *Sacramentorum* *sunt* *effe-*  
*ctus* *actionum*, *non* *signorum*; *Debuisset* *enim* *attendere* *ad* *to-*  
*tum* *complexum* *argumentorum* *Lutheranorum*, *qui* *ita* *con-*  
*cludunt*: *Si* *nomina* *Sacramentorum* *actiones* *designant*, *si* *in-*  
*stitutio* *omnium* *&* *singulorum* *Sacramentorum* *facta* *est* *ver-*  
*bis* *activis* *&* *passivis*, *ut* *v. g.* *circumcidatur*, *macerate*, *baptiza-*  
*te*, *edite*, *hibite*: *Si* *deniq;* *tota* *natura* *Sacramenti* *in* *usu* *consistit*  
*ita*, *ut* *cessante* *actione*, *confestim* *desinat* *Sacramentum*, *confe-*  
*quens* *est* *actionem* *esse* *essentiale* *quid* *Sacramenti*, *&* *cum* *latius*  
*patet* *Circumcisione*, *agno* *Paschali*, *Baptismo* *&* *Cœnâ*, *atque*  
*singulis* *conveniat*, *ideoque* *se* *habere* *ut* *genus* *ad* *Sacramen-*  
*tum*, *At* *prius* *est*, *ergò* *&* *posterius*. *Min.* *est* *Evidens*, *quia* *v. g.*  
*Circumcisio* *ipso* *nomine* *designat* *ritum* *&* *actionem* *circumci-*  
*dendi*, *&* *sic* *consequenter* *in* *omnibus* *vèrbis* *Institutionis* *a* *ctio-*  
*quidam* *præcipitur*, *ita* *ut* *Sacramenti* *natura* *consistat* *in* *dico*  
*αίψα*, *atque* *inde* *sit*, *ut* *cessante* *illâ* *actione* *desinat* *esse* *Sa-*  
*cramentum*: *hinc* *patet*, *cur* *in* *Quæstione* *I.* *ita* *operosè* *egerit*  
*pro* *signo* *de* *Sacramentis*, *ut* *scil.* *vel* *tandem* *obtainet*, *signum*  
*esse* *genus* *Sacramenti*, *at* *verò* *ut* *non* *repetamus* *argumenta* *ibi*  
*adducta*, *hic* *solum* *observamus*, *quod* *signum* *sit* *nomen* *officii*,  
*referatur* *ad* *usum* *est* *finem*, *quod* *autem* *est* *nomen* *officii*, *usus*  
*&* *finis*, *id* *ipsum* *non* *est* *essentiale* *alicui*, *cum* *officium*, *finis* *&*  
*usus* *se* *habeant* *extrinsecè*, *definitio* *autem* *se* *habeat* *tantum*  
*ex* *essentia* *expressio*; *Sic* *v. g.* *si* *hominem*, *qui* *est* *consul* *defi-*  
*niam* *per* *officium*, *extrinsecè* *se* *illud* *habebit* *ad* *essentiam*. *Ho-*  
*minis*, *qui* *est* *animal* *rationalè*. *Ad* *Secundum* *quando* *dicit*,  
*verius* *dici* *Sacramentum* *esse* *signum*, *quàm* *actionem*, *quia* *sic* *loqua-*  
*tur* *Scriptura*, *Gen. 17.* *Respondetur*: *Circumcisionem* *in* *loco*  
Gen.

Gen: non dici signum in quantum est Sacramentum, sed notā in carne relicta per actum circumcidendi, Rom. 4. v. 11. dicitur circumcisio signum & sigillum, sed per modum officii, non essentia. 1. Pet. 3. Baptismus dicitur antitypus, sed non ratione essentia, verum ratione *prefigurationis*, quia per arcam fuit *prefiguratus*. Quod autem de antiquitate dicit, Resp. 1. concedimus Sacramenta partim dici signa, symbola, typos, antitypos & imagines; Verum signa non tantum *significantia* & *obsignantia*, sed etiam *exhibitiva*. 2. Dum hæc adducit, respicit ad phrasen Partum, *Tertulliani*, qui dixit, Panem esse figuram corporis Christi: *Ambrosii*, qui typum dixit: *Augustini*, qui signum vocavit, & *Theodoreti*, qui antitypum nuncupavit, verum longè in alio sensu, quam *Calviniano*, *Tertullianus enim Lib. 1. contra Marcionem* dicit, Pane Christus corpus suum representasse, h. e. præsens exhibuisse: *Ambrosius lib. 4. de Sacramentis c. 5.* dicit: hæc oblatio est figura corporis & sanguinis Domini nostri, quæ sc. unitum sibi corpus habet & præsens, ut vel ex eo constare potest, quia in 1. Cor. 11. scribit, Testamentum in sanguine constitutum est, in cuius typum nos calicem sanguinis mysticum ad corporis nostri & anime nutritionem percipimus, ubi typum ponit pro signo memoriali constituti in sanguine Christi Testamenti, memoria autem non tantum est absentium, sed & præsentium. *Paschasius*, qui per imaginem intelligit signum visibile, simul verò exhibitivum, ut patet ex oppositione quam instituit inter Sacramenta V. & N. F. *Augustinus* autem dicit, Non dubitavit Dominus dicere, Hoc est Corpus meum, cum signum daret sui corporis, h. e. terrenum symbolum, quod conjunctam habet rem cælestem, ut patet lib. 2. de Doctrina Christiana c. 9. *Theodoretus* verò vocem *Antitypus* usurpat in nativâ significatione, totum Sacramentum appellando Antitypum. 3. Totam antiquitatem suffragari, pessimè dicit, ipse enim *Irenæus*, quem adducit *Wendelinus*, non ita loquitur, sed dicit, Sacramentum constare re terrenâ & cælesti. 7. quod concernit resolutionem argumentorum nostrorum, illa non fit dextrè. Nam 1. si Sacramenta non sunt signa extra usum, usus & actio pertinebunt ad propriam essentiam Sacramenti. 2. Signum quâ tale præsupponit actionem, si enim spectemus Sacramentum,

ut

ut est ritus externus, non potest negari consistere in actione in  
*ἰσχυρῶς ἀληθεύει*, quibus posterior est ratio significandi. 3. Non dici-  
 mus per rationem signi definire Sacramenta, sed dicimus su-  
 peraddi actioni signum in ratione officii, finis & usus.

Ad alteram resolutionem th. XI. Resp. Malè dici Sacramen-  
 tum considerari vel *in actu signato*, vel *in Exercito*, Nam 1. non  
 dantur Sacramenta in actu signato, quia omnia & singula Sa-  
 cramenta sunt virtus & actiones essentialiter, E. non possunt  
 spectari in actu signato. 2. Concedit Sacramenta in actu exer-  
 cito admittere actiones, fractionem panis distribuendi, & di-  
 stributionem panis exhibendi, at si in actu exercito Sacramenta  
 sunt actiones, cum totum illorum esse consistat in actu exerci-  
 to, totum esse Sacramenti erit actio. 3. Concedit Autor in Sa-  
 cramentis intervenire actionem, *Wendelinus* concedit esse actio-  
 nem, sed dicit actionem esse relatum. *Piscator, Ursinus, Bucanus*  
*Junior, Trelocatus & Martyr* apertè dicunt Sacramenta tota in a-  
 ctione consistere, quà sublatà non amplius sint Sacramenta; E.  
 Sacramenta sunt actiones intrinsecè, signa verò extrinsecè.

## QUÆSTIO V.

### De Unione Sacramentali.

Disputat Autor in hâc quæstione, *An forma Ec. & affirmat*  
*contra Pontificios*. In th. II. dicit, *formam de quâ hic queratur non*  
*esse externam, sed internam, & quidem significationem non tantum*  
*theoreticam, sed etiam practicam*: In th. III. dicit, *ex hâc obfignatio-*  
*ne oriri unionem sacramentalem, quæ sit relativa, & moralis, etiam*  
*realis respectu communicantis*; In th. IV. *Et ex hâc unionis realitate*  
*fluere presentiam relativam & moralem*: Verum obs. hîc 1. non  
 tantum affirmare ipsum quæstionem hanc contra Pontificios uti  
 Lemma ipsius habet, sed etiam contra Lutheranos, apertè enim  
 th. VII. dicit, *Circa unionem istam queritur, an sit purè & merè ec-*  
*clésiasticæ & relativæ, an verò etiam physici & localis*? Pontificii & Lu-  
 therani posterius affirmant. Insigniter calumniatur Lutheranos,  
 qui nunquam dixerunt, localem esse quoad Modum hanc u-  
 nionem, neque facile producet unum ex Pontificiis, qui hunc  
 enun-

enuntiandi modum usurpet. 2. Ponit formam Sacramenti in analogia, si verò in analogia consistit forma Sacramenti, si in unione relativâ universaliter, ut affirmat, Sacramenta V. T. erunt potiora Sacramentis N. T. nam illustrius & clarius est Sacramentum agni Paschalis Sacramento Cœnz, quia per agnum Paschalem longè clarius præfiguratur Christi Passio, mactatio, sanguinis effusio, quàm in baptismo sit vel in Cœnâ, ubi tantùm habetur panis, aqua & vinum, quæ non tam clarè signant ut agnus Paschalis. 3. Non sequitur, si unio sacramentalis non est physica, localis, spiritualis, E. tota est *quælibet* relativa sive moralis, datur enim tertium, unio scil. mystica, quæ nec physica, nec localis, nec spiritualis, nec relativa sive moralis. 4. Non potest realis dici illa unio, quæ moralis est & relativa, quia unio dicit conjunctionem, non autem conjuncta sunt secundùm Calvinianos v. g. in Cœna panis & corpus Christi, cum panis juxta *Bezam* sit in terra, corpus autem in cœlo. 5. Nec respectu Communicantis sunt conjuncta, quin utriusq; simul fiat particeps; Tùm quia fides Communicantis non attrahit corpus Christi ex cœlo: Tùm, quia indigni etiam Sacramenta accipiunt, nec tamen corpus & sanguinem Christi adeoque utriusque, signi scil. & rei signantur secundùm Calvinianos non fiunt participes, & tamen Sacramenta accipiunt: Tùm quia secundùm Calvinianos Sacramenta tantùm signant & obsignant, præsupponi igitur debet in Communicante res cœlestis, quam Sacramenta tantùm obsignent, ut patet ex doctrina de baptismo apertissime, dicunt enim Infantes fidelium esse in fœdere ex Electione, ideoque per baptismum ipsis non conferri rem cœlestem, sed antecedenter illos in fœdere esse, & per baptismum fœdus tantùm obsignari. 6. Qualis est unio, talis etiam præsentia, nempe *relativa & moralis*, adeoque nulla, si enim hæc sufficit in Sacramentis, quomodo res cœlestis conjuncta terrenæ dici poterit? Anne homo in Europâ conjunctus dici potest homini in Asiâ? vel in Africâ? si intercedat respectus moralis & ille, qui est in Europâ sit Pater, ille autem qui in Asiâ, sit Filius & vicissim.

Verum ut de totâ hæc questione constet, & dilucidius omnia exponantur, orthodoxiam nostram explicamus hæc mo-

do, admittimus analogiam, & nobiscum omnes Lutherani, sed dist. 1. inter formam externam & internam, forma Sacramentorum externa, quæ incurrit in sensu, est actio, & hoc sensu defendimus, quod genus Sacramenti sit actio, internam verò formam dicimus esse unionem illam sacramentalem, quod ex eo patet, quia Sacramentum est compositum quoddam, forma autem compositi formaliter consistit in conjunctione sive unione partium. 2. Dicimus, Unionem illam & Analogiam esse vel *Generalem* vel *Specialem*, *Generalis* est, quâ Sacramentum consideratur in copulâ, cum promissione gratiæ tanquam signum cum suo signato, promissionem enim gratiæ unumquodq; Sacramentum fidelibus significat, obsignat & exhibet: *Specialis* verò est partium sacramentalium unio, quâ Elementum terrenum conjungitur cum re cœlesti. 3. Dist. inter Sacramentorum unionem sacramentalem V. & N. T., Unio sacramentalis V. T. fuit unio symboli externi cum promissione de futuro Messîâ, quæ promissio involuta erat Typis, & promissis corporalibus ut signis: Unio autem sacramentalis N. T. longè aliter se habet, hæc enim fit, ut Elementum visibile copuletur cum re invisibili, ut non tantum significet, sed etiam exhibeat universis & singulis rem invisibilem atque cœlestem piis quidem ad salutem, impiis verò ad judicium &c.

## QUÆSTIO VI.

Agit de verbo Sacramenti, & querit, *An Verbum sacramentale sit verbum predicatum & concionale, an verò consecratorium, quod sit operativum, prius affirmat, posterius negat contra Pontificios: & quidem rectè, nam 1. consecratio vel est Evangelica, vel Magica, aut Magice consimilis, consecratio Evangelica totalis non rejicitur à Lutheranis, & ex parte à Calvinianis. ut patet ex th. III. de quâ tamen consecratione disputandum, & consistit illa consecratio Evangelica in recitatione verborum, segregatione elementorum & ferâ invocatione ad Deum directâ: Magica verò vel Magice consimilis qualis obtinet in Papatu merito ab Authore rejicitur: Esse verò Magicam vel huic consimilem consecrationem Papisticam, patet, quia ipsis verbis tribuitur vis.*



eorumque Recitationi, cum tamen quantitatis nulla sit Efficacia, quia recitantur verba, ut introducant mutationem substantialem; quia denique apertè patet ex *Gabr. Biele, qui in Canonem Miss. lect. 4.* eam comparat cum operatione magicà, atque scribit, *fit illa à Sacerdote, virtute occultà assistente, secundum quem modum malefici & Incantatores effectus quosdam producere dicuntur, & extrahere lac vaccarum de sedibus vel manubriis securium, quòd non fit virtute quòdam naturalis sed occultà, sive bonà, sive malà assistente;* consideretur quoque modus consecrationis Papificæ, qui fit per demurmurationem, ut populus nequicquam intelligat vel audiat, unde & secretum Missæ in Papatu pars illa appellatur. 2. Nos consecrationem non simpliciter rejicimus, ideoque si *Tur-retinus* contra nos quoque tela sua dirigere vult, dicimus illum in vanum laborare, nostra enim consecratio tripliciter differt à consecratione Papifica, 1. *ratione Cause Efficientis*, verba enim formalia Sacramenti, v. g. Cœnæ, Hoc est Corpus meum, Hic est Sanguis meus, Pontificii statuunt habere vim & efficaciam suam, vel quatenus pronuntiantur, vel prout virtutem quandam mutandi creatam in symbola in se habent, ut docet *Thomas*. At verò Nos non in recitatione verborum, sed in sensu divino quem verba habent, consecrationem ejusque efficaciam statuimus. 2. *In Effectu* consecrationis est differentia consecrationis nostræ à Papificâ. Nam v. g. in cœna Pontificii statuunt effectum consecrationis esse transubstantiationem, quam impugnant nostri Theologi. 3. *In finibus*, dicunt Pontificii, consecrationem non tantum destinari ad sacramentalem participationem Communicantium, sed etiam ad manducationem & bibitionem Sacerdotis quâ talis, quæ manducatio habet rationem mactationis per realem consumptionem corporis & sanguinis Christi. 4. In hoc differimus etiam à Calvinianis, dum verbum consecrationis admittimus, quòd illi tantum id referant ad sanctificationem & segregationem symbolorum, nos autem ad unionem rei terrenæ substantialis, & rei cœlestis substantialis, atque dum minister pronuntiat verba, dicimus ipsum Christum pronuntiare, cujus Legatus est minister; dum dicimus pronuntiare verba ministrum, loquimur de *Substantialibus non Accidentalibus*,

*talibus*, dum dicimus pronuntiare verba Institutionis, dicimus illa proferri in Altari per modum applicationis, non in fugge-  
 stu per modum historice narrationis.

IL Exponit Pontificiorum sententiam, qui nolunt verbum sacramentale esse concionale, sed consecratorium & operativum, quodque vim quandam arcanam inspiret & infundat Elementis, ut fiant Sacramenta: Verum 1. Distinguendum hic est inter verbum concionale, aut enim dicitur verbum concionale precise tale, prout in concionibus dirigitur ad populum, aut dicitur verbum concionale, prout verbum consecratorium sub se comprehendit, priori modo consecratio fit in Sacramento non verbo concionali, posteriori autem modo statuendum est fieri per verbum concionale consecrationem, efficaciam & operationem illius, idque ideo, quia verbum concionale non differt realiter à verbo consecratorio, verbum enim consecratorium est ejusdem divine originis, ejusdem materie, ejusdem forme, & tamen in illa sacra actione applicatur ad symbola per benedictionem, ita ut male opponatur à Pontificii verbum consecratorium verbo concionali. 2. Dum operativum esse negat, male negat, utique enim operativum est, quia Sacramentum & verbum sunt distincta gratie media, Ergo sicut verbo quando predicatur, sua assignatur vis, ita quando adhibetur ad symbola sacramentalia, que distincta sunt à verbo, vis operandi non est neganda, nec vis applicandi & uniendi res coelestes cum rebus terrenis: Præterea in baptismo conspicitur vis operativa verbi consecratorii, ubi scilicet infantibus verbum predicari solet, & tamen virtute baptismi in verbo regenerantur: Denique Sacramenta non sunt Sacramenta, si gentes præmittatur concio, ideoque peculiare verbum requiritur ad Sacramenta, per quod elevantur symbola, coelestis materia unitur cum terrestri, adeoque operatione se exerit. 3. Recte statuit, quod verba consecratoria non vim arcanam infundant & inspirent elementis, quam vim creatam dicunt Pontificii, hanc enim vim creatam simpliciter nos non admittimus, multo minus effectum, verbi consecratorii esse dicimus, virtute enim verborum dispositivorum Sacramenti alicuius non vis quaedam creata adducitur, sed quod in primis

mae cœnz celebratione exhibitum fuit, id vi verbi consecratorii exhibetur usque ad consummationem Seculi, unde *Cbrystomus* primam creationem comparat cum institutione Cœnz, sicut verbum divinum, *crescite & multiplicamini statim vim suam*, exeruit, eaque benedictionis Efficaciâ hodiènum animalia multiplicantur & crescunt, ita & vi verbi consecratorii, v. g. in cœnz sive actione sacramentali usque ad mundi consummationem durat efficacia, quotiescunque juxta divinam institutionem celebratur Cœna.

III. Ponit statum questionis, & dicit, *non queri, an detur aliquod verbum consecratorium, quod Calviniani non negent, sed an sit operativum, quod negent*: Ast 1. subdolè tegit, quod Calviniani statuunt, nam a) non negant verbum sacramentale consecratorium, sed consecratorium dirigi tantum volunt ad symbola, ut illa elevet ab esse simpliciter tali ad esse significativum, ut scilicet elementa sacramentalia signa fiant rerum cœlestium, v. g. Gratiæ divinæ, eamque obfignent, at hoc non sufficit, & hoc ipso virtus suum Calvinianum occultat. β) *Beza* apertè scribit, *formalem causam Sacramentorum esse ordinationem Dei in verbo comprehensam, & ab ipsis ministro expositam secundum ejus mandatum non autem pronuntiationem illam verborum neque ullam vim in vocabulis latere; in summa doctrina de re sacramentali.* γ) *Calvinus* l. 4. *Instit. c. 14.* scribit, *cum de verbo sacramentali mentionem fieri audimus, promissionem intelligamus, qua clarâ voce à ministro predicata plebem eò manducat, quò signum tendit, & nos eò dirigit.* 2.) Negat verbum consecratorium eò ipso, quo operativum negat, nam ut non dicamus omne verbum esse operativum, in primis dicimus verbum institutionis alicujus Sacramenti esse operativum, & qui vim operativam ei negat, denegare ipsi vim consecrandi. 3.) Verbum non est proferendum super signa, sed super elementa, unde *Piscator* ipse ad 1. *Cor. 10, 16.* non vult dici, poculum cui benedicimus, sed poculum quod benedicimus, ut scilicet indicetur, Poculum esse, medium, non tantum salutis, sed ipso actu præstare officium communicandi sanguinem Christi: Hinc ita dilucidatis facilis est responsio ad rationes authoris, ad quarum primam negamus, verbi sacramentalis usum esse tan-

sūm in significando, prout hactenus demonstratum. Ad II. dam dicimus illam tantū concludere contra Pontificios, & docere non esse inlusurandum verbum super elementa, non autem probatur hinc, verbum carere vi operativā sed clarè esse pronuntiantium. In III.º argumento hoc tantū obtinet, Sacramenta non fieri Sacramenta per verborū demurmurationem, sed clarè & intelligibilis vocis prolationem. In IV.º probat hoc tantū, verbum omnibus fidelibus esse prædicandum, adeoque loquitur de verbo *conacionali*, non autem de *consecratorio*, quod *consecratorium* quoque non tantū respicit symbola sacramentalia benedicenda, sed etiam instructionem populi, adeoque clarè & distinctè est enuntiandum. V.º denique argumentum probat, sacramentale verbum esse verbum fidei, quod & nos concedimus, ideoque demurmurationem arcanam & occultam Pontificiorum rejicimus ac dicimus, non tantū verbum *conacionalis*, sed & *sacramentale*, quæ non differunt realiter, sed modo tantū, esse clarè prædicandum & enuntiandum.

### QUESTIO IX.

Querit Autor, an differentia Sacramentorum V. & N. T. in eo consistat, quod illa adumbrarint gratiam hæc contineant, illa figuram, hæc corpus habeant, & negativè definit: At 1. hic distincta confundit, aliud enim est adumbrare gratiam, & aliud habere figuram, prius nos etiam negamus, posterius autem defendimus contra Calvinianos. 2. Dupliciter spectari possunt Sacramenta, aut respectu rei exhibendæ, aut respectu finis intenti, priori modo dicimus fuisse figuras & umbras, non enim v. gr. agnus Paschalis habuit ipsum corpus Christi substantiale, sanguinem pro peccatis nostris fusum, quia erant futura bona, in N. T. demum exhibenda; Si verò posteriori modo considerentur Sacramenta V. Test. utique gratiam non adumbrarunt, sed contulerunt, & cum illa beneficia spiritualia, media enim salutis fuerunt, æquè ac Sacramenta N. Test. 3. Autor disputat nostram sententiam, dum defendit negativam, agitque tantum contra Pontificios, quasi scil. Lutherani in statu questionis negativè definito ipsi essent *υμβρασις*.

II. Di-

II. Dicit, *diffetere Sacramenta V. & N. T. non tantum in varietate signis, sed etiam numero, veteris enim fuisse plura, ordinaria & extraordinaria, novi pauciora, augustiora & prestantiora.* Ast 1. dum dicit, vetera fuisse plura, nova pauciora non rectè procedit, quia Sacramenta V. T. non fuerunt plura quàm duo, nempe Sacramentum Circumcisionis & agni Paschalis. 2. Dicit, *plura fuisse Sacramenta V. T. quàm Novi*, quia scil. Sacramentorum naturam collocat in ratione signorum, quo respectu utique plura fuerunt, verum non est consequens, fuit h. l. illud signum gratiæ in V. T. v. g. Iris, E. fuit Sacramentum propriè sic dictum, vel *ordinarium, vel extraordinarium.* 3. Sententiæ subscribit Calvinianorum, qui scil. referunt inter Sacramenta etiam illa symbola, quæ fuerunt in statu integritatis; arborem vitæ, ut *Heidelbergenses, Bremenses, Bapleenses: Arborem scientiæ boni & mali, ut Herborenenses*, quibus tamen reclamant *Hemingham, Lugdunenses, Sedanenses & Leouardienses*, neque hæc fuerunt Sacramenta propriè dicta, tum quia Sacramenta ordinata sunt à Deo in remedium peccati, arbor vitæ autem in statu integritatis destinata fuit Adamo nondum extante peccato; Tum quia arbor scientiæ boni & mali non potuit habere rationem Sacramenti, ordinata enim fuit à Deo, ut abstinerent à fructu illius protoplasti, Sacramenta verò non ordinantur hunc in finem, ut perpetuò ab ipsis abstinèatur, sed potius ut usurpentur, consistunt enim in actione & usu: Tum quia ex ipsis Calvinianis quidam reclamant; Imò arbor vitæ non tantum signum fuit ipsius vitæ, sed etiam medium, atque vi efficiendi & augendi fuit prædita.

III. Dicit, *Pontificios discrimen illud extendere, ut non tantum sit graduate respectu modi significandi, sed etiam essentielle respectu rei significatæ, ut Sacramenta vetera fuerunt tantum umbra, que gratiam significarunt, nova verò causæ veræ & reales, que illam efficiunt, ut illa tantum gratiam contulerint ex opere operantis i. e. pro fide & devotione suscipientis, ista verò ex opere operato:* Ast 1. non tantum Pontificii sed etiam Lutherani juxta ductum Scripturæ discrimen illud extendunt, & essentialè esse dicunt, cum in V. T. tantum fuerit umbra, in Novo autem corpus, Hebr. 10. *Umbra autem & corpus non gradu tantum sed & essentia differunt.* 2.

Quic

Quicquid Pontificii dicant de umbrâ gratiæ in illis nos iis non accedimus, non enim significabant Sacramenta V. T. gratiam, sed conferebant. 3. Si causas veras ac reales accipit, prout causas veræ ac reales etiam media salutis complectuntur, usque dicimus nova Sacramenta esse causas veras ac reales, quæ scilicet gratiam efficiunt, mediante substantiâ rei cœlestis præsentissimæ, illud verò detestamur in Pontificiis, quod dicunt, consulisse Sacramenta V. T. gratiam ex opere operantis, Sacramentâ verò N. T. ex opere operato utcunque explicent vel ex *Lexico Altenstaigii*, vel ex *Beccano*.

V. Author progreditur ad rationes assertionis suæ negativæ, allegatque locum 1. Cor. 10. qui difficilis visus fuit nostro Chemnitio, ratiocinari pergit in Thesi VI. & tandem concludit Th. VII. In Th. V. colligit hoc modo: *Si Paulus veteribus baptismum Scenam nostram suo modo tribuit ratione rei significatæ, consequens est Sacramenta V. & N. T. non differre essentialiter, Atqui Ergo. Major est Evidens, quia utrobique est eadem res significata, adeoque Identitas, & proinde non discrimen essentialiter. Minor, quia Paulus dicit, Patres edisse eandem escam spiritualem, & bibisse ex eodem potu spirituali; bibisse enim ex Petra, quæ eos sequebatur, Petram autem fuisse Christum, ita re signata & effectu cum nostris convenire, constare, neque nos ullam præ illis prærogativam habere: Vel ita infertur, quicumq; ederunt & biberunt Christum, ibi eundem essentia cibum perceperunt, quem fideles N. T. A. Patres V. T. Ergo. Resp. 1. Totum argumentum conceditur, si de manducatione spirituali sit sermo. 2. Non cibus tantum essentialiter est idem, sed etiam organon Perceptionis. 3. Limitatur Maj. Percipimus Christum vel spiritualiter, vel sacramentaliter, neque posteriori hoc modo Calviniani possunt differentiam allegare, quomodo differat manducatio sacramentalis à spirituali, cum igitur Patres bibentes de aquâ Petræ Christum bibisse dicuntur, non biberunt sacramentaliter, multò minus ita ut se in cœnâ exhibet, hinc planè à statu controversiæ abeunt, quia non quaeritur, an Patres participarint Christum spiritualiter, sed an bibentes à Petra transeuntes per mare, eundem participarint sacramentaliter, quod Neg. 2) Supponitur, veteribus Baptismum & Cœnam Paulum*

Paulum tribuere suo modo, adeoque etiam baptismum & cœnam fuisse Patribus Sacramenta, At nullo modo dici potest, Patres V. T. habuisse cœnam & baptismum, nisi velimus dicere confusionem Sacramentorum V. & N. T., quapropter falsissimum est, suo modo Patres habuisse baptismum & cœnam. b) Dicit, *habuisse ratione rei significatæ, quia sc. Veteribus nubes & transitum per mare significabant & obsignabant id, quod nobis Baptismus & Manna, & aqua ex Petra, quod nobis Eucharistia*, At iterum falsum supponit, nempe Sacramenta tantum fuisse signa & proinde ratione rei significatæ identitatem esse inter Sacramenta V. & N. T. c) Non tantum differebant Sacramenta V. Test., si supponamus transitum per mare, mannam & aquam ex Petra fuisse Sacramenta, ratione rei significatæ à Sacramentis N. Testamenti, sed etiam in tertio exhibitionis-realis, Sacramenta enim illa V. T. non exhibebant quod figurabant, non media erant communicativa rei cœlestis substantialiter, quapropter falsum est, Sacramenta nostra præ illis non habere prærogativam.

2. Vult occurrere Exceptioni, quia dicit: *Sacramenta illa non fuisse ordinaria sed extraordinaria, quæ ad breve tempus durare debebant, si enim eadem efficacia tribuatur illis, quæ ad tempus fuerunt instituta, quæ novis, multò magis tribuenda erit ordinariis tàm diu duraturis, quàm diu œconomia V. T. erat duratura*; sed & hîc hallucinatur: Nam 1. si fuit esca illa & aqua in numero Sacramentorum extraordinariorum, non tantum Sacramentis ordinariis V. T. verum etiam extraordinariis tribuenda erit identitas cum Sacramentis N. Testamenti. Ergò v. g. Iris, quæ fuit Sacramentum extraordinarium V. T. identificanda erit vel Baptismo. vel Cœnæ Dominicæ, cum tamen neutrum repræsentarit, multò minus exhibuerit, quod vel baptismus, vel cœna exhibent. 2. Eo ipso, quod ad breve tempus durare debuerunt illa extraordinaria Sacramenta, non fuerunt Sacramenta propriè dicta, Sacramenta enim V. T. durare debuerunt. quousq; duravit V. Testamentum, quemadmodum Sacramenta N. T. extendunt sese ad totam periodum N. Testamenti. 3. Concludit ab extraordinariis ad ordinaria, verum si ab extraordinariis ad ordinaria decurrit consequentia, etiam ab arbore scientiæ boni & mali colligere licet ad

E †

Sa

**Sacramenta V. Testamenti, & pro identitate illorum Sacramentorum in statu integritatis ad Sacramenta N. Testamenti, quæ ordinata sunt in novo, ut sint peccati Alexipharmaca. 3. Respondet ad Exceptionem, non fuisse Sacramenta manna & aquam ex Petra, quia fuerint communia brutis, dicendo, baptismum Christi & Evnuchi non fuisse Sacramenta stante hac ratione, quia bruta etiam ex aquis Jordanis bibere potuerint, distinguendū igitur esse usum communem signorum, & specularem sive sacrum: At Resp. 1. Baptismus Christi & Evnuchi dupliciter potest considerari, aut ratione aquæ simpliciter talis & in se, aut ratione unionis & in quantum illa aqua transumpta est in mediū quoddam supernaturale; quantumquam aqua in se etiam brutis sit communis, non tñ. aqua in unione, quatenus fuit adhibita ad baptizandum Evnuchum. 2. Malè comparat baptismum Christi & Evnuchi; atque ejusdem naturæ & essentiz fuisse vult, At baptismus Evnuchi fuit medium regenerationis & remissionis peccatorum, quod de baptismo Christi dici nequit. 3. Non tantum pugnant nostri hoc argumento, quod sc. manna & aqua ex Petra non fuerint Sacramenta, ut & transit<sup>9</sup> per mare nubesq; rosca, quod fuerint communia brutis, sed vel maximè ex eo, quod sc. Sacramenta administrantur per homines, quia sc. quibus data est potestas prædicandi, iisdem etiā Sacramenta administrandi; At manna non fuit administrata per homines, sed immediatè à Deo, aqua illa petrina non per homines fuit fusa, sed immediatè à Christo, qui est Petra spiritualis: Præterea omne Sacramentum est institutum solis hominibus, est enim medium salutis, est fœderis divini symbolum, ita ut ad quos spectat fœdus, ad illos quoque spectet Sacramentum tanquam signum & sigillum: Baptismus autem in Moysen non institutus erat solis hominibus, sed etiam bruta participabant de illo; transibant enim per mare cum Israelitis, illaque præcessit nubes: Denique Sacramenta habent promissionem spiritualem, baptismus autem in Moysen non habuit promissionem spiritualem: Nam finem hunc spirituale Sacramentorum soli pii assequuntur, At verò baptismum in Moysen etiam consecuti sunt impii, transit enim universus populus, inter quem pii & impii, fideles & hypocritæ, unde sagena comparatur Ecclesia, Matth. 13.**

VI. Di-



VI. Dicit, perperam additur à Bellarmio cibum & potum istum spiritualem dici non propter Effectum, sed propter causam, quia utrumque miraculosè operà Angelorum productum fuit, unde manna dicitur Angelorum panis, hoc autem nihil esse: tum quia de usu vel abusu Sacramentorum differens, non satis habeat efficientem causam. Indicare: tum quia gratis supponatur, cibum spiritualem dici à causa: tum quia ex sequentibus conficit, ita vocari effectu, sive Christi significatione, quia addatur Petram fuisse Christum: At 1. concedimus cibum & potum istum spiritualem dici non propter causam, si enim ideò dictus esset spiritualis, etiam cibus ille & potus ab Angelo Eliæ ministratus in deserto dici posset spiritualis, quia Angelus tanquam causà exhibuit aquam illam & panem Eliæ, de quo 1. Reg. 19. 2. Dicit, utrumque operà Angelorum miraculosè productum fuisse, At malè hoc asserit Bellarminus, quomodo enim dici potest, potum illum spiritualem miraculosè productum esse opera Angelorum, cum potus iste spiritualis citra interventum Angelorum fluxerit ex petrà. 3. Malè Angelorum panem producit ex Psalmo, quasi manna diceretur panis Angelorum ex Causa Efficiente, cum tamen ita dicatur ex Analogià, scil. panis tam sapidus, tam corroborans, ut etiam possit in delitiis esse ipsis Angelis: Ut autem Bellarminus errat, ita non minus Turretinus respondens, Nam 1. potest utique, qui de usu vel abusu Sacramentorum differit, argumentum petere ex Causa Efficiente, quod ipsum Paulus facit 1. Cor. 11, 20, 21, 22, 23. 2. Cibum dici spiritualem ab effectu sive Christi significatione eo ipso, quo dicit, Sacramenta V. Testamenti, si talia fuerunt transitus per mare & cætera, concedit constituisse in significando, at Sacramenta N. T. consistunt etiam in exhibendo, adeoq; eo ipso differentiam stabilit, cum tamen pro identitate rei cælestis pugnet. 3. Allegat exemplum, ubi Christus dicitur Petra, At non dicitur Petra significative Christus, quia alias sequeretur, si significative foret Petra, signū esse sui ipsius, sed Christus dicitur Petra essentialiter, hæc enim Petra spiritualis nemo erat, nisi Christus ipse, in substantiâ suæ Deitatis, concomitans Israelitas.

VII. Proponit ultimam Exceptionem Bellarmini, Paulum non dicere Israelitas Nobiscum, eandem escam manducasse, sed secum

**Et inter se Et respondet, scopum Apostoli repugnare, qui sit ostendere, Corinthios non debere contemnere iudicia DEI fiduciâ externorum symbolorum, exemplo Israelitarum, qui quamvis nobis fuerint pares quoad salutis tesseras, eademque quoad rem significatam nobiscum Sacramenta habuerint Et: 2. Verba hanc glossam Et. Denique nullam occasionem datam fuisse Paulo tam seriè monendi, Patres eandem mannam eandemque aquam edisse Et bibisse, siquidem nemo unquam vel somnians cogitavit varium Et multiplicem Et. At 1. de ipso originali textu disputamus, atque dicimus in Vulgatâ quidem haberi nobiscum, verum in Græco planè non comparere *τὰ οὐν ἴπυρ*, Calviniani itaque qui hoc urgent contra nos, addunt aliquid textui, *ut autem adjicientibus, Apoc. 22. 2.* In scopo Apostoli maximè Autor errat Respondens Bellarmino, nempe conferre Apostolum Israelitis pares Christianis Et quidem habentes quoad rem eadem nobiscum Sacramenta, At hic planè non est scopus Apostoli: tùm quia non intendit comparare & Christianos & Israelitas in tertio equalitatis, sed inequalitatis, atque ut constat ex toto textu, Israelitis Christianos præfert, adeoque comparisonem instituit secundum magis & minus: tùm quia ita plus nostris Sacramentis non largitur, nisi quod concedit Sacramentis V. Testamenti, quasi scilicet in re significatâ essent eadem, cùm tamen corpus Christi cum pane, sanguis Christi cum vino in cœnâ nobis exhibeatur: tùm quia apertè distinguit Israelitas à Christianis, & consequenter pares non facit, dicit enim Israelitas transisse per mare, fuisse sub nube, mannam comedisse, & de Petrâ spirituali bibisse, an verò Christiani hæc fecerunt? absit: accedit, quod etiam aliàs ex Parallelismo constat, comparisonem institui inter Israelitas & Christianos tanquam dispares, Hebr. II, 3. 3. Verba hanc glossam non pati posse frustra dicit, quia Baptismi nomen detur transitui per mare, At non cui nomen baptismi tribuitur, illud statim cum baptismo Novi Testamenti quoad rem significatam coincidit: Præterea annon Apostolus apertè dicit vers. 6. Hæc typi nostri fuerunt, At Typus & Antitypus differunt ut umbra & corpus, Hebr. 10. 1. denique si cui baptismi nomen tribuitur, quoad rem significatam coincidit cū baptismo N. Testamenti, consequens est universale dilu-**

diluvium, peccatores delens coincidere cum baptismo N. Testamenti. Ipse enim Autor Th. VIII. quæst. XI. dicit, *Primum baptisma est. universalis diluvii delentis peccatores, & alia baptisimata subjungit, quæ scil. quoad rem significatam non possunt coincidere cum baptismo N. Testamenti* Illud quod ultimò annectit, non urget, quia non monet Apostolus seriò, sed recitat historicè, Patres eandem mannam inter se comedisse, eandem aquam inter se bibisse, non quod varium & multiplex manna ac aquæ genus Israelitis non fuerit exhibitum, sed ut doceat, utut inter se eandem mannam comederint, eundemque potum biberint, adeoque in hoc pares fuerint, dispares tamen fuerint in eventu, quia illorum quidam prostrati sint in deserto: Monere vult Christianos, quod scil. utut participent de sacris symbolis, de baptismo & cœna, nihilominus si vitia Israelitarum imitentur, consimilem pœnam sint subituri cum Israelitis; Ut autem totum hoc magis dilucidetur, & quem Author allegavit Locum pro paritate Israelitarum & Christianorum in subsidium Calvinianismi, pateat non facere pro ipso, sed potius stabilire sententiam Orthodoxorum, notamus, duplicem esse Interpretationem horum verborum: Quidam enim cum *Hunnio, Balduino* & nostris Theologis hunc locum accipiunt de Patribus indiscriminatim Veteris Testamenti, sive fideles, sive infideles fuerint, non tantùm quia Apostolus addat vocem *miras*, sed etiam quia re ipsa constat, omnes Israelitas transisse per mare, nube rosçidâ fuisse tectos, mannam comedisse, aquamque ex Petrâ bibisse; Quidam verò per Patres intelligunt nonnisi fideles, idque ideò, quia Patres Apostolus vocet in ordine ad Corinthios tanquam filios; Judæi autem Patres non fuerint secundum carnem Corinthiorum, sed tantùm secundum Spiritum, quemadmodum Abraham dicitur pater credentium, scil. spiritalis, non tantùm Judæorum, sed & Gentilium Rom. 4. & hæc sententia est *Augustini* nec non *Card. Cajetani*: Si priorem sententiam sequimur, sensus est, Patres V. T. comedisse mannam, bibisse aquam ex Petrâ in quantum transitus per mare, nubes, manna & aqua ex Petrâ fuere typi Sacramentorum N. Testamenti, ut patet ex v. 6. atque ita comparantur Patres V. Testamēti

menti Israelitæ cum Corinthiis in N. Testamento, quod sc. Patres V. T. habuerint hæc symbola *typicè*, Corinthiis verò *antitypicè*, neque exquantur ut pares: tum quia non dicitur nobiscum comedisse Patres: tum quia Paulus loquitur in præterito, Patres transierunt, baptizati sunt, comederunt mannam, biberunt è spirituali Petrâ: tum quia non dicit Israelitas & Corinthios eundem cibum comedisse, sed comedisse eundem cibum inter se, non cum Corinthiis, ita ut quidam eorum solum ut Josua & Caleb usum salutarem perceperint, cæteri autem prostrati sint in deserto, & hæc sententia maximè probatur nostris Theologis, qui respiciunt ad percussionem Petræ, non istam, de quâ Num. 29. sed illam quæ describitur Exod. 17, 5. 6. Si verò intelligamus per Patres non promiscuè fideles & infideles Israelitas, sed tantum fideles, eosque tum perseverantes, tum temporarios, dicimus Patres fideles in V. Testamento comedisse corpus Christi & bibisse sanguinem ipsius, quia spiritualis dicitur cibus, spiritualis potus, qui fide & fiduciâ contemperatur animæ, At ita Patres V. T. comederunt carnem Christi fide, biberunt sanguinem Christi fide, non realiter præsentia, quia tunc nondum incarnatus erat λόγος, nondum caro ipsius vel sanguis extabat, sed in typo; eoipso autem quo Patres V. T. in typo tantum comedebant & bibebant, Corinthiis verò in Antitypo, Ergò Corinthiis comedebant corpus Christi, quod λόγος assumserat, sanguinem Christi, quem in cruce fuderat: Unde dicitur, quod illa Petra, quæ sequebatur Israelitas atque spiritualis erat, Christus fuerit, sanè non Petra illa materialis percussa, ex quâ aqua manavit, sed ipse Christus: tum quia aperte dicitur Petram istam fuisse Christum: tum quia dicitur ἀναλαβὴν ὄρει, sequens, concomitans, atque Israelitas ducens, ut ipse Junius, Calvinianus in *Parallelis* suis exponit: tum quia nullo modo concipi potest, quomodo Petra materialis secuta & comitata fuerit Israelitas, λόγος autem præcesserit comitatus fuerit Israelitas sub igne & nube: Præterea intelligi potest, quomodo Calviniani nihil lucrentur, etiamsi inferamus cum ipsis phraim nobiscum, quæ non extat, etiamsi concedamus eundem cibum ac potum edisse atque bibisse nobiscum Patres, quia Patres cum Corin-

rin-

in hijs eundem cibū comederunt, eundem potum biberant, scilicet in typo: Patet deniq; quomodo dicatur cibus & potus ille spiritualis, Si enim priorem sequamur Interpretationem, spiritualis dicitur cibus ac potus, manna & aqua ex Petrâ non tam ob gustum varium, ut volunt quidam Interpretes Exod. xvi. sed ratione Efficientis, quia scilicet manna immediatè à Deo, qui Spiritus. Joh. 4. aqua immediatè ex Petrâ spirituali nempe Christo, qui Lapis spiritualis, Zach. 3. Psalm. 118. nec non ratione significationis, quia scilicet adumbrabant illum spiritualement cibum corporis Christi, illum potum sanguinis Christi in N. T. de quo Matth. 26. Sin verò spiritualis cibus & potus dicitur caro & sanguis Christi V. T. Patribus in participationem venientibus, ita dicentur ratione figuræ, non autem ratione corporis.

VIII. Argumentum petit ex *Circumcisione*, verum circumcisio gratiam etiam in legitimo usu contulit, adeoque in hoc compar fuit Sacramento N. Testamenti, verum gratia non est res cœlestis alicujus Sacramenti N. Testamenti, sed præter gratiam requiritur res cœlestis realiter præsens.

IX. Ex permutatione nominum argumentatur: Verum Circumcisio & Pascha nobis tribuuntur non sub ratione Sacramentorum V. T. quod vel ex eo patet, quia Circumcisio tribuitur Christianis non simpliciter sed cum voce additâ *ἐχειροτονία*, Baptismus & Evcharistia non tribuuntur veteribus 1. Cor. 10. sed improprie & typicè, ut explicavimus.

X: Dicit, *Sacramenta utraq; verbo promissionis convenire*, At non tantum verbum promissionis est in Sacramentis V. & N. Testamenti, in quo utique conveniunt, sed Sacramenta N. T. etiam habent suum peculiare verbum Institutionis, in quo dicitur de pane seu complexo, Hoc est corpus meum, de poculo seu complexo, Hic est sanguis meus.

XI. Argumentum ducit ex *identitate regni cœlorum & gratiæ*, At hoc non disputatur, an Patres V. T. & nos habeamus promissum regnum cœlorum, adeoque in fine conveniamus, sed an in medijs ad hunc finem, adeoque an Sacramenta eorum eadem fuerint cum Sacramentis N. T. nec de gratiæ identitate quaeritur, sed de gratiæ identitate, prout per diversa symbola vel figu-

figuravit vel exhibuit; Ut enim in V. T. eodem gavisi sunt verbo divino Patres & què ac nos, tamen in Novo Testamento longe clariore & illustriore, ita cum discrimine Sacramenta habuerunt, in V. T. typica & adumbrantia, in Novo autem significantia, obfignantia & exhibentia.

## QUÆSTIO XI.

Author progreditur ad speciem, baptismum & cœnam, atque in Th. VII. dicit, *Baptismum melius distingu. in externum aquæ visibilem, qui fiat ab homine, & internum Spiritus ac invisibilem, qui fiat à Deo, probat hoc ex Matth. 3. ubi Johannes dicit: Ego baptizo aquâ, sed ille vos baptizabit Spiritu S. & igne, tandem concludit, Paulum quoque duplicem Circumcisionem distinguere, Rom. 2. & Col. 2. Unam carnis & literæ, alteram Spiritus in corde: At 1. Distinctio Calvinianorû in baptismum Externum & Internum merè est conficta, & ex hypothésibus falsissimis collecta, nam a) non duplicem baptismû admittit Paulus, sed dicit, Unum esse βαπτισμα, sicut unus est Dominus, sicut una est fides; quæ non potest distingui in externam & internam, Eph. 4, 5. β) Ministerium elevat, atque vult ministros Ecclesiæ tanquam homines conferre solum baptismû externum, ministrare tantû aquam, adeoque aquam in usu baptizandi non esse ἕκκλῆσις Spiritus Sancti, contra dictum Joh. 3. Panem & vinum non esse media exhibitiva corporis & sanguinis Christi, Matth. 26. adeoque mentiri omnes ministros Calvinianos, si dicant, baptizo te &c. Si dicant, Accipe, hoc est corpus Christi, accipe, hic est sanguis Christi, enuntiantes hæc de pane & vino benedicto. γ) Ex falsâ hypothési procedit hæc distinctio, sc. Electionis & reprobationis absolute, qui enim est reprobatus absolute, ei tantû ministratur baptismus aquæ, nec res cœlestis vel offertur, vel confertur, qui verò est electus absolute, illi demum baptismus Spiritus confertur, hinc dicunt infantes fidelium esse in fœdere, esse sanctos, etiam antequam baptizentur, ita ut baptismus non sit ipsis medium gratiam conferens, sed tantû signum atque sigillum obfignans id, quod ante aderat. 2. Malè probat hanc distinctionem, & pervertit in subsidium ejus verba Johannis, qui dicit, Ego baptizo vos aquâ: Num itaque*

itaque baptismus aquæ Johannis Spiritu caruit? annon datus est in remissionem peccatorum, quæ sine Spiritu obtineri nequit? anne Calviniani non nobiscum statuunt, eundem specie esse baptismum Johannis & Christi? quando autem dicitur Christum baptizaturum fore Spiritu & Igne, non de Sacramento loquitur, sed de effusione Spiritus Sancti super Apostolos, quæ facta est in Festo Pentecostes, Act. 2. Imò planè oppositum colligitur, ut enim effusio Spiritus Sancti constitit tum Spiritu, tum Igne ut symbolo, ut non tantùm constat ex particulâ hic copulativâ, sed etiam ex eventu, descendit enim Spiritus sub specie Ignis in Apostolos; Ita quoque baptismus Johannis non tantùm fuit baptismus aquæ tanquam symboli, sed etiam baptismus Spiritus tanquam rei signatæ. 2. Paulus duplicem Circumcisionem distinguit, sed non separat, adeoque quosdam Judæos circumcisos quidem fuisse dicit præputio, sed non corde, verum ipsam Circumcisionem non duplicat, neque à Circumcisione tanquam Sacramento Judæis collato Spiritum se jungit: Addit Author, *hoc pacto non facimus* &c. In primâ responsione sequitur *Theodorum Beza*, qui scil. baptismum *συνολῶς* sumrum semper unum esse ac manere dixit, licet *κατὰ μέρος* seu secundum partes duplex sit & geminatus: In alterâ v. sequitur *Parcum*, qui duos actus tantùm unius baptismi dixit à Reformatis constitui, non autem duos baptismos: Ast contra veritatis meridiem, nam primò *Beza* sententiam quod concernit, statuunt secundum illum Calviniani duplicem baptismum quocunque modo considerent, tum quia baptismus *externus* & *internus* definitionibus differant, *Externus* enim consistit in aquæ aspersione, *Internus* verò in immediatâ Spiritus operatione: tum quia non tantùm definitione differunt, sed etiam *causâ dispensante, fine, affectu, obiecto, subjecto* & *tempore*, nam *externus* fit à solo ministro, consistit in *χρῆσιν*, abluat tantùm corpus, versatur tantùm circa corpus, etiam in reprobatos incidit, atque in infantiâ confertur, cum omnia oppositè se habeant in baptismo *interno*, qui scil. à Spiritu Sancto dispensatur, regenerationem inrendit, animam purgat, & circa illam versatur, solos Electos tangit, & quandoque usque ad senectutem vel ultimum mortis Arri-

lum differtur: tum quia distinctio illa & simile à *Besa* de anima & corpore adhibitum, non quadrat, quia unus homo totus quidem ex anima & corpore constat, non tanquam ex duobus hominibus, sed tanquam ex duabus partibus simul junctis, adeoque magna est diversitas, anima enim & corpus ad unum hominem constituendum concurrunt, & conjuncta manent, at baptismus *externus* & *internus* non ad unum baptismum concurrunt in reprobis, neque conjuncti sunt hi baptismi seu separati: Anima per corpus operatur, baptismus autem *internus* non operatur per baptismum *externum*, Sacramentarii enim non concedunt, aquam quam vocant baptismum externum, esse organum regenerationis, quæ fiat per Spiritum: De corpore & anima denique essentialis Pars Synonymæ prædicatur, & ab utraque parte unus homo denominatur, At de baptismo interno non prædicatur externus & vicissim, neque unum quid constituitur per baptismum internum & externum, quemadmodum unus homo per animam & corpus, sed duo diversi & separati baptismi hac distinctione stabiliuntur. Altera autem Responsio ex *Paræo* desumpta itidem huc non quadrat: partim quia baptismus *externus* & *internus* duos dicunt actus aut subordinatos, aut non subordinatos: Si posterius, geminatur baptismus, ubi enim non subordinati actus, ibi diversi & separati: Si prius, concedimus & nos in baptismo duos concurrere actus dici posse, sed improprie, cum is consideretur *materialiter*: Partim quia, si baptismus consideretur *formaliter*, prout est sacra actio, negamus geminam actionem inferri, ita ut alia sit actio Dei, alia ministri, cum ipse Deus agat operâ ministri: Partim quia illum ipsum duplicem actum non potest probare vel *Paræo* vel *Turretinus* ex Scripturâ, nec vestigium in illa occurrit, unde ipse *Paræus* ad Sermonem Ecclesiæ se contulit, atque ex illo hunc duplicem actum probare voluit.

VIII. Dicit 1. *Veteres varia baptismi genera recensere: 2. Suis sententiam subjicit, atque octo recenset. 3. Per species prædicitur, atque baptismum mundi, baptismum per mare &c. recitat: Verum quod veteres attinet, illi non varia baptismi genera recensent, sed æquivocum in sua æquivocata distinguunt, nomen rerum*



verum diversitatem assignant. 2. Si veteres non progressi sunt ultra VI. genera, quâ audaciâ *Turretinus* duo adhuc adjicit, imprimis cum thesi VI. triplicem tantum baptismum admiserit, *fluminis, fluminis, sanguinis*. 3. In speciebus recensendis omnia confandit, baptismum Christi, baptismum Johannis, qui verus baptismus, illum quo baptizavit per Apostolos verum Sacramentum, cum baptismis improprie dictis *Lacrymarum, Martyrii* & *Veteris Testamenti*, sigillatim expendamus. Dicit *Primum baptismum fuisse universalis Diluvii delentis peccatores, quod baptismi antitypon Petrus dixerit: Aft a)* quomodo potest universale diluvium nomine baptismatis ornari, cum planè non fuerit baptismus, planè non Sacramentum: tum quia ipse dicit, delevisse peccatores, anne autem quod nocet, quod delet & tollit, dici potest baptismus? potest esse Sacramentum? annon baptismus est utilis & necessarius ad salutem ac beatitudinem æternam? *b)* Ipse se refutat, nam in *Quæstione VIII*, thesi *XXIV*. non diluvium baptismi typum fuisse dicit, apud Petrum, sed arcam, dicit enim ipsum *conferre arcam, in quâ salvatus est Noachus cum familia suâ cum baptismo: tum quia utiq; non diluvium, sed arca cum baptismo confertur, ita ut illud rō q̄ referatur ad totam sententiam proximè præcedentem de servatis in arcâ octo animabus eo sensu quod isti conservationi tanquam typo spiritualis conservationis baptismus velut antitypon respondeat, quo modo etiam Syrus Interpres intellexit: Reddens secundum quem typum vos quoque salvi facti estis, sanè aliud est delerio, aliud conservatio, quæ oppositè se habent; hinc Piscator rectissimè pronomen referendum est ad totam sententiam præcedentem de servatis in arca octo animabus; Isti enim conservationi è regione respondet baptismus, quò minus autem pronomen referatur ad proximè præcedens nomen *dat* res ipsa obstat, quia aqua diluvii non servavit quenquam, sed plurimos perdidit, hinc autem sermo est de conservatione. Secundum baptismum est per mare & nubem 1. Cor. 10. ubi mare quidem æquæ baptismatis; Columna verò nubis Spiritus Sancti fuit antitypus, verum & hic nil sani; tum quia baptismum per mare & nubem non fuit verum baptismum, ut ostensum, sed figuratè tale: tum quia sic ite-*

tum duplex baptifmus *externus* & *internus* fingitur, *externus* per mare, *internus* per columnam nubis, qui antitypus fuit Spiritus Sancti, uti autem columna nubis feparata fuit à mari, ita quoque baptifmus internus planè feparat<sup>9</sup> erit ab aqua baptifmatis: tum quia columna illa nubis non fuit antitypus Spiritus Sancti, fed habitaculum  $\delta$   $\lambda\omicron\gamma\kappa$ , Ifraelitas concomitantis. Tertium ipfè est baptifmus legalis, At hic iterum non est baptifmus propriè dictus, tum quia Sacramenta funt pro hominibus, ille verò etiam fuit pro veftibus: tum quia fuit baptifmus merè ceremonialis: tum quia fecundum Authorem lavabant fecundum Legem Moifaicam, baptifmus autem propriè dictus est juxta Evangelium ejusque fignum atque figillum: Quartum baptifmum dicit *Johannis Ifagog. baptizantis ad refipifcentiam folum,  $\epsilon\tau\omega\ \delta\epsilon\ \delta\iota\ \delta\iota\alpha\ \nu\epsilon\delta\iota\mu\alpha\tau\omicron\upsilon\varsigma$ , &c.* At hic 1. conspirare videtur cum Pontificiis, qui dicunt, baptifmum Johannis fpecie differre à baptifmo Chrifti, & fuiſſe tantum ad refipifcentiam, cujus oppofitum defendunt Calviniani, ita ut etiam *Petrus van Maſtrich* ſcribat, *idem fuiſſe Johannis baptifma quoad ſubſtantiam cum baptifmo illo Catholico, quem inſtituit Chriſtus: Dicit, craſſorum Pontificiorum eſſe hanc ſententiam colludentium Anabaptiſtarum, reſpondet ad id, quod baptifmus Johannis in refipifcentiam datus, adeoque non in nomine Trinitatis, nullibi enim dici quod non adminiſtravit in Trinitatis nomine, & diſtinguere quoad gradum efficacie, non autem quoad ipſam efficaciam: Deinde quomodo non dici poteſt  $\delta\lambda\epsilon\tau\ \nu\epsilon\delta\iota\mu\alpha\tau\omicron\upsilon\varsigma$  fuiſſe baptifmum Johannis, cum tamen cauſa efficiente, materia, formà & fine planè convenerit cum baptifmo Chrifti, ut conſtat ex Matth. 3, 11. Marc. 1, 4. Luc. 3, 30. adeò ut etiam Phariſæi baptifmum Johannis ſpernentes dicantur conſilium DEI ſpreviſſe, Luc. 7, 30. Et ſi non idem fuit cum baptifmo Chrifti, quomodo Apoſtoli potuerunt admitti ad cœnam, qui tamen fuerunt baptizati à Johanne? Forſan *Turretinus* in eadem eſt ſententiâ cum *Wizio* Calviniano, qui in *Diſput. de Baptifmo* *Lb. IX.* ſcribit: *Baptifmum Johannis non fuiſſe Sacramentum N. Teſtamenti, nam uti totum Johannis miniſterium inter utrumque Teſtamentum erat quaſi intermedium & pertinebat ad preparandam viam Domino Novi Teſtamenti Authori ac Preconi, Ita & baptifmus illius**

ivi-

*instituit et penitentes ac fideles regno cœlorum, quod proprie quidem  
 needum tamen res ipsa præsens erat, Marc. 1, 2, 8. 2. De baptismo  
 Johannis peculiare suos conceptus habent Calviniani, ipse  
 Witzio, qui baptismum Johannis non vult esse Sacramentum  
 N. T. Th. XI. dicit, baptismum Johannis non fuisse differen-  
 tem à baptismo Christi in essentiâ, sed tantum in circumstantiis,  
 & scribit: *Differre tamen quod baptismus Johannis quidem à DEO  
 esset, non autem à Christo ut Mediatore Incarnato, quod præparatio  
 potius ad N. Testamentum, quàm Sacramentum N. T. fiet, quod par-  
 torem Spiritum mensuram ei Deus sit ad mensuram: At verò si non fuit  
 Sacramentum N. T. quomodo idem essentia esse potuit bap-  
 tismus Johannis & baptismus Christi, qui Sacramentum N. T. &  
 annon si baptismus Johannis institutus est à Deo, etiam insti-  
 tutus fuit à Christo, cum illa Institutio fuerit opus ad extra?  
 an si præparatio fuit potius ad N. Testamentum, quàm Sacra-  
 mentum, quomodo idem essentia baptismus dici potest cum  
 baptismo Christi: Si denique differebat quoad Spiritus mensu-  
 ram, quomodo si Christus baptizabat Spiritu, Johannes non  
 baptizabat Spiritu? quod verò attinet dona extraordinaria cum  
 baptismo Christi connexa, id non tantum fuit *per accidens*, sed  
 & *particulare*: 3. Si baptismus Johannis fuit ad resipiscentiam,  
 sanè idem baptismus fuit cum baptismo Christi, agnoscente  
 ipso Witzio, atque scribente: *ut terque baptismus signum & sigillum  
 erat remissionis peccatorum, Matth. 1, 4. Luc. 3, 3. Act. 2, 38. Quin-  
 tum baptisma ponit baptismum Christi, eumque duplicem, nempe quò  
 Christus à Johanne baptizatus fuit, vel quo nos aquâ baptizat ac  
 Spiritu; Verùm hîc iterum graviter hallucinatur, tum quia ba-  
 ptismum Christi illum vocat, qui à Johanne fuit ministratus,  
 adeòq; Johannis potius baptismus dicendus fuit, si n. dicas, *ter-  
 minative* tñ. fuit baptismus Christi, quia Christo collatus, etiam  
 baptismus Eunucho baptismus Eunucho dicendus foret, quod à  
 Philippo Eunucho fuit administratus, Act. 8, 37. tum quia bap-  
 tismus Christi & baptismus noster integris differunt essentiis;  
 tum baptismus Christi specie sit diversus à baptismo qui nobis  
 ministratur, ideoque non confundendus cum baptismo Christi  
 institutione tali: tum quia Calviniani ex Sacramentis faciunt***

Symbola tantum, atque ex falsa illa hypothefi dicunt Christum suscepisse omnia Sacramenta V. & Novi Testamenti, fuisse circumcifum, agnum Paschalem comedisse, baptizatum & pœnam fivæ Evchariftiam cum fuis Apoftolis accepiffe, prout hoc difertè afferit laudatus *Witzius in tract. fuo cap. 10. de Ufu Sacramentorum Tb. xxiv.* Sextum baptifma eft pœnitentiæ & lacrymarum, fed iterum improprie, ut & feptimum fanguinis & Martyrii, nec non octavum, quod Ierhale dicit pœnarum æternarum, adeoque oppofitum baptifmo, qui eft Sacramentum N. Testamenti, medio falutis.

IX. Definit baptifmum, quod fit primum N. T. Sacramentum, quod per externam aquæ afperſionem & ablutionem declaratur & obſignatur fidelibus interna ipſorum abſolutio, tum quoad remiffionem peccatorum, tum quoad ſanctificationem per fanguinem & Spiritum Chriſti, verum hic nihil fani, nam 1. externæ aquæ afperſionis & ablutionis mentionem tantum facit, non autem internæ. 2. Declarationem & obſignationem baptifmo tantum affignat, adeoque nullam efficaciam. 3. Fidelibus obſignari dicit internam ipſorum abſolutionem, adeoque per fideles intelligit electos, qui ſancti ſint antecedenter ad collationem baptifmi, ut nil conferat baptifmus ipſis, fed tantum declaret & obſignet, quæ ſunt falſiſſima.

XIII. Dicit, materiam internam ſive rem in baptifmo ſignificatam eſſe Chriſtum cum ſuis beneficiis, probatque ex Gal. 3. quia quotquot in Chriſtum baptizati ſint, Chriſtum induant. At 1. ſic recedere videtur à ſuis ſociis, qui dicunt fanguinem Chriſti non ipſum Chriſtum eſſe materiam cœleſtem, ut patet aperte ex *Beſâ in Colloquio Mompelgardenſi*, *Wendelino in Theologia Chriſtiana*, &c. quanquam abſurdè, tum quia fanguis Chriſti non eſt capax ex ſententia Calvinianorū alicujus Idiomatis divini, & confequenter non emundare poteſt à peccatis, unde ipſe *Wendelinus* ſcribit, *Emundare à peccato non eſſe Idioma divinum, ſed apotelesma*, *Nicolaus Arnoldi non mundare efficienter ſeu meritorie: quanquam omne apotelesma præſupponat communicationem idiomatum: Eſt enim actio Theandrica ex communicatione idiomatum divinarum reſultans, neque meritorie tantum fanguis Chriſti eſt mun-*

mundat, cum ipse Christus dicat, se non tantum dare pro mundo carnem vel sanguinem suum, sed & dare vitam mundo, adeoque non tantum meritorie, quod primâ phrasi exponitur, sed etiam efficienter conferre vitam, quod posteriori phrasi exprimitur, Joh. 6. 2. Si Christus est materia interna, baptismus non differet à Sacramentis V. T. *ratione materiae internae*, nam materia caelestis etiam circumcisionis & agni paschalis Christus fuit ex ipso Calvinianorum ore, At si materia uniuscujusque Sacramenti *ratione materiae terrena* fuit distincta, E. & materia caelestis erit diversa in unoquoque Sacramento. 3. Probatio quam subjungit, nulla est, tum quia in Christum baptizamur, vel ita intelligendo, ut baptizati simus in Christo, vel ut baptizati simus in Christum, *eis XE150v*, ut priori modo notet *efficientem*; posteriori *finem*, annotante ipso *Kauzio Calviniano*, si prior phrasis obtinet, efficiens Sacramenti Baptismi notatur non materia, si posterior, finis exponitur, & sic iterum causa externa non interna: tum quia Christum induimus in baptismo non separatim, sed conjunctim cum Patre & Filio, baptismi enim institutio est opus ad extra, Ergo si confertur Christus, indumenti loco, unâ quoque conferuntur Pater & Spiritus Sanctus, adeoque Trinitas materia caelestis erit baptismi, quemadmodum patet ex verbis Institutionis Matth. 28. ex quibus omnis mensura Sacramentorum, tum quia ipse *Johannes Crocius* in *Loco*, quem deducit ex hoc dicto. scribit, *cum Apostolus dicit, Christum induistis, hoc vult, nempe in Christo qui baptizatur, Spiritum Sanctum accipit, ceteraque beneficia, si itaque accipientes baptismum Spiritum Sanctum accipiunt cum Christo tanquam indumento, quomodo excludi poterit Pater, maximè cum ipse Autor th. Dedicat, internam absolutionem tam quoad remissionem peccatorum per sanctificationem, per sanguinem & Spiritum Christi obsignari fidelibus.*

XIV, XV, XVI. *Posit, formam baptismi in analogia signi & signati*, At ea superius est excussa, neque in hac consistit forma, sed externa in immersione vel aspersione baptizantis; Interna in reclamatione & pronuntiatione verborum Institutionis. 2. Subjectum baptismi nimis restringit ad omnes foederatos, cum tamen subje-

ctum

**Quum** baptismi sit oranis homo, sed ordine divino observato. 3. **Finem** baptismi planè elevat, dum dicit, *primarium à parte Dei esse oblationem fœderis gratiæ, secundarium testificationem externam obedientiæ Deo à nobis præstandæ, discretionem Ecclesiæ à præstantis, symbolum Communionis Sanctorum inter se, aut primarius finis est regeneratio & remissio peccatorum* vi Marci 1, 4, Luc. 2, 3. Job. 3, 5. nec non Act. 2, 38. & Tit. 3, 2. Novitas vitæ Rom 6, 3. Coloss. 2. 11. 3. **Ingressus & receptio** in Ecclesiam atque fœdus Dei, adeoque non tantùm oblatio fœderis gratiæ; quànquam etiam ad primarium hunc finem referamus.

**XVII. Quærit, unde ritus ille baptismalis originem duxerit; & Resp.** *petitum esse ex usu communi Judæorum, apud quos usitati fuerint varii baptismi, maximè respectu profelytorum, qui consecrabantur circumcissione, sacrificio & baptismo, quæ causa fuerit ut hæc baptizandi ceremonia à Johanne & Christo instituta nemini mira fuerit visa, quia nil notum vel usitatum inter ipsos fuerit. sed hæc non possunt probari, nam 1. sunt, qui repetunt baptismi originem à remotioribus temporibus, nempe vel Jacobi, qui dixit, amovete à vobis Deos alienos, & mundamini & mutate vestimenta vestra, h. e. juxta Abenesram mundamini lavando corpora vestra, Gen. 35, 2. vel à Mose, cui dictum est, Sanctifica populum hunc, laventque vestimenta sua, Exod. 19. Si itaque jam tempore Jacobi & Mosis origo baptismi cœpit, non demum ex usu communi Judæorum, qui jam in certam Rempublicam transferunt, aut ex baptismo profelytorum origo baptismi deducenda. 2. Sunt, qui volunt, originem baptismi arcessere à nube & mari, in quâ baptizati sunt Israelitæ, 1. Cor. 10, 1, 2. Si verò iade originem baptismus ducit, non ex usu communi Judæorum, sed ex miraculo dicendum erit, originem esse petitam, aut etiam ex typo, qui baptismo præludit. 3. Denique quidam sunt, qui putant, probabilissimum esse natales suos baptismum petisse ex Statu florentissimo Reipubl. Judaicæ tempore Davidis & Salomonis, ubi ingens profelytorum numerus baptismo initiatus fuit, At nec hoc subsistere potest, quorsum collimat Auctor noster, tum quia Scriptura nil de hoc habet, tum quia longè aliud est baptismo fieri profelytum, aliud baptismo fieri Chri-*

stianum: tum quia ipsi Rabini repugnant dicentes, *tempore Davidis & Salomonis à Synedrio magno non receptos fuisse profelytos, idque idèd, ne tempore Davidis metu tales fierent, Salomonis, vel intuitu dignitatis, felicitatis & magnificentia, ut docet Maje- monides, Vid. de his sententiis Seldenus de Jure Naturæ & Gentium L. II. c. 2. & 4. de Successionibus ad Leges Hebr. 26. cap. De Synedriis Lib. I. c. 3.* Quapropter dicendum non esse originem baptismi repetendam, vel ex usu communi Judæorum, vel ex baptismo profelytorum, tum quia fuit Sacramentum, & quidem Novi Testamenti, Sacramenta autem V. & N. Testamenti originem suam habent ex Deo, utpote qui solus Sacramenta instituere potest: tùm ex eo, quia si ita prælusit Sacramento N. Testamenti usus communis Judæorum vel baptismus profelytorum, hoc fuisset peculiare, baptismo N. Testamenti, nam quodnam signum prælusit circumcissioni, quod agnò Paschali, quod Cœnz Dominicæ? tùm quia hæc sententia nimis deprimit baptismum ex usu communi Judæorum vel baptismo profelytorum, qui mera fuit ceremonia non à Deo, sed ab hominibus inventa, deducta; Illa autem *quod ceremonia baptizandi à Johanne & Christo instituta nemini mira visa fuerit, non concludit, partim quia utique mira visa fuit Nicodemo disquirenti Joh. 3. 4. partim quia doceri nequit nemini miram fuisse visam, cum tamen Sacerdotes Hierosolymitani & Levitæ rogârint Johannem, cur baptizet, cur novo ritu utatur, si non sit Christus, nec Elias, nec Propheta? Imò hunc ritum voluerunt esse ritum Christi Elizæ vel Prophetæ, Joh. 1. 25. partim quia etiamsi illa, baptismi ceremonia non mira visa fuerit, nihilominus originem suam ex Deo habere potuit, non ex usu communi Judæorum vel baptismo profelytorum, quia etiam verbi prædicatio à Johanne suscepta, prædicatio Evangelii, quod Christus proposuit, non fuit res mira, neque in V. T. non adhibita, & tamen immediatæ originis à Deo.*

### QUÆSTIO XII. & XIII.

Agit de baptismi necessitate, & quærit, *An baptismus fuerit tantùm ritus temporalis, determinans fideles ab infidelibus, quæ ad*

*tempus durare tantum debuerit, an verò sit absolutè ad salutem necessarium, priorem questionem negat contra Socinianos, posteriorem itidem contra Pontificios, Verum rectè negat contra Socinianos, rectè etiam contra Pontificios, ast malè opponit has questiones, quasi sc. media sententia dari nequeat, quæ est Lutheranorum, qui non annuunt Socinianis, nec Pontificiis, neque tamen Calvinianis accedunt, dicunt enim baptismum esse necessarium non tantum necessitate præcepti, sed etiam Medii, non tantum quia mandatus à Deo, sed etiam quia necessarius ad salutem, nec tamen propterea Pontificiis accedunt, qui baptismum dicunt esse necessarium absolutè ad salutem, longè enim aliud est statuere baptismum esse necessarium necessitate tum præcepti, tum medii, absolutè & simpliciter, quæ communis est sententia Pontificiorum & aliud est statuere baptismum esse necessarium, Necessitate præcepti & medii non absolutè sed ordinariè, non respectu Dei, qui non ad Sacramenta est alligatus, sed respectu hominum, quæ Lutheranorum est sententia. 1. Quamvis Pontificii illam absolutam necessitatem propugnent, Pelagianos & Calvinianos accusent, tamen non omnium hæc est sententia, Cajetanus enim docet, *Infantes si desit possibilitas baptismi salvari posse voto parentum, quo baptismum illorum desiderant, maxime si signum quoddam externum cum illo voto super moribundum infantem applicent, ut sc. parvulum moribundum Deo offerant cum signo crucis in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti, atque ita ante Cajetanum Gerson, & post illum Caramuel in suâ Theologiâ fundamentali c. 7. fundamento LXIV. par. 2. Definiunt itidem baptismum vel in re vel in voto esse necessarium adultis ad salutem, deducuntque ex Conc. Trid. Sess. IV. c. VII. c. 4. Controvertunt deniq; an hoc votum esse debeat explicitum & formale, an verò implicitum & virtuale sufficiat, atque secundum communem sententiam docent ad justificationem & salutem adulti sufficere implicitum baptismi votum secundum Thomam, Puteanum & Vegam. 3. Malè eludit Auctor in quæst. 13. th. 19. Locum Joh. 3. atque dicit 1. *aquam non posse designare baptismum aquæ, sed renovationem spiritualem, quæ fit per Spiritum Sanctum. 2. Probarè satagit ex scopo Christi, ex institutione Christi, ex accusatione ignominie, ex baptismo presenti, ex***

pari



*p*ari necessitate aquæ & Spiritus, At 1. hunc locum agere de baptismo aquæ patet, tum ex eo, quia nullus Scripturæ Locus dari potest in quo vox aquæ simpliciter & nudè posita, Spiritum Sanctum significet, cum semper Epitheton aliquod addi soleat, ex quo intelligitur per aquam intelligi Spiritum Sanctum, hinc verò citra conditionem exaltantem aut diminuentem, citra Epitheton adjectum aquæ fit mentio: tum quia obstat circumstantia loci, scopi, antecedentium & consequentium, Prima ex eo, quia Christus de baptismo Johannis loquitur, qui naturali aquâ administrari solebat, quem contemnebant Pharisei, & cum illis Nicodemus Luc. 7, 30. Secunda, quia Christus intendit Nicodemo ostendere introitum in Ecclesiam & Regnum DEI, At ingressum in Ecclesiam & Regnum Dei fit per baptismum aquæ, qui est Sacramentum initiationis. Tertia, quia in antecedentibus, cum Nicodemus sibi persuaderet intelligi regressum in uterum matris, vers. 3. ostendit ei Christus medium regenerationis non generationis naturalis, baptismum scilicet aquâ & Spiritu constantem; consequentia verò docent, ostendisse Christum nativitatem carnalem esse immundam, atque sic Nicodemum deducit ad baptismum & per eum ab immunditie nos mundari ostendit. Et sanè necessitatem medii Christum proposuisse, non tantum ex eo patet, quia dixit, neminem posse videre regnum Dei, sine regeneratione, sed etiam ex eo vel maximè, quod dixerit v. 6. *Quicquid ex carne natum est, caro est*, adeoque ex indigentia hominis deduxerit baptismi necessitatem, ex immunditie naturali, quæ per baptismum abstergenda: tum ex locis parallelis, Matth. 28, 19. Marc. 16, 16. Eph. 5, 27. Tit. 3, 5. atque 1. Pet. 3, 21. Finge aquam in hoc loco non propriè esse accipiendam, annon aliquis Impostor cetera loca de Baptismo æquè agentia pari gloriâ poterit corrumpere, quoposito sequitur nos nullum baptismum in N. T. habituros, neque illum fore necessarium vel necessitate præcepti, vel necessitate medii. *β. Ipse Auctor dicit, per aquam & Spiritum vel intelligi aquam spiritualem ita, ut sit vel figura & ἁδὼν, vel id particula & non sumatur discretivè, sed declarativè, ut sensus sit, aquam, quæ est Spiritus, prout Scriptura solet obscurum explicare per clarius, & tropicum atque figuratum*

*tum per proprium.* At malè intelligit per aquam & Spiritum lavacrum spirituale sive aquam spiritualem, quia non loquitur ex sententia suorum sociorum, qui hic planum non inveniunt vestigium, sed multis variisque modis variant, *Piscator* enim & *Tossanus* per aquam intelligunt verbum, *Gualtherus* doctrinam Evangelicam, agnitionem Christi & charitatem cum consolatione fidei, ut & *Zwinglius*: *Beza* immensam Dei charitatem in Filio erga nos, in annotationibus majoribus: *Bullingerus* verò renovationem cordis, At quomodo hæc subsistere possunt? quomodo hic non pateat variatio, si discedatur à litera textus? quemadmodum in propositionibus Eucharistiz ita quoque variant. 3. Pro nobis militat tota antiquitas, *Irenæus*, *Iustinus Martyr* *Apologia secundâ*, *Cyprianus* l. 2. *Epistola* LXXII. *Chrysostomus* Tomo II. *Homil. Basilii*, *Tertullianus* in primis *Augustinus* Tomo IX. *tract. 2. in Johannem*, *Hieronymus* Tomo II. *Epistola* 83. *Theophylactus* & *Damasceus* l. 4. *de orthodoxâ fide*, cap. 20. Imò ex ipsis Calvinianis in *Probl. p. 15. Bened. Aretius* & *Theodorus Beza*, qui *quavis in Annot. ad Novum Testamentum* communem sequatur Calvinianorum viam, tamen in *Parte secunda Responsum Montpelgard. p. 53.* genuinam nostram sententiam agnoscit. sed excutiamus Authoris reliqua: dicit *particulam* & *non sumi discretivè, verum declarativè* &c. At sic à primâ suâ sententiâ recedit, & *particulam* & *solicitat*, quæ sit *declarativa*, non *discretiva*, sequutus *Marcum Fridericum Wendelinum*. verum nullius hujus *particulæ* usus fundamentum ostendit ex Scriptura, sed hujus tantum, quod Spiritus Sanctus per aquam passim designetur, At longè aliud est, Spiritum Sanctum per aquam designari, aliud *particulam* & *non esse discretivum*, sed *declarativum* demonstrare, prius largiter conced. Posterius nullo apice demonstravit *Turretinus*. 2. *Sensum* fingit. nisi quis renatus fuerit ex aquâ, quæ est Spiritus, idque ideo quia Scriptura obscurum explicare solet per clarius, At verò quid obscurius est num aqua quæ explicanda per Spiritum? At hæc longè clarius quid est, sensibile scil. Elementum, quàm Spiritus qui occultus & occulto modo agit: anne proprium est nomen Spiritus, & aqua tropicum atque figuratum? annon aqua manet proprium? 3. *Petrus Martyr*,

ter, Calvinianum circa hanc particulam alium scrupulum movet, dicens, non si dicatur, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, propterea parem necessitatem utrobique intimari, nam Rom. 10, 10. dicitur, corde creditur ad justitiam, & ore fit confessio ad salutem, neque tam inferri posse, justitiam cordis & confessionem oris. Equè esse necessaria, discedit itaque à Turretino, quanquam nec illius Interpretatio alicujus sit momenti, tum quia propria particulæ tenenda est significatio, quamdiu non docetur oppositum, tum quia Joh. 3. Copula illa occurrit in unâ sententiâ, in uno axioma, Rom. 10. autem in distinctis propositionibus: tum quia Rom. 10. non legitur in textu particula &, sed particula &, dicitur enim si confitearis in ore tuo Dominum &c. Corde creditur ad justitiam *ἡ πίστις δὲ ἠμολογῆται αἰς σωτηρίαν*: Argumenta quæ adducit nullius sunt roboris. Primum non concludit ex scopo Christi, quia fingit Christum intendisse factum demere & superstitionem, quâ fascinabatur Nicodemus, partim quia Christus non tam hoc intendit, quàm contemptum excutere baptismi Johannis, quo laborabat Nicodemus: tum quia declarando verum medium salutis obtinendæ baptismum illi suadet, non gratiam spiritualem sive supernaturalem, quàm jam exposuerat v. 3. & ubi jam regenerationem suavit, imò necessariam dixit, medium illius subjicit, nempe baptismum: partim quia solius Nativitatis *ἀνάθη* facit mentionem, solius Spiritus Sancti meminit, confirmat cum flatu venti, nihil verò pro Turretino dicit, tum quia per nativitatem *ἀνάθη* factam non intelligit nativitatem celestem, ut vult Turretinus, sed repetitam, denuò factam, ut non tantum Chrysostomus docet, sed & interrogatio in hoc Colloquio apertè ipsius Nicodemi: tum quia solius Spiritus Sancti meminit vers. 8, 6. non per exclusionem aquæ, quam in præcedentibus jam designaverat, sed quia Spiritus Sanctus primas obtinet in baptismo, neq; hunc Spiritum medio opponit, quod supra erat requisitum: tum quia collationem Nativitatis cum flatu venti comparat non per negationem abluitionis, ipsi enim Calviniani statuunt aquam figuratam seu Spiritum Sanctum abluere, sed per demonstrationem difficultatis intelligendi hoc mysterium, quanquam sint Interpretes, qui non accipiunt hæc verba de fla-

tu venti, sed de ipso Spiritu; Secunda ratio non stringit, quod scilicet non sit verissimile, Christum &c. initium voluisse veri à baptis-  
 mi Sacramento, quod nondum instituerat, partim quia non tan-  
 tum verissimile, sed verissimum est baptismum esse Sacramen-  
 tum initiationis, pertinere ad primum ingressum in regnū cœlo-  
 rum: partim quia falsum est, Christum tum temporis nondum  
 instituisse baptismum, annon enim baptismus Johannis erat ex  
 Deo, & opus quoddam externum? Partim quia ad rudimenta  
 Religionis retulit baptismum ipse Paulus Hebr. 6, 2. Non Ter-  
 tia ratio, quod Christus Nicodemum accusarit ignorantie, quæ non  
 fuisset culpabilis, si de baptismo fuisset locutus, quia ignoran-  
 tiæ illum accusat, maxime respectu regenerationis quam igno-  
 rabat, quam concipiebat per modum ingressus in uterum ma-  
 tris, & præterea quia non ignorabat baptismum Johannis, erat  
 enim Phariseus, hi verò contemnendo baptismum Johannis  
 contemnebant consilium Dei adversus se, Luc. 7. Quarta ratio  
 planè nil facit, dicit enim baptismum cœpisse demum esse necessa-  
 rium post mortem Christi, atque ita pugnat contra Pontificios;  
 qui tamen dicunt, Sacramentum baptismi à Christo fuisse insti-  
 tutum, paulò post Colloquium hoc cum Nicodemo. uti Grego-  
 rius de Valentia, Scotus &c. Imò ipsum institutum esse à Christo  
 eodem die, quo baptizatus est à Johanne. Statuunt Suarez, Bel-  
 larminus, Sylvius de Bramia: Et obligationem baptismi suscipien-  
 di cœpisse ab illo tempore, quo Nicodemo Christus dixerat, nisi  
 quis &c. ultima ratio denique non ferit, nempe Spiritum &  
 Aquam ejusdem fore necessitatis. Si enim de necessitate ordinariâ  
 sermo sit ipsi, concedimus, si verò de extraordinariâ negamus,  
 verum nihil pro Turretino.

#### QUÆSTIO XIV.

Agit de legitimo baptismi ministro, & querit; an baptismus  
 Laicorum aut mulierum ullo in casu licitus fiet? negatque contra Pon-  
 tificios: Imò thesi II. eòsque progreditur, ut non tantum non ad-  
 ministrari queat, nisi à pastore legitime vocato, sed etiam nullum esse  
 pertendat, & consequenter de novo esse Infantem baptizandum, si sc-  
 antea à Laico sit baptizatus: Rationes promit, Prima quidem,  
 quia

quia ipsis solis jus baptizandi competat, quibus datum sit jus Evangelium predicandi: At si hoc 1. de Jure ordinario intelligatur, concedimus, Casus autem necessitatis, & quidem non mediæ, sed extraordinariæ necessitatis facit jus extraordinarium: 2. Jus Evangelium prædicandi non potest simpliciter denegari sequiori sexui, utut non solenne ministerium concedi, si enim in Insulam deferatur fœmina, in quâ meri sunt infideles, quis denegabit ipsi jus & facultatem informandi, atque Evangelium prædicandi istis infidelibus, annon etiã fœminæ pertinent ad Regale Sacerdotium. 1. Pet. 2. 3. Aliud est publicum ministerium, aliud exercitium actus Ecclesiastici in summo casu necessitatis, Illud utique Apostolis tantùm eorumque successoribus concessum est, imò fœminæ præcipitur, ut taceat in Ecclesiâ; At Exercitium actus Ecclesiastici in casu extreme necessitatis etiã spectat ad fœminas. Reliquæ rationes ex dictis possunt dilui. Secunda quidem vel ex eo, tum quia sigilla Principis potest tractare etiã extraordinariè, qui munus non obtinet: tum quia baptismus non tantùm est sigillum obsignans, ut Author vult, sed etiã medium exhibitivum gratiæ divini: tum quia in sententiã Calvinianorum longè facilius est statuere mulieres baptismum administrare posse in casu necessitatis, eo ipso, quo tantùm tribuunt vim sigillarem, baptismum. Dicunt enim Infantes fœderatorum antecedenter ad baptismum esse sanctos, & per baptismum tantùm obsignari sanctitatem illam, cum itaque effectum Sacramenti minuant, possunt utique concedere, etiã mulieres baptismum administrare posse. Neque Tertia ratio concludit, quod scilicet non magis privato aut fœminæ liceat baptizare, quàm Evcharistiam dare, At 1. Evidentem disparitatem ostendit ipse Autor, dum baptismum Sacramentum initiationis esse concedit, adeoque longè magis necessarium, quàm Evcharistia: 2. Quia malè responderet, si debemus intrare Ecclesiam, debemus etiã in eâ nutriri, hoc enim de ordinariâ viâ est, neque potest nutriri, nisi ille qui Ecclesiam est ingressus, adeoque antecedenter ad participationem Evcharistia est necessarius introitus in Ecclesiam per baptismum, quemadmodum antecedenter ad nutritionem corporalem necessarius est introitus in mundum, sive generatio: 3. Egregiè

gregiè pro nobis concludit, nam Calviniani admittunt licitum esse etiam Laicis administrare cœnam, etiam extra casum necessitatis. Si verò licitum est administrare cœnam Laicis, si licitum est extra casum necessitatis. Quantò magis licitum erit administrare baptismum ex ipsâ comparatione *Turretini*, & quidem in casu extremæ necessitatis. Minor verò propositio patet ex *Calvino*, ejusque tract. de formula administrandorum Sacramentorum, neque tantùm ex hoc, sed & ex praxi Ecclesiarum Calvinianarum, ubi quarundam hic est mos, ut calicem Seniores distribuunt; Quarta denique ratio nulla est, tum quia falsum est, nisi baptismum Laicorum erroneo fundamento de absolutâ necessitate baptismi, tum quia potius Calvinianorum baptismus nititur falsâ hypothesi de vi saltem sigillari: tum quia baptismus Laicorum nititur fundamento necessitatis baptismi partim in extremo casu necessitatis, partim idoneitate etiam Laicorum & mulierum, quæ pertinent ad Regale Sacerdotium 1. Pet. 2. Quinta ratio planè nulla est, nempe consentire veteres, quod baptismus mulierum sit illicitus, nam 1. si Antiquitatem adeamus, stat pro nobis Concilium Florentinum & Concil. Carthagenense IV. cui interfuit *Augustinus*, ubi statutum fuit, ut in casu urgentis necessitatis administratio baptismi mulieribus quoque permitatur, & rati habeatur, quod ipse libr. sent. c. 4. apud Lombardam habetur, ut ipse Autor attestatur, & à *Gratiano* dist. 4. 2. Ipse *Calvinus* stat pro nostra sententia, *Tertullianum* enim & *Ambrosium*, *Hieronimum* & *Augustinum* agnoscit pro nobis stare, *Tertulliano* opponimus, constitutiones *Clementis* sunt spuriz, *Canones Concilii Carthagenensis* pro nobis stant. 3. Ipse *Calvinus* qui veritate compulsus est, ita scribit; L. 4. Inst. Sect. 20. Multis ab hinc Seculis, adeoque ab ipso pene Ecclesie Exordio fuisse receptum, ut in periculo mortis Laici baptizarent, si sc. minister in tempore non adesset.

Sed *Thesi IX.* cum videret ob stare exemplum *Ziporæ*, maxime illud sollicitat, cui opponimus *Petrum Martyr* in Commentario suo super Epistolam ad Cor. p. 453. & ex *Isaaco Casarbone* ei opponimus argumentum adamantinũ tali modo: si baptismus Laicorum & Mulierum est nullus, ut contendit th. II.

Si

Si est fabula, ut *Beza* loquitur, si denique non est baptismus, nisi administratur ab idoneo Baptista, consequens est, baptismum in Angliâ administratum, Ecclesia Calviniana, à Laicis & Mulieribus esse nullum, esse fabulam, esse non baptismum, At sic in Angliâ dari quamplures, qui sint rebaptizandi: Imò ex sententia *Wendelini* sequitur, baptismum esse reiterandum, si ab heretico v. g. Pontificio vel Lutherano, quales nos habent, sit administratus. At prius est, ergò & posterius: Major Luce sua radiat Minor, quia *Casaubonus* in Responsione ad *Cardinalem Peronium* Regis nomine scripta ita statuit, quod de nascente olim Ecclesiâ dixit *Tertullianus*, baptizare Episcopum, Presbyterum, Diaconum postremo etiam Laicis jus esse in extreme necessitatis casu, hoc ipsum in Ecclesiâ Angliana ad Episcopos, Presbyteros & Diaconos hodiernum servatur, sine ullâ vel loci, vel temporis rigida & penitus inviolabili observatione, Laicorum verò baptismi cui seminarum ut fieri. Legibus jus vetat, sic factum ex legitimâ formula quodammodo non improbat, baptismum esse pronuntians etiam si non legitime administratum: non itaque in Angliâ pro nullo habetur baptismus, baptismus Laicorum & seminarum, sed baptismus pronuntiat, ut vitium ipsi adhaerens admittatur.

II. Ad Exceptiones progredimur, ubi dicit, *Legibus non exemplis utendum, neque illud imitandum, quia extraordinarium & singulare, imò petium à femina invita & indignabunda*, At 1.posito Exemplis non esse vivendum, hæc tamen eousque operantur, ut doceant, hoc vel illud esse factum, nec reprehensionem divinam incurrisse, pari itaque ratione in eodem necessitatis casu adhucdum posse fieri citra reprehensionem divinam. 2. Utrique extraordinarium & singulare est illud exemplum, sed pro extraordinario quoque casu, si itaque etiam casus extremæ necessitatis occurrat, licentiam esse colligitur, adhucdum in eo baptismum administrare; Singulare verò non est, quia in praxi Ecclesiæ observatum fuit, feminæ enim quæ Infantes circumcidebant, non tantum procurabant Circumcisionem, ab Antiocho fuerunt jugulatae i. Macc. 1, 63. & quod magis urget, duz feminæ ex eâ causâ quod circumciderint, muro fuerunt dejectæ, 2. Macc. 6, 10. 3. Aliud est circumcisio, aliud animus feminae

H †

feminae

minz Zipporæ, ipsa circumcisio erat licita ac probata à DEO, destitit enim à puero, dimisit Mosen Deus, sed animus Zipporæ fuit peccaminosus, ideoque non sequendus est animus, sed exemplum circumcisionis; Sanè ipse Autor admittit questione sequenti baptismum ab hæreticis administratum esse legitimum, si fundamentalia baptismi retinuerint, neq; formam quæ mutet aut corrumpat, At sicut hic distinguendum est inter animum hæretici & illius baptismum, cum ille sit pravus, hic verò ratus; Ita quoque se habet res in circumcisione Zipporæ, imò annon ita Autor noster contradicat suo *Wendelino* disquiri permittimus, qui illum demum baptismum verum esse censet, qui administratur à ministro idoneo, hæretici verò non sunt ministri idonei, quia non iussi sunt baptizare, sed Apostoli tantum, eorumque Successores orthodoxi. II. da: *Exceptio, aliam esse rationem baptismi, aliam circumcisionis, hanc à privatis potuisse administrari, jus verò baptismi tribui, qui habeant jus docendi, pariter nobis non obest: tum quia sumitur circumcisionem à privatis potuisse administrari, Abraham enim ante Legem latam, qui non fuit privatus, sed Propheta Domini, Isaac administravit circumcisionem, juxta Gen. 20, 7. c. 21, 4 & sic consequenter Patres, qui erant in Ecclesiâ antelegali ministri Sacramentorum administrarunt circumcisionem, postea verò ad Levitas & Sacerdotes jus hoc fuit restrictum, ut patet ex 1. Macc. 2, 46. nec hodiè Judzi ipsi Patres hoc Sacramentum administrant, sed suum Mohèl habent, qui circumcidit: tum quia si privati potuerunt administrare baptismum, qui fuit Sacramentum initiationis ordinariè, quanto magis baptismum, qui successit circumcisioni, administrari poterit in casu extraordinario, tum quia jus baptizandi & docendi connexa sunt ordinariè.* III. a: *Exceptio, itidem nobis non adversatur, n. non valere consequentiam ab eo, quod factum est ante constitutionem Politie Judaicæ ad id, quod factum est postea; Temporis enim variatio nobis non obstat, sufficit quocumque tempore facta sit Zipporæ circumcisio, proficiã & ratà habita, id tantum sequitur, casum extraordinarium non obesse ordinario ministrandi modo. Quarta Exceptio, quod presente marito hoc Zippora fecerit, nulla est, partim quia*



quia *præfens* quidem fuit *maritus*, sed *ager*, sed fulmine occurrentis Domini prostratus, & consequenter impotens administrandi circumcisionem: partim quia privilegium hoc extraordinarium à DEO fuit concessum Zipporæ, quæ circumcidit puerum: partim quia nobis licitum concludere, si præfente marito licitum fuit administrare circumcisionem in casu necessitatis, multò magis necessitate concurrente licitum fore alii. Neque Quinta Exceptio non sequi ob placationem Deo factum placuisse &c. non enim dicimus per omnia factum hoc Deo placuisse: quomodo enim indignatio ipsi potuit placere? annon ira illa fuit peccatum? aliud ergò est circumcisio, quæ rata fuit Deo, aliud animus & voluntas Zipporæ, quæ culpabilis.

### QUÆSTIO XXII.

Quærit Auctor, Cur S. Cœna? &c. Respondet i. *Thesi III. Finem totius Institutionis esse triplicem, commemorationem mortis, unionem nostri cum Christo, & tandem certitudinem remissionis peccatorum.* Ast 1. hæc non sincerè à *Turretino* assignantur: nam 1. dum finem dicit commemorationem Christi & mortis ejus, eo ipso vult absentem esse Christum tum ex communi propositione Calvinianâ, memoria est rerum absentium: tum ex conjunctione Christi & mortis ejus, ut enim mors ejus refertur inter præterita non præsentia, ita etiam Christus referendus erit non inter præsentia, sed absentia: tum quia commemorationem illam practicam dicit esse rerum, quas Christus passus est, & fecit pro nobis, adeoque beneficiorum tantum, non verò fontis beneficiorum. Idque patet quando dicit, quomodo in veteri Paschate, quod erat memoriale liberationis à servitute Ægyptiacâ, celebrabant beneficium admirabile à Deo acceptum. 2. Unio nostri cum Christo, & Communio beneficiorum ejus itidem non sincerè proponitur à *Turretino*, tum quia negat omnem unionem substantialem, atque *genitivum* tantum sive *relativam* propagnat: tum quia talem unionem nostri cum Christo statuit, quæ per esum & potum nobis representatur, figuratur & non exhibetur: tum quia similitudinem tantam adhibet, quod ut *cibus à nobis manducatur Nature nostræ arctissime unitur, cumque eâ*

in unum coalescit, ita participatio symbolorum panis scilicet & vini, non autem corporis & sanguinis dicitur communicatio corporis & sanguinis Christi. Secundum illud 1. Cor. 10, 16. In tertio denique fine iterum non sincerè agit, dum scilicet ponit certitudinem remissionis peccatorum, Matth. 26. & salutis æternæ per mortem Christi nobis partæ, partim quia certitudo remissionis peccatorum nititur præsentia principii & fontis omnis remissionis, quam cum Calvinianis Turrettinus negat: Partim quia dicit, non magis nobis excidere posse salutem æternam, quàm ipsum meritum Christi, adeoque eo ipso statuit gratiam irresistibilem & indefectibilem in Sanctis atque Electis. Partim quia efficaciz Spiritus mentionem facit, per quem vult nobis esse unionem cum Christo, adeoque præsentem esse nostris cordibus, obfirmare remissionem peccatorum in nobis non immediatè & per se, sed per Spiritum ita ut ipse existat in cælo, Spiritus autem vinculum sit intermedium nos per fidem uniens cum Christo. & Longè aliter orthodoxi, qui scilicet finem hujus Sacramenti cum Lutero, Menzuro & nostris Theologis statuunt esse trium generum, quorum alius refertur ad Christum, alius ad ipsos communicantes, alius denique ad proximum, & quidem finis qui refertur ad Christum, duplex est, recordatio & commemoratio Christi, eaque memoria, non tantùm theoretica cum Historiam meritorum Christi simul agnitam ejusque causas ex verbo Dei cognitatas iteratis vocibus repetimus, sed vel maximè practicam cum pio affectu contritionis, fidei & novæ obedientiz recolimus mortem Christi ejusque beneficia per eam acquisita, perinde ac si in ipsa Christi essemus vesperâ, adeoque cœnâ, eidemque accumbetemus Thoro. & ab ipso Christo acciperemus Sacramentum illud: Secundus finis, qui ad ipsos Communicantes refertur, iterum est duplex, supernaturalis nutritio & augmentatio Communicantiû, Secundò fœderis cum Deo initi vel hæc ænus continuati vel rupti, sed per veram poenitentiam renovati obfirmatio. Tertio Deniq; finis ex Cœnâ Dominicæ usurpatio est. 1. continuatio. 2. Certioratio præsentiz gratiosæ, atque fideliû cum Christo ætior conjunctio. 3. Notamus dissimulare Turrettinum argumenta illa, quæ Calviniani promunt contra nostros, statuen-

tes

tes monumentum sive memoriale signum ad exercendam memoriam Christi esse ipsam destinatum manducationem corporis & bibitionem sanguinis ejus mediantibus symbolis externis factis, quæ ferè hæc sunt, nempe solius panis manducationem oralem à Christo esse datam in signum memoriale, secundum illud 1. Cor. 11, 26. quotiescunque manducaveritis panem meum, & biberitis calicem, mortem Domini annuntiate. 2. Omne signum, atque ita etiam memoriale esse visibile, notius ac certius re notata, notare aliud & non se ipsum, in S. Cœnâ verò solum panem & solum utrumque esse visibilia, notiora & certiora morte Christi, notare aliud, nempe Passionem pro nobis susceptam. 3. Denique omne signum significare aliud tantum, & id quod promovet recordationem Christi, habetque evidentem analogiam cum corpore & sanguine Christi, id tantum esse signum memoriale mortis & efficacie spiritualis per corpus & sanguinem Christi exercenda, in S. Cœnâ verò panem & vinum esse memoriale signum Christi corporisque in mortem traditi atque sanguinis effusi: E. sed Resp. 1. non concludere primum, tum quia Paulus non dicit, quotiescunque manducaveritis panem, sed *ἀρκυραὶς* & emphaticè, cum demonstrativo præfixo, hunc panem, hunc calicem, hunc panem, qui est *ἡ σὰρξ* corporis Christi, hunc calicem, qui est *ἡ ἰσχυρία* sanguinis Christi: tum quia v. 26. dicti cap: dicit, qui ederit indigne aut biberit, ream fore corporis & sanguinis Christi, itaque non solus panis comeditur in recordationem Christi, sed talis panis, cum quo participatur corpus Christi, cujus corporis indigna manducatio reum facit in Judicio divino, quemadmodum Judas osculo suo in horto Christum tangens reus factus est ipsius Christi: tum quia Christus conclusit Institutionem verborum suorum cum Aphorismo *Hoc facite*, At jusserat non tantum comestionem panis, vel bibitionem calicis, sed de pane dixit, Hoc est corpus meum, de vino, Hic est sanguis meus, ut Apostolus declarat, cum actionem ex parte nostrâ explicat, quotiescunque biberitis. Secundum non stringit, partim quia non simpliciter est universale; omne signum debere esse visibile, nam etiam instrumentalia signa non semper sunt visibilia, v. g. futurus Parrus Virgineus, qui Achafo datur in signum futurum liberationis ab Assyriis erat invisibilis & tamen signum.

Imò non tantùm *infrumentalla signa* sed & *formalia*: non sunt visibilia, v. g. Species in phantasiâ, memoriâ & intellectu: Partim quia notius est signum re notatâ, scilicet quæstio sit de signo naturali, at nunc procedimus de signo arbitrario, de quo non valet, sic v. gr. Johanni Baptistæ non incognitum erat Spiritum Sanctum in specie visibili descendere ac eundem in tali formâ patefacere Filium DEI & Messiam: Partim quia limitandum est tertium membrum, omnè signum significat aliud tantùm, & nullum signum est signum sui ipsius, scilicet quâ signum; Tertium non ferit, tum quia analogia panis cum corpore ratione fractionis spectatum non habet fundamentum in Scripturâ; tum quia altera analogia intercedit panis cum corpore, & vino cum sanguine Christi non respectu officii sacerdotalis, sed tantùm respectu vulgaris & communis usus panis & vini, quem etiam extra Sacramentum habet, qui est alere corpus, & satiare atque reficere hominem: tum quia panis & vinum non promoveant recordationem Christi, quod supponitur in argumento, quâ panis & quâ vinum.

IV. Dicit Autor, idèo duo signa instituisse Christum, non quæ duplex faciant Sacramentum, licet veteres sæpius ita in plurali quasi de duobus Sacramentis loquantur, sed unicum, quia unica sit ratio formalis utriusque, nempe significatio plena nutritionis per Christum mortuum, atque pro nobis crucifixum: At non tantùm veteres plurali numero usi sunt ex Patribus, sed etiam integrâ consilia; Præterea Scholastici Evcharistiam esse duo Sacramenta propugnare volunt, Aureolus, Gabriel, Major Sc. Imò non tantùm Scholastici, sed etiam Calviniani Claudius Salmasius in tractatu de Transsubstantiatione contra Grotium, ubi testimonius veterum nixus vult participationem panis peculiare esse Sacramentum, & participationem calicis etiam peculiare, adeoque duo Sacramenta celebrari in S. Cœnâ; Dum itaque Turretianus statuit, Evcharistiam esse unum quoddam Sacramentum, et non tantùm contra veteres & Scholasticos disputat, sed etiam contra Socium Religionis, nempe Salmasium. 2. Dicit, esse unicum Sacramentum Sacramentum Cœnæ, quod unica sit ratio formalis utriusque nempe panis & vini, nempe significationem plenam nutritionis per Christum

*sum mortuum & crucifixum pro nobis.* At verò hæc unitas non est ratio formalis Sacramenti Cœnæ, non enim hoc Sacramentum in analogia signi & signati consistit, ut ipse vult, quod supra refutavimus, sed in exhibitione corporis & sanguinis Christi sub distinctis symbolis externis. 3. Vera & genuina ratio, cur Sacramentum Cœnæ non sit in duo dividendum, est illa quam Paulus exhibet, quamque *Thomas* approbat, quia scilicet hoc Sacramentum vocatur cœna sive convivium quoddam supernaturale, at convivium sive cœnâ integra non constat solo pane, nec solo vino, aut duplicatur ex participatione tum cibi, tum potus, Ergò quoque hoc Sacramentum in duo non est dividendum, in primis si spectetur, quod Christus in primâ cœnâ exhibuerit panem & vinum benedictum sub uno quasi actu cœnæ; de quo *Matth.* 26. Si verò quæretur, quomodo unum sit Sacramentum hoc. Respondemus, non unum esse unitate *Metaphysica*, quemadmodum Angelus est unus ac indivisibilis, non unitate *Mathematica*, quemadmodum continuum unum esse dicitur, non unitate *Physicâ*, quemadmodum materiâ & formâ faciunt unum, sed unitate *actus, integritatis & perfectionis*, quemadmodum exercitus dicitur unus, domus una, unitate scilicet *perfectionis & integritatis*; Hinc etiam facilis Responso ad illa, quæ Adversarii produciunt, quamvis enim certum sit Partes in plurali numero panem & vinum vocasse Sacramenta, hoc ipsum tamen ab ipso factum est *materialiter*, quia scilicet plura symbola cum signatis suis in cœnâ exhibentur, non verò *formaliter*; Unde ipse *Turretinus* hoc cogitur agnoscere, dum dicit, *in cœnâ sub sola idea & symbolo cibi nobis exhiberi, quia agatur de vita sustentanda & resuscitanda, sustentamur autem pane, resuscitmur vino, secundum illud Ps. 104.*

V. Rationem reddit Author, cur Christus usus fuerit pane, quia *divinâ benedictione ad nutriondum corpus efficacissimus &c.* 2. Culpat dissidium inter Græcos & Latinos circa panem fermentatum & azymum: 3. Dicit, convenientiorem videri sibi ac suis panis fermentati usum in cœnâ: Verum 1. hæc nec unica, nec genuina est ratio, cur Christus pane usus fuerit in cœnâ, sed longè magis solæ orēs rationes dari possunt: a) Usus est pane Christus propter præfigurationem, ut scilicet impleret illud, quod in *V. T.* per man-

mannam est figuratum, ut constare potest; 1. Cor. 10. quem locum ipsi Calviniani pro identitate Sacramentorum V. & N. T. urgent. b) Usus est pane propter arctissimam unionem & conjunctionem, ut enim cibus & potus, panis & vinum trans-eunt in substantiam nutriti, ita Christus adhibere voluit hæc, ut symbola corporis & sanguinis sui, ut indicaret arctissime nobis uniri corpus & sanguinem, & longè arctiori modo, quam per verbum. c) Usus est pane & vino ad umbrarum remotionem, sanè si Christus non voluisset corpus suum nobis communicare, sanguinem exhibere in cœna, non abrogasset agnum paschalem, non selegisset nova symbola panem & vinum, quia agnus paschalis longè evidentius præfigurabat mactationem Christi in cruce, sanguinis fusionem; quo illiniuntur postes cordium nostrorum, at abrogavit agnum paschalem, panem & vinum selegit, quæ non ita repræsentant, ut ostenderet umbræ successisse corpus, quæ ratio maximè pungit *Turretinum*. 2. Rectè reprehendit acrem illam contentionem super hoc caput inter Græcos & Latinos, tum quia ante tempora *Alexandri I. Sexti* in ordine Pontificum communis usus fermentati panis usus in cœnâ obtinuit in Ecclesiâ tum orientali, tum occidentali. Tum quia ex ipsis Græcis, inprimis *Barlabamo* constat, indifferentem illum censuisse usum panis fermentati vel azymi, scribit enim, quoniam Apostoli eadem nobis tradentes mysteria non distinguunt sive fermentatum sive azymum eò quod gerit imaginem puritatis & sinceritatis, utraque ego quidem similiter adoro & colo, Latinos verò in tantum prudentiores esse existimo. quod illi quidem minime hostiam fermentatam vituperant, sed similiter venerantur: Tum quia *Thomas* cum Concilio Florentino contendit, rectè Græcos uti fermentato, rectè Latinos azymo, cui assurgunt *Toletus*, *Rosellus de Salis*, *Senzius de Porta*, & *Gregorius de Valentinis*. 3. Dicit, se non differeri, panis fermentati &c. Ar. 1. videtur nobis convenientior esse panis azymus, utut indifferentiam admittamus, tum propter exemplum Christi qui panem azymum adhibuit in primâ cœnâ, si itaque Calviniani tam operosè urgent fractionem in cœnâ, quia Christus mentionem illius faciat, & exemplo nobis præverit, cur non idem exemplum possemus urgere contra Calvinianos,

nianos, cum constet in azymis Christum cœnam celebrasse? tum propter commonefactiones utiles, quas Azymi usus exhibet, qui admonet nos, quod accessuri ad Sacramentum cœnz vetus fermentum nequitiz expurgare debeamus, atque in azymis epulari, 1. Cor. 5, 7. 8. necquicquam *Paras* obtinet, dicens, *metaphorice* vocabulum azymorum eo loco accipi, Ergo ad panem azymum propriè sic dictum usurpandum referri non posse, Respondetur enim ipsi, utique *metaphorice* accipi, ideoque dicere nos, azymum panem tantum admonere nos, ut fermentum expurgemus: Præterea autem hæc *Metaphora* desumpta fuit à re vel concessâ, vel non concessâ, si prius, habemus intentum. nempe usum panis azymi esse commendatum, esse concessum; Si posterius, Spiritum Sanctum corrigunt Calviniani, & aliquod argumentum duxisse, à re non concessâ concludunt: Tum quia agnus paschalis qui fuit secundum V. Testamenti Sacramentum & typus sacrosanctæ cœnz, fuit comestus in pane azymo, Exod. 12, 8. 2. Si *Turretinus* consulat socios suos, non tantum convenientiorem statuere debet usum panis fermentati, sed etiam necessarium, nam in *Synodo Casserensi* celebratâ anno hujus Seculi VII. Christum panem summissè statutum est, qualem alii Judæi illo tempore in prandis & cœnis ederunt, cui Synodo adstipulatur *Antonius Prætorius*, imò *Rudolphus Hospinianus* in *Historia Sacramentaria* ut obtineat, Christum fermentato in cœna pane usum fuisse, negat Pascha celebrasse in Azymis cum Judæis, & vult anticipasse Pascha suum Christum, ita ut licet usus Azymorum in reliquo victu non anteverteretur, tamen æmulationem Paschæ anteverti potuisse, probatque ex *Johan. 13. Patribus Epiphanio, Chrysostomo, Tertulliano* & rationibus, quarum tres subjungit, si itaque verum est, ut ipse existimat Christum instituisse Sacramentum non in primo die Azymorum, sed alio die, ante primum azymorum, si ipse usus fuit fermentato pane, non tantum conveniens, sed & necessarium erit fermentatum panem adhibere, quemadmodum etiam praxis hoc docet apud Calvinianos, qui panem fermentatum in cœnâ distribuunt, nititur autem *Hospinianus* in suo discursu falsâ hypothesi, quasi scilicet Christus non in die azymorum celebravit cœnam, quasi scilicet non obser-

vasset diem ex Lege divinâ destinatum, Pascha sive Agnum Paschalem comedendi. 3. Rationes *Turretini* non concludunt, quod scilicet magis faciat ad scopum Christi adhibentis panem communem & ordinarium, nam attendendum est tempus, in quo communis & ordinarius panis fuit azymus, teste ipso *Turretino*, allegante in hac thesi locum Exod. 12, 19. Secunda non stringit, partim quia analogia illa sacramentalis quam fingit est nulla, partim quia etiam analogiam sacramentalem signi & signati habet panis azymus: Partim quia negari nequit, etiam panem azymum esse alimentum corporeum, utpote non spiritualem. Tertia tantum probat indifferentiam, quod scilicet indifferentis sit adhibere panem vel azymum, vel fermentatum, quia necessitas panis azymi pertinet ad ceremonias Judaicas, non indifferentia. Quarta, quod scilicet in universâ veteri Ecclesiâ nulla azymorum appareant vestigia commaniter in Eucharistiâ usurpatorum ante Nonum vel Decimum Seculum, imò constet, symbola eucharistica desumpta fuisse olim ex oblationibus panis & vini factis à fidelibus, quæ procul dubio erant ex pane azymo & fermentato, ut candidè agnoscat & pluribus argumentis solide confirmet *Jacobus Symundus*, Jesuita in libro de Azymis. Sed nec hæc ratio concludit, tum quia utique apparent vestigia azymorum usurpatorum in Eucharistiâ ante Nonum & Decimum Seculum, ut patet ex controversiis, quæ intercesserunt Græcis cum Ecclesiâ Latinâ, ubi Latini Græcos vocarunt Fermentarios, & vice versâ Græci Latinos Azymitas: tum quia *Michael Episcopus Constantinopolitanus* usum panis azymi anno CLIV. abrogavit, Si itaque abrogavit, prius in Ecclesiâ fuit in usu, cum privatio præsupponat habitum: tum quia in Ecclesiâ Latinâ semper viguit usus azymorum: quod verò ex *Symundo* adducit Jesuitâ eruditâ & fere centenario, id non concludit, nam si omnia concedamus, tantum probabitur, illum panem qui ex oblationibus fuit adhibitus ad cœnam fuisse fermentatum, Ast tempore *Alexandri* anno cxv. fermentatus panis fuit abrogatus, teste ipso *Hospiniano*, si itaque fuit abrogatus & introductus Azymus, non demum, ut vult Autor, circa Seculum Nonum aut Decimum fuit introductus panis azymus, sed jam obtinuit in Seculo II. & merito miramur, *Tur-*  
*retti-*



*retinum* inclinare in hanc sententiam, partim quia ipsi Calviniani Socii, *Bullingerus, Beumlerus, Prætorius, Lavatterus, Martinius, Musculus, & Verinus* agnoscunt rem esse indifferentem sive sit *azymus*, sive *fermentatus*, adeoque non convenientiorem fermentati usum: Partim quia sive *azymus*, sive *fermentatus* panis sit, est tamen panis ratione essentia, & inutiles pronuntiat rixas inter Græcos & Latinos *Bullingerus*: Partim quia *Turretinus* fuit minister in Ecclesia Genevensi, atqui de illa scribit *Casaubonus*, quod illa Ecclesia doctrinam Calvini tenacissimè in cornam *azymi* usum habeat, nam cum anno Sæculi præteriti XL. initio Reformationis alius mos esset introductus, rediisse illam ad antiquum morem, aut igitur mentitur *Casaubonus* aut *Turretinus* statuit contra Ecclesiam Genevensis, in qua ministravit, aut denuò abrogatus est panis *azymi* usus, & ita sustinuit varias mutationes in Elemento terreno à tempore Reformationis usque ad ætatem præsentem.

VI. Dicit, *vinum commune institutum esse, aquam non dilutum, unde Pontificii &c. quamvis enim videatur indifferens &c.* Ast 1. mitius tractare viderur Pontificios in hoc puncto, quam par est, nam Pontifex *Julius* sacramentalem bibitionem dicit esse nullam, si absit mixtura, atque ita totum Sacramentum annihilat, si scilicet aqua non misceatur vino, at hic Error est detestandus, quem tamen Concilium *Elorentinum* nec non *Tridentinum* probat, dum scilicet necessitatem Cramatis injungit. 2. Dicit, *videri indifferens, quod omitti vel retineri queat.* At non est indifferens, si enim Christus dixit de Calice benedicto, Hic est sanguis meus, conclusit, hoc facite in mei commemorationem, ubi non aquam mentionem fecit, sed geniminis vitis, ut ipse docet *Matth. 26. & Marc. 14.* non indifferens erit uti vel vino simplici vel mixto: Imò, si ponamus Christum mixto vino fuisse usum, nec tamen propterea indifferens erit apud nos, quia si Christus miscuit, miscuit ex ratione Loci, quia scilicet Orientales solebant miscere vinum, aliud verò est miscere vinum ratione Loci, aliud quoad verba Institutionis, quibus inhærendum nobis: 3. Falsum est, Pontificios dicere mixtionem non esse de integritate Sacramenti, sed tantum de congruitate, utut enim ita sentiant *Toletus, Marj-*

his ab Iughen, Sanctius de Porta, Bonaventura, Baptista de Salis, Roselli, tamen non est communis sententia Pontificiorum, & eo ipso quo dicunt, omitti non posse sine peccato mortali, necessitatem gramatis agnoscunt, cum Concilio Florentino & Tridentino: Cetera quæ hic ponit in Theob. sequi quia particulatim tractat, etiam particulatim examinabimus.

QUÆSTIO XXIII

Th. I. Duplicem format quæstionem virtualiter 1. an consecratio Sc. 2. an Sacramenta pronuntiat Sc. utrumq; negat contra Pontificios. Priori parte non tantum Pontificios pungit, sed & nostros, in posteriori autem nobiscum pugnat contra Pontificios, atque respondet de Symbolis eucharisticis & ritibus, respicere consecrationem. 2. Pronuntiat, licet verbis diversis Sc. 3. Receptiorem esse apud Pontificios & communiorẽ hodie sententiã per pronuntiationem tantum illorum verbarum, que formalia dicunt fieri consecrationem, & habent verba illa esse operativa & conversiva. At 1. consecrationem Calviniani annihilant, tum ipsum hæc vocabulum tribuendo Sacramento Papifico & superstitioni, invalescenti: tum ipsam consecrationem verbis eucharisticis & elogiz expressam ita exponentes, ut gratiarum actionem & benedictionem velint esse synonyma, ut aperte patet ex Buxtorfio in Dissert. de Cœnã & Walao: tum quia consecrationem tantum referunt ad symbolorum elevationem, ut scilicet illa fiant signa rei cujusdam sacræ, nihil aliud autem operentur, quemadmodum nos statuimus & Pontificii, utut nimis justo latius progredientes, & ad conversionem Transsubstantiativam consecrationem factam esse dicentes: 2. Refert quidem sententias discrepantes de consecratione Pontificiorum, verum ipsi quoque Calviniani discrepant, & quidem Piscator vel maxime à cæteris abit, nec non Berolinenses, qui imponunt nostris, verba institutionis non tam recitari, quam cani in nostris Ecclesiis:

Benedictionem in cœnã nil aliud esse vult, quam gratiarum actionem pro beneficio redemptionis & oblationem precum pro Electis Joh. 17. Denique actiones quæ diversum habent Terminum ad quem, illæ quoque sunt diversæ. At gratiarum actio

actio & benedictio habent diversum terminum ad quem illa Deum, hæc panem, Ergò sunt diversæ actiones: & merito reprehenditur etiam ex nostris *Wolff. Peristerius, quondam Superintendens Wisuariensis*, cui cum *Lubeccensibus* fuit contentio, atque putavit, necessitatem repetitionis in cœnâ esse commendandam, neque sufficere verba Christi semel tantum pronuntiari, sed repetenda esse, si panis portio absumpta, vel calix exhaustus, quod tamen non necessarium; sicut enim verba consecrationis, Hoc est corpus meum in ipsa distributione ad singulos Communicantes non debent repeti, ita hec, si panis de novo afferatur, aut vinum infundatur, necessaria est repetitio verborum cœnz. 3. Quibus verbis fiat consecratio, hæc ipsum maxime disputatur, communiorem esse sententiam pronuntiat Autos, per pronuntiationem tantum illorum verborum, quæ formalia dicuntur sive sacramentalia, fieri consecrationem, hæc tamen aliter sunt repetenda, & quicquid sit de Pontificiis; Lutheranis tamen non simpliciter impingi potest hæc sententia.

II. Hæc in thes. dicit, nos negamus consecrationem affigendam esse pronuntiationi verborum sacramentalium &c. Sed 1. rectè negat consecrationem affigendam esse pronuntiationi verborum sacramentalium, si scilicet intelligatur de pronuntiatione quâ tali. At consecratio adscribenda est ipsi. verbis sacramentalibus, eorumque sensui nativo; quoniam admodum enim verba illa, *Crescite & multiplicamini &c. Gen. 1.* verba sunt, quæ adhuc efficaciam suam exerunt, ita quodque verba sacramentalia sunt efficacia ratione sensus divini quem fundunt. 2. Constituendam esse consecrationem in totâ actione Christi, non videtur ex vero dictum, quamvis enim tota Christi actio respectu actuum essentialium dicat Sacramentum, & etiam in celebratione cœnz nobis sit observandum, aliud tamen est consecratio, quæ dicit non totam actionem Sacramenti, sed medium illud, quo symbola elevantur, atque cum re cœlesti junguntur. 3. Dicit, maxime consecrationem consistere in benedictione, quâ *Elementa &c.* At a) Socii quidam putant consistere præcipuè in gratiarum actione; unde etiam gratiarum actionem & benedictionem *curatio* explicantur; b) benedictio illa consecratoria non tantum

hunc effectum habet, ut Elementa ab usu communi separet, transferat & evehat ad usum mysticum, sed etiam ut Elementum externum uniat cum re cœlesti, ut res cœlestis mediante symbolo exhibeatur in illo mysterio. Consecratio denique quæ sit in cœna duplex est, *partialis & totalis*, illa rursus dividitur in eam, quæ est *præparatoria, destinataria, separataria*, qua sc. symbola externa destinantur ad usum sacrum, quod ipsum sit acceptio panis & calicis, nec non eorundem benedictione, & in illam, quæ est *unitiva Elementorum cum rebus cœlestibus* per verba Christi testamentaria; Autor verò priorem tantum admittit, posteriorem autem dissimulat, imò negat, & consequenter *totalem consecrationem* expungit, quæ ex his duabus partibus constat. Differunt autem benedictio & gratiarum actio tum *objectis*, hæc enim ad Deum Patrem, benedictio autem ad externa symbola & usum referenda: *Formali ratione*, quia gratiarum actionis natura est, beneficia Deo accepta referre, & celebrare ipsius immensam bonitatem in procurandâ hominum salute, benedictio autem panis & vini est eorundem ad usum mysticum præparatio, ut proinde non subscribamus illis Theologis, qui volunt benedicere & gratias agere esse unum idemque, nec illis, qui pro uno actu habent benedictionem, quæ est destinatio panis & vini ad usum sacrum, & alteram, quæ sit unio corporis cum pane, & vini cum sanguine benedicti: Neq; *Turretino* subscribimus, qui mutilatè benedictionem explicat, cum tamen benedictio consecratoria differat à benedictione præparatoria.

a) *Ordine temporis*, nam Christus accepto pane gratias egit & benedixit, & fregit, & dixit: Hoc est corpus meum, in hisse verbis Institutionis benedictio præparatoria præcedit fractionem, benedictio autem unitiva verbis facta. Hoc est corpus meum, sequitur fractionem. b) *Modis* etiam differunt; prior consecratio est in Libertate Ecclesiæ relicta, nullibi enim habetur, quibus verbis Christus benedixerit; Ita quidem ut in *Concilio Tridentino* maxima fuerit de hoc puncto controversia; In nostra autem Ecclesiâ benedictio illa præparatoria fit per informationem de Cœnâ præviam per preces & orationem Dominicam. Altera autem cujus Efficaciares cœlestes uniantur cum terrestribus fit

fit per verba Christi testamentaria, quod illustrari potest exemplo baptismi, quod Sacramentum non faciunt preces, quæ vel antecedunt, vel sequuntur, sed sola verba Institutionis, baptizate in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti, ita non faciunt Sacramentum preces Ecclesiæ præviæ vel etiam sequentes cœnam, sed tantùm verba testamentaria. Denique  $\gamma$ ) patet differentia, quod benedictio præparatoria fiat per preces Ecclesiæ, unitiva verò per verba Christi, quæ sc. in hoc Sacramento conficiunt id, quod ad esse Sacramenti requiritur.

IV. Rectè hic distinguit duplicem *actum*, nempe ad Deum & ad symbola, sed malè applicat, tum benedictioni super creaturas nihil tribuendo præter efficaciam ad sumentium-usum, tacite negans communicationem sanguinis & corporis Christi, tum benedictionem cum gratiarum actione confundendo, nam gratiarum actio pro beneficiis jam acceptis præcedit, & est distinctus Actus à benedictione, quæ sequitur. Tandem benedictionem explicando quod sit supplicatio pro consecratione symbolorum, At non tantùm est supplicatio, sed si posterior benedictio intelligatur, de quâ supra, non tantùm consecrantur symbola, & ab usû profano separantur, sed etiam  $\nu$ ) istius benedictionis uniuersum corpus & sanguis Christi cum istis symbolis.

V. Malè distinguit benedictionem referendo eam ad Christum, quâ hominem & quâ Deum, nam 1. benedictionem petit non tantùm quâ homo, sed etiam quâ Deus, si petit, petit enim *secundum se*, 2. benedictionem non petit, sed ipse benedixit, & quidem benedictione præparatoria atque unitiva. 3. Quid quâ Deus exhibuit? nil nisi symbola ad usum sacrum elevata, ad quam elevationem non fuit necessarium, ut Deus benediceret, benedictio enim, quæ fit à Deo, est realis, ut de omni genere benedictionum constat, quemadmodum ipse Author explicat thesi III. dicens, benedixit Creator creature, cum bono aliquo eam donat, & beneficio quodam illam afficit, ita benedictio Dei est operativa, & beneficentiam ejus insinuat, & cum benedicit, facit, quod dicit.

VI. In hac & sequentibus rationes ponit, 1. quia benedictio sit sanctificatio rerum, quæ non in alium finem fiat, quam ut res, quæ bene-

*benedicuntur, desinentur & separentur ad usum sacrum.* At hoc non est consecratio totalis, sed prior tantum pars, nempe benedictio preparatoria, quam etiam Patres explicant per verbum ἀγιασμός, καθαρεύω, μίω, sanctificare, preparare, efficere. Secunda non concludit, quod scil. consecratio &c. nam si de consecratione sit sermo, prout dicit benedictionem preparatoriam, Concedimus; At præterhanc requiritur benedictio unitiva, quæ etiam si non habeat precationis formam, tamen habet exhibitionis formam. Tertium non est firmum, nempe, quia benedictio de qua Paulus, eadem sit cum benedictione Evangelii, hoc enim falsum est, si scil. intelligatur benedictio illa quam referunt Evangelistæ, quæ scil. accepto pane benedixerit Christus, Paulus enim bis benedictionis meminit, dicens, Poculum benedictionis, cui scil. nos ministri benedicimus, adeoque benedictionem unitivam insinuat, quod ipse Author probat, quod scil. Apostolus ex illa benedictione inferat, calicem esse communionem sanguinis, panem communionem corporis. Quartum non stringit, non aliter fieri debere &c. Stante enim hoc, sequeretur parva prærogativa habere cœnam Dominicam mysterium illud tremendum præ quotidiano consecrationis usu super cibum. Variatio non est contra nos, sed contra Pontificios. Sexta itidem varietatem obtendit, quæ tamen tanta non est, ut illi non satisfactum fuerit à nostris Theologis. Septima provocat ad veteris Ecclesiæ sententiam, & imprimis ad *Nicolaum Cabasilam, & Marcum Ephesorum Episcopum.* verum si dicatur gratiarum actio adeoque & consecratio panis & vini, prout usum mysticum habere possunt esse quidem necessariam panem *κατηγιασμένης* Eucharisticæ non tantum absolvere totam consecrationem, sed conjungi debere cum posteriori consecratione unitivâ, quæ sit per verba Christi testamentaria, horum enim Sacramentorum sensus habet vim & efficaciam unguendi corpus & sanguinem Christi cum externis Elementis; at si hæc sit sententia Græcorum Recentiorum, quod per solas preces fiat consecratio, & satis sit ad effectum sacramentalem, merito ut falsa rejicitur, quia in quolibet Sacramento requiritur certum verbum, non solum mandati, nec tantum promissionis, ut vult *Wendelinus*, sed etiam disc-

*dispositionis* quò ad Elementum accedente fit Sacramentum. Octava, directa est contra Pontificios, nec Lutheranos ferit &c.

## QUÆSTIO XXIV.

Quærit Author, *An ritus fractionis panis sit necessarius in admistratione.* & Affirmat, At 1. tantum affirmat ritum illum necessarium esse in genere, qui autem in generalibus versatur, dolosus est. 2. Dissidia suorum tegit in hac generali assertionem, nam quidam *Piscatorem* secuti, fractionem panis volunt esse actum essentialem, quippe destinatum ad instituti hujus finem & scopum ac proinde necessarium: quidam cum *Keckermanno l. 2. Syst. Theol.* fractionem & distributionem panis esse signum si non essentiali, solum integrale, quod si omittatur cœna mutila sit censenda, & hunc certatim sequuntur plures: Imò in Evolutione Status Controversiæ Th. IV. Author quæstionem dilucidius explicat, & dicit, *an istam fractionem debemus retinere, tanquam Ceremoniam necessariam ad integritatem Sacramenti:* 3. Argumentatur, in istis Ecclesiis Calvinianorum, in quibus panisfragium non obtinet, aut nullam habent cœnam, aut mutilam. Nullam, quia deest pars essentialis, secundum *Essentialistas, Piscatorem* & *Sequaces:* Mutilam, quia deest Pars integralis, atque ipse *Keckermannus* mutilam appellavit cœnam, ubi fractio omittitur. Nam in multis Ecclesiis Calvinianorum omissum fuisse panisfragium, constat: Tum ex Ecclesiâ Genevensi in quâ vixit *Turretinus*, de quâ *Isaacus Casaubonus*, quem supra laudavimus, docet ritum veterem hostiarum esse reductum, si itaque ille ritus est reductus, jam panis fractus, divisus, & non frangendus est reductus: Tum ex Ecclesiis Helveticis, Basileensi, Bernensi, ipso referente *Hubero:* Tum ex Ecclesiâ Anglicanâ, in quâ ad panisfragium non attenditur, hinc Episcopales in Anglia ritum illum non necessarium esse censent, imprimis vid. *Job. Durellus in Vindictis Ecclesie Anglicane adversus Schismaticorum Criminationes editis Londini anno hujus Seculi LXXIX.* ubi probe distinguit inter ritus Essentialiæ & Divinos atque extressentialiæ & humani: Producere possemus, si volupe esset, non tantum dissidentes circa modum necessitatis Calvinianos, sed etiam plures negantes necessitatem,

tatem, & conspirantes nobiscum contra Yurretinum, sanè Beza ita scribit: *De fractione quid sentis? Hujus præteritionem, quia non ad ipsam Sacramenti confessionem pertinet, actum ipsum non vitare, sicut nevus in facie formosâ venustatem quidem ledit, sed formam tamen non abolet: & dilucidius Epistola 2. Vol. 3. Cœna est, si præcipua & merè substantialia conseruentur, etiamsi singulis offula in os ingerantur, licet fractio omittatur: pariter Zanchium Epistolæ lib. 1. ubi paria habet cum Bezâ &c.*

II. Lutherum vellicat & dicit, certum esse Lutherum fateri fractionem non minus ac distributionem nisi institutione Christi, absque quâ non rectè celebrari queat Sacramentum, sed postea in loco contra Prophetas ecclesies aliter loqui & dicere, non esse necessarium frangere panem, Ast 1. B. Lutero sit injuria, nam Lutherus disputat contra illam fractionem, quæ omnem communionem præscindit Laicis aut aliis communicaturis, quâ solus misificans præparatum panem manducat, Ast longè aliud est statuere fractionem & distributionem esse necessariam ad communicationem, & aliud est disputare pro fractione ut sic, tanquam ritu necessario ad hoc Sacramentum. 2. Lutherus panis fragum analogicam & representativam, quale defendunt Calviniani, nunquam somniavit, certus de præsentia corporis & sanguinis Christi, quomodo ergò adduci potest, quasi primum faterit pro fractione quam defendunt Calviniani, quam representativam esse dicunt, cum tamen Lutherus non disputet pro Calvinianis, sed contra Pontificios? 3. Lutherus non tam urget loco laudato ipsum actum fractionis, quàm id quod per actum obtineri potest, scil. distributionem inter phæres, nullius proinde inconstantiz aut mutatz sententiz potest accusari.

III. Dicit, Orthodoxos nempe Calvinianos fractionem retinere, neque tamen de illâ rigidè adeò contendere velle, contra ineandam societatem cum illis qui omittunt: At per omittentes intelligit vel Calvinianos Socios religionis aut Lutheranos, si prius, vult etiam societatem retineri posse cum iis, qui vel cœnam tollunt secundum Piscatorem & Sequaces, vel qui mutilant secundum Kermannum & Socios: Si verò intelligat Lutheranos apertè Syncretismi reus agi potest.

Th. V.



V. Adducit rationes pro necessitate fractionis, & quidem Primam, peti ex institutione & exemplo Christi, quia scilicet Christus panem fregit. At 1. non est controversia, an Christus panem fregit, hoc enim posito, nil aliud præter exemplum Christi obtinetur, sed an instituerit, an mandarit, quod nondum probatum est. 2. Neque quaestio est de fractione ipsâ, an Christus etiam instituerit fractionem, an mandarit illam, Posito enim Christum instituisse, & mandasse, præcepit saltem fractionem panis ut actum ministerialem ad distributionem facientem ipsique inservientem, at in nostris Ecclesiis ubi panis divisus affertur, jam fractus apportatur, & actus ille ministerialis antecessit; quaestio autem est de fractione repræsentativâ, pro qua stant Calviniani, an scilicet Christus frangendo panem fractionem sui corporis nobis adumbrârit, & mandarit quoque istam actionem repræsentativam. 3. Fractionem quam Christus adhibuit in prima cœna fuisse actum ministerialem sive ceremonialem, patet ex eo, quia ex usu Gentis Judaicæ habuit panes latos sive placentas in cœnâ, quæ frangi solebant in buccellas, non itaque nisi ex consuetudine gentis fregit deditque panem: Sed Exc. 1. Autor frustra reponi, multas alias actiones & circumstantias referri, quæ in imitationem trahi non debeant. 2. Mandatum hoc FACITE referendum esse ad ea maxime, quæ ipsi Apostoli in illa actione præstabant, puta quod jubente Domino edebant ac bibebant, gratis enim supponit mandatû Christi, hoc FACITE, referendum esse vel tantum vel maxime ad ea, quæ Discipuli quæ Communicantes præstare debuerint, cum constat hoc mandatum in institutione & celebratione totius Sacramenti, tam ex parte administrantium, quàm communicantium: 3. Fateri se, Libertati Ecclesiæ relictam esse dispositionem circumstantiarum externarum temporis, loci &c. sed negare hoc extendendum esse ad ceremonias ritusque essentielles ac necessarios, qualem pertendant Calviniani esse panis fractionem. Verum Prima Exceptio non urget, partim quia fractionem panis ad cœnam per se pertinere dicit, non probat, partim quia multò minus probat fractionem repræsentativam per se ad cœnam pertinere, cum fractio repræsentativa sit abnegativa præsentis realis corporis & sanguinis Christi, sic contra naturam typi & repræsentationis, quæ pro termi-

no habet bonum quoddam supernaturale, Christum cum suis beneficiis, At hæc *representativa* fractio pro termino non habet bonum quoddam supernaturale, Christum ipsum: Partim quia fractionem imperatam esse divinitus non potest demonstrari, quia non dixit Christus per modum Imperii, Frangite, nec per modum mandati, sed fregit per modum Exempli, ut scilicet fractum deinde panem posset commodius distribuere & cum illo exhibere corpus suum. Secunda Exceptio itidem non urget, nam 1. stant pro nobis contra ipsum *Turretinum* ex *C. Winianis Aretius & Zanchius*, quorum prior de his verbis: *Hoc facite*, scribit, *alii ad omnia superiora referunt. hoc Facite* quemadmodum & *Turretinus*: sed non est concinna satis Interpretatio, *Zanchius* verò lib. 1. *Epistolarum* dicit, quod quidam præceptam esse volunt *fractioem panis* propter hæc verba, *Hoc facite*, meo *Judicio* fallantur; 2. Dicit, *gratis* supponi, *mandatum Christi hoc facite referendum esse tantum vel maxime ad ea, quæ discipuli, quæ Communicantes præstare debuerunt*. At verò hæc verba. **HOC FACITE**, aut directa sunt ad Apostolos ut Communicantes, & fidelium personam representantes, aut ad illos ut ministros Ecclesiæ cœnamque dispensantes, si prius, dexterrimè explicatur per hoc, *facite, edite & bibite*, nam Communicantes in Ecclesia hoc faciunt, quod Christus præcepit edendo & bibendo; Si verò directa sunt ad Apostolos, ut ministros tum consequens est, omnes ministros Ecclesiæ qui successerunt Apostolis in administratione cœnæ non tam debere distribuere panem & vinum, quam edere & bibere. 3. Involvit hic hypothefin falsam, dum dicit, *Hoc mandato nisi institutionem & celebrationem totius Sacramenti, tam ex parte administrantium, quam communicantium*: Tum quia supponit Christum etiam utpote distribuentem accepisse panem & vinum benedictum atque sacramentalem communionem habuisse etiam profectum Apostolis, tum quia sic omnes Laici non tantum deberent edere & bibere, sed etiam ministrare, frangere & distribuere: Tum quia non obscure hic sævetur Pontificiis, qui volunt Apostolos in primâ cœnâ non tantum representasse fideles, sed etiam conficientes, unde verba hæc. *Hoc facite*, volunt idem esse ac *sacrificate*. In *Exceptione Tertiâ* nihil habet solidi, sed *meram*

meram committit petitionem principii, referendo fractionem panis ad ritus & ceremonias essentielles, de quo in seqq.

VI. Secundum argumentum petit à mystica hujus ritus significatione: 2. Vult significare fractionem corporis Christi in cruce. 3. Allegat locum 1. Cor. 11. valde controversum, ubi Christi corpus dicitur τὸ σῶμα ἡμῶν κλάμβον. At 1. supponit, fractionem fuisse actum quendam mysticum & typicum, cum tantum fuerit ministerialis, preparatorius ad exhibitionem corporis Christi, annon enim si necessaria est fractio repræsentativa, etiam in poculo debisset obtinere, atque effundendum fuisset vinum in altare, ut scilicet repræsentaretur sanguis Christi fusus in cruce, neque enim repræsentatur infundendo in ora Communicantium, cum longè aliud sit infusio, aliud effusio. 2. Annon typica pertinent ad umbram bonorum futurorum; Si itaque fractio panis repræsentat corpus Christi fractum in cruce, illa repræsentatio erit Veteris Testamenti, illa conspicua erit in agno paschali, cujus comestionem præmisit Christus, non in Novo Testamento, neque Christus ita fractus repræsentabitur, sed signum corporis Christi, frangunt enim Calviniani panem absente corpore Christi nec ad illud pertingentem. 3. Verba illa 1. Cor. 11. nil faciunt pro Authore, nam si sequamur interpretationem *Flaccii*, fractum dicitur corpus Christi, quia sc. panis fractus, panis distributus, idque per & propter arctissimam unionem, quâ signato & rei exhibitæ tribuitur, quod signo convenit, & sic iterum nihil habet *Turretinus*, statuit enim corpus Christi esse absens, unionem illam arctissimam negat, atque signo tantum convenire τὸ κλάμβον asserere cogitur; aut si ex rei veritate est pronuntiandum, corpus Christi fractum dicitur non per in frustra concisionem, sed virium ex dolore attenuationem, quia scilicet corpus Christi fuit flagellatum, contritum, percussum, ut historia docet Evangelistarum, ut prædictio prophetica, dicitur enim *atritus propter peccata nostra*, *Esa. 53.* propter phrasin Scripturæ *Hiskia* dicente, *ut leo contrivit omnia ossa mea*, *Esa. 38.* at longè aliud est fractum, attritum sive attenuatum esse *metaphorice*, & aliud est fractum esse *proprie*, non prius disputatur inter nos, sed posterius, stat enim pro fractione panis, hinc

ipse Author hoc agnoscit in sequentibus nempe non propriè fractum fuisse corpus Christi, ut ossa latronum & aliud esse corpus frangi, aliud corpus lacerari variis vulneribus, aliam esse fractionem *realem* aliam *mysticam*.

VII. Tertium promit ex 1. Cor. 10. Verum respondetur 1. Posito quod Paulus ostendat apertè, se panis fractionem in Eucharistia usu retinere, non tamen sequitur, Paulus usus est fractione, ergò & nos uti debemus, eo ipso, quo ritus ille est adia-phorus & ex consuetudine loci gentisque usurpatus. 2. Non adigimus, ut per panem quem frangimus, propriè intelligamus panem fractum, sed potius ad distributionem referimus, quod patet statim ex subjunctione sequentium verborum, dum dicit, *Panis, quem frangimus, nomen est communicatio corporis Christi* Ergò talem fractionem intelligit, per quam panis sit *significatio* corporis Christi, at non per fractionem repræsentativam panis sit *significatio* corporis Christi, sed solum signum passionis & crucifixionis Christi, per distributionem verò panis sit *significatio*, si enim panis Communicantibus distribuitur, proximè sequitur, imò in ipso distributionis actu communicatio corporis Christi. 3. Utique dici potest, panis quem frangimus unus panis, unum corpus esse, quia ex uno pane participamus, etsi non frangatur unus panis, quia Paulus non loquitur de *unitate numerica*, quasi unus panis debeat frangi in multas particulas & distribui Communicantibus, sed de *unitate sacramentali, speciei atque institutionis*, & falsum est, per fractionem illam perire mysterium, falsum non posse sumi pro distributione, nec Paulum dixisse, quem distribuimus, sed quem frangimus, cum Hebraismo usus sit Apostolus, atque maluerit vocabulo frangere uti secundum phrasin Scripturæ passim obviam, in primis Esa. 58. quàm verbo distribuimus.

Quartum promit i. ex *praxi Ecclesie Apostolicæ*, & producit *Loca, Act. 2. § 20. 2.* Dicit, *Exceptionem non valere, si dicamus ritum istum quidem fuisse necessarium, non tamen ut necessarium adhiberetur.* 3. *Ecclesiam astrictam esse verbo institutionis, nec facere &c.* At 1. Respondetur supponi, quod est in controversia, nempe *Act. 2. & 20.* agi de fractione eucharistica: sapè ipse *Beza* locum *Act.*

Aët. 2. & 20. de fractione vulgari & extrafacramentali intellexit, nec non Aët. 20. ita *Nicolaus Lyræ*, & quidsi *Cajetani* sequerentur opinionem, qui Aët. 2. existimat commendari communionem bonorum in primitivâ Ecclesiâ receptam, & ex illis collatis fractionem panis sive assignationem portionis unicuique, qui contulit. 2. Nostri non ita excipiunt & licet sint, qui fractionem panis obtinuisse dicant in Ecclesiâ primitivâ non ut ritum necessarium, tamen non stringuntur à *Turretino*, quia non petunt principium, quando, si fractio à Christo mandata, à primæ Ecclesiæ fidelibus usurpata, præteritio ejus fractionis vitabit actum cœnæ, at illa teste *Beza* non vitiat actum, imò *Zanchibus* refert *Jobannem à Lasco* nobilem Polonum cum *Philippo Melanchtone* cœnam adiisse *Wittebergæ*, ubi panis fractus non fuerit, & tamē acceperit verum Sacramentum. 3. Ecclesia nil facere vel aliis potuit præscribere scilicet in *substantialibus* & *essentialibus* cœnæ actibus, tamen in *accidentalibus*; hinc probandum restat Calvinianis, adhibitam fuisse fractionem tanquam actum essentialem, quo stante sequeretur, Ecclesias illas Calvinianas non habere Eucharistiam, quæ caret fractione panis ut in Angliâ.

Quintum petit ex praxi veteris Ecclesiæ, quæ scilicet retinuerit fractionis ritum usque ad Seculum XII. At 1. retinuit non ut necessarium, non ut partem essentialem vel integram & quanquam *Massonius* maximè urgeat, quod scilicet actus iste ponatur medius inter benedictionem & distributionem, non tamen obtinere potest parem necessitatis gradû ex connexionem, sequeretur enim aliàs, etiam abstinentiam à suffocato & sanguine pariter esse necessariam, quàm abstinentiam à stortatione, quia actus hi conjunguntur, Aët. 15. Præterea sicut benedictio, quæ antecedit fractionem, unitiva non est, sed preparatoria, distributio quæ sequitur fractionem, est preparatoria, ita si multum obtinebit *Turretinus*, id obtinebit, nempe necessariam esse fractionem panis per modum actus preparatorii ad distributionem, non ut partem essentialem vel integram. 2. Testimonia quæ adducit, non stringunt: dicit *Ignatius*, panem pro omnibus confradit, verum non addit, confractum in actu cœnæ: *Irenæus* dicit, fractum panem præcipere verbum *Dei*, scilicet fractum ad distributionem per modum actus

**actus ministerialis:** Dicit Theophylactus, fregisse panem Christum, quod etiam faciunt Christiani ex verbis Institutionis, at illum actum fuisse ministerialem, patet ex dictis. 3. Largitor concedimus, panis fractionem obtinuisse in Ecclesia primitiva usque ad Sæculum XII. posse etiam de novo introduci, si scilicet uniuersalis consensus Ecclesie accedit, ejusque libertati nil præjudicet, quod autem oblatarum usus prævaluerit, id factum tum ex eo, quia oblatæ illæ originem ducunt ex oblationibus Christianorum ad altare, inter quas panes quidam crassiores, & prominde frangendi: Tum ex respectu ad multitudinem Communicantium, ubi Compendii ergo commodior usus hostiarum: Tum denique ex fractionis usu apud nos retento; quid enim interest, an extra cœnam per modum præparationis massa quædam frangatur in partes, compingatur in hostias, an demum in actu cœnæ panis quidam crassus & grandior in buccellas frangatur & distribuatur, maximè si attendamus, fractionem inter actus præparatorios referendam esse.

X. Sextum nos non ferit, tum quia ex Pontificio petito, tum quia non dicit, quod Autor vult, tum quia sacra symbola nomine *μυστα* venientia pro nobis potius militant, quàm pro Turretino,

## QUESTIO XXVI.

Disputat Autor de sensu verborum Scripturæ, & quærit, an verba cœnæ propriè & literaliter nati *τὸ ἴδιον*, an verò tropicè & sacramentaliter sint intelligenda. Prius negat, posterius affirmat; Ast 1. insidiosè statum quæstionis format, nam dicit tropicè & sacramentaliter esse intelligendum, quasi scil. tropicè & sacramentaliter esset unum idemque. 2. Supponit falsum, quasi sc. nos, qui veram tenemus sententiam, qui literæ in hæremus, non sacramentaliter explicaremus verba illa cœnæ. At si cœnam Sacramentum agnoscimus, etiam phrasas, quibus illa repræsentatur, sacramentales statuimus. 3. Malè dicit, *num verba cœnæ tropicè & sacramentaliter sint intelligenda*, quia quod sacramentaliter sit intelligendum, adhucdum est ambiguum apud Calvinianos, cum sacramentaliter accipiatur vel *latissimè*, vel *laxè*, vel *strictè*.

Hæc

Hâc in thesi rectè dicit, *bâsis esse questionem hanc caterarum controverſiarum & in theſi 2. dicit ad ſtatum questionis obſervandum verba cœnæ duplicia eſſe, alia mandati, alia promiſſionis.* 2. Explicat verba mandati & verba promiſſionis, atque dicit, *verba mandati eſſe illa; accipite, edite, bibite, hoc facite ad mei commemorationem, promiſſionis verò, Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis traditur ſuis frangitur, Hic eſt ſanguis meus Novi Teſtamenti, ſive hoc poculum eſt Novi Teſtamenti in meo ſanguine, qui pro vobis & multis effunditur.* 3. Dicit, *proprie non queri de verbis mandati, ſed de verbis promiſſionis, ſorumque ſenſu.* Verum involvit non involvenda, & falſam hypotheſim ſubſternit, nam 1. verba cœnæ non ſunt duplicia, ſed ſi accuratè illa expendamus, triplicia nempe verba Imperativa ſive Mandati, verba Diſpoſitionis ſive diſpoſitiva, verba denique promiſſionis, idque patet, tum ex eo, quia quando Chriſtus dixit, accipite, edite, bibite, Hoc facite, tunc verba protulit mandati ſive imperativa, cùm dixit: Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus, diſpoſuit de ſuo Teſtamento, cùm deſiquè dixit, pro vobis ad meam commemorationem, verba protulit promiſſionis: Tum ex eo, quia imperativa & diſpoſitiva pertinent ad eſſentiam Sacramenti, verba autem promiſſoria ad finem, qui eſt extra eſſentiam, & ad uſum. Tum ex eo, quia Concordiæ Formula & noſtri Theologi figuram admittunt in verbis promiſſoriis, v. g. 1. Cor. 11, 24. ubi τὸ κλάωμενον accipiunt de fractione corporis Chriſti metaphoricâ, de doloribus & laniationibus, quod de eſſentialibus non poteſt verificari. 2. Falſam eſſe perſpicitur, verba hæc: Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus, eſſe promiſſoria, ita enim facile tropum in illa introducere poteſt, quia in promiſſoriis noſtri Theologi conſeſſere tropum habere Locum, at hæc ſunt verba *οὐκ ἐπιτιμωτικά* atque diſpoſitiva. 3. Diſputari dicit de verbis promiſſoriis eorumque ſenſu, at non diſputatur de verbis promiſſoriis, ſed de verbis diſpoſitivis.

III. Prænotandum ad hanc quaſtionem, *ſenſum Scripturæ eſſe duplicem, tropicum & proprium. Priorem uſitate τὸ ἰντιν, poſterioreν *ἀλογον* appellari; Lutheranos ſectari τὸ ἰντιν, οὐκ ὁδοκας h. e. Calvinianos τὸν *ἀλογον*.* At hic iterum in ambiguo verſatur,

dam sc. nostris vult tribuere, quasi tantum *is p̄ter* sectarentur, & Calviniani solum *Agros*. Atqui verba illa etiam nostri non tantum secundum *p̄ter*, sed etiam secundum *Agros* accipiunt, secundum illam *Agros*, quæ in usitatâ, propriâ & communi significatione sententiam complectitur, unde quando contra Calvinianos pro *p̄ter* disputamus, *Agros* non simpliciter in ipsis accusamus, sed *Agros* quæ cum verbis Christi pugnat, verbis enim Christi, Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus, opponunt Calviniani contradictoriam *Agros*; nempe, Hoc nō est corpus meum, Hic non est sanguis meus, sed significat tantum hoc corpus meum, significat hunc sanguinem meum.

IV. Progreditur ad Interpretationis rationes, Primam petit ex ipsis verbis promissoriis, ubi dicere debuisset ex verbis non promissoriis sed dispositoriis, & r. circa Subiectum disputat, pronomine demonstrativo HOC ex priori quod pertendit non ad aliud posse, quam ad panem referri, Et ita resolvendum esse propositionem, Hoc est corpus meum, id est, Hic panis est corpus meum. At r. notamus hic dissensum Calvinianorum, non enim omnes referunt pronomen HOC ad panem, *Andreas enim Bodinsem, Carolus adius*, anno huius Seculi XXIV. pronomen HOC retulit ad Christum ad mensam sedentem, & digito in corpus reflectentem, dicentemque, Hoc est corpus meum, i. e. Hic sedes corpus meum, ac ne dubitarem de hac significatione, asseruit se ex revelatione Patris celestis illam se accepisse, ut *Lutherus* etiam ex indemotus fuerit librum edere & conscribere contra celestes Prophetas. Alii verò sunt, qui cum *Turretino* sentiunt, atque pronomine HOC solum panem denotari volunt, quibus ex *Helmsstadibus* Professoribus accessit *Pfaffenradus & Hoffmannus*, quanquam *Job. Langus*, qui per HOC intellexit panem, exposuerit *metaphorice*, hoc modo: Hoc est corpus meum, i. e. Corpus meum est hoc, nempe panis, quia nutrit animas, & reficit instar panis. 3. *Bucerus* in retractationibus suis & *Johannes à Lasco, Nobilis Polonus* r̄, HOC itidem non retulerunt ad panem, verum ad actionem totam, hoc modo: Hæc actio sacramentalis corpus Christi representavit, sive in hac actione exhibetur corpus Christi; manifestat itaque *Turretinus* prius cum sociis, quam ut sententiam suam



obtrudat, quanquam omnes hęc sententiz absurditate suã se conficiant: Prima quidem, quia Christus non tantum dixit, Hoc est corpus meum, sed etiam accepto poculo, Hic est sanguis meus, & quia hoc poculum est sanguis meus, ideo bibite ex illo, particulã *hoc* interpositã, at quæ qualisque fuisset illa ratio, Edite, Bibite, quia sc. hic sedet corpus meum, vel in hoc corpore sanguis meus. Secunda sententia *Turretini* etiam facile refutatur: Tum quia Christus non tantum accepit & fregit panem, quem de mensã sumsit, sed etiam iussit accipere & edere, non itaque vocabulum HOC referendum solum est ad panem, quem accepit & fregit, sed etiam ad id, quod distribuit: Tum quia si secundum sententiam Calvinianorũ particulã HOC solus panis denotatur, & edere ac bibere secundum illorum explanationem est fide percipere; particulã HOC non solus panis denotabitur, Christus enim non iussit credere in panem, Objectum fidei non est panis naturalis: Tum quia falsa hypothesis supponitur, quasi sc.  $\rightarrow$  Hoc esset relativum, & transferendum ad Remotiora Antecedentia, cum tamen  $\rightarrow$  Hoc sit demonstrativum: Tertia denique sententia pariter facile refellitur, nam non tantum inauditum tropum nobis obtrudit, *Hęc actio sacramentalis tota est corpus meum*, sed etiam verba, quæ dicuntur à Lucã & Paulo in consecratione calicis, convincunt falsitatem huius, dicit enim Paulus, hic calix, certè autem hic calix non potest totam actionem significare, est enim calix res quædam una & certa, pars Sacramenti. 2. Observamus *Turretinum* Subjectum Propositionis Eucharisticæ demonstrativo HOC expressum resolvere in hanc, Hic panis est corpus meum. At aliud est *Propositio* quædam *Biblica*, aliud *Propositio Ecclesiastica*, Posito admittendam esse hanc propositionem, Hic panis est corpus meum, tantum tamen *Ecclesiastica* erit *Propositio*, & utit à nostris quibusdam Theologis accepta & probata, tamen tantum in ratione Propositionis *Ecclesiasticæ*, ast verba *Biblica* habet, Hoc est corpus meum. 3. Particula *Hoc* dicit complexum quoddam ex pane, & ex corpore Christi, unde Christus notanter dixit, non  $\rightarrow$   $\rightarrow$   $\rightarrow$ , ut quidem requisitum fuisset, si voluisset de pane tantum loqui, sed  $\rightarrow$  in genere neutro & diverso, quod vobis exhibeo,

quod accipere vos jubeo & comedere. Hinc ad rationes *Turretini* facilis est Responſio. Prima ratio, quia sc. hoc pronomen demonstrativum sit, At hæc ratio pro nobis militat, si enim est demonstrativum, quod demonstrat rem præsentem & proinde actu existentem, demonstrabit non tantum panem, sed & corpus præsens, quia ante Apostolos non tantum panem accepit & fregit, sed etiam jussit edere cum hoc appendice, quod exhibitum ipsis sit ipsius corpus. Præterea falsum supponit; quod nil præsens fuerit, quam substantia panis: Denique nil quicquam aliud ostendere potuisse, occultum enim fuit corpus Christi, symbolum itaque ostendere potuit & voluit visibile, quemadmodum in baptismo Christi Deus Pater symbolum Spiritus Sancti in corpore columbino ostendere voluit, non absentis, sed præsentis; cum aliud sit absentia, aliud occultatio.

Nec concludit *Ida*, ubi dicit: *Seriem orationis evincere, nil aliud designari posse, quam id quod Christus acceperat*, At 1. non tam ad seriem orationis est attendendum, quam ad mysterium hujus Sacramenti, quod Angelis etiam tremendum. 2. Falsum supponit, dicit enim pronomen *HIC* poni vice nominis quod præcessit, nilq; aliud &c. At falsum est verba hæc, Accipite; edite, Hoc est corpus meum esse relativa, sed potius sunt demonstrativa, tum quia Christus ad panem jam acceptum superaddidit verbum suum efficacissimum, dicendo: Hoc est corpus meum. Superadditum itaq; verbum ad id quod accepit, ostendit & porrexit. Apostolis, satis clarè docet, præter panem demonstratum fuisse per *HOC* corpus Christi significatum: Tum ex eo, quia genera mutantur, si enim ad panem simpliciter hæc verba retulisset, non diceret debuisset τὸν, sed in eodem genere connectere, *εἰς τὸ αὐτὸ*, at non ita locutus est: sed dixit τὸν: Tum quia aperte constat τὸν non ad panem simpliciter & tantum referri, quia τὸν notat complexum quoddam, prout alias etiam in propositionibus istiusmodi exhibitivis & demonstrativis. Posito. 3. Verba esse non demonstrativa sed relativa, hoc tantum obtinebit, scil. panem designari vocula *Hoc*, quod non disputatur, sed an tantum panem designet, qui Eleoſchus perpetuò recurrit, ex parte enim referretur, non ex toto.

Tertia

Tertia non concludit, nempe id *HOC* in primo symbolo accipiendum ac in secundo, nam 1. falsum supponit, nempe referri ad poculum id *Hoc* manifestè, prout illud *physicè* spectatur, At non refertur ad poculum, prout *physicè* spectatur, sed ad poculum, prout est in usu sacramentali, ut est distribuens & communicans sanguinem cum vino, in quantum illud poculum, juxta verbum Institutionis divinæ consecratur, accipitur, distribuitur, ad bibendum exhibetur & bibitur. 1. Cùm Lucas dicit, *Hoc poculum est Novum Testamentum in sanguine meo*, poculum in usu sacramentali dicit esse Novum Testamentum, dispositionem testamentariam in hoc corpore cum sanguine suo, ita enim vocula è usurpatur passim in Scripturis, ut constat ex Philologiâ Glanvii, tract. vi. Can. 6. adeoque hoc poculum distributum & haustum verè est Novum Testamentum cum sanguine Christi, non sine illo, sanè si in V. Testamento Moses dixit, *Hic est sanguis fœderis*, *Exod. 24.* non absentem significando, sed præsentem demonstrando, quanto magis in Novo Testamento poculum sacramentale non erit signum sanguinis absentis, sed *exhibitivum* sanguinis Christi, quem omnes V. T. typi adumbrarunt. 3. Etiam Autor noster intrudit verbum, quod in textu originali non legitur, dicit enim: *Hoc poculum est Novum Testamentum in sanguine meo*, legi apud Lucam, At vocula est, non ibi habetur, sed verba ita sonant: *τὸν τὸ ποτήριον ἢ καὶ τὴν ἀσθίνην ἐν τῷ αἵματι μου.*

Quarta ex Paulo deducitur, qui id *HOC* interpretatur de pane, dicens, *Panis, quem frangimus*, At 1. verba Christi & verba Pauli sunt diversimodè concepta, Christus enim dicit: *Hoc est corpus meum*. Paulus autem cum hoc de se dicere non posset, dicit, *Panis quem frangimus, est representatio corporis Christi*. 2. Non tantum diversitas est in particula *Hoc* & *panis*; sed etiam in prædicato, quia Christus dicit, *Hoc est corpus meum*, Paulus verò, *panem esse representationem corporis Christi*. 3. Ponamus explicare Paulum verba Christi, non tamen loquitur de pane simpliciter tali, sed de pane fracto, h. e. distributo; At in ipsâ distributione non tantum minister dicit, *Edite* sed etiam superaddit, *Hoc est corpus meum*, in ipsâ itaque distributione, in hoc actu

**Sacramentali panis est communicatio corporis Christi, calix cui benedicimus, quem separamus à vulgari usu, cui benedicimus benedictione preparatoriâ, est communicatio sanguinis Christi: In reliquis contra Bellarminum disputat & contra Pontificios, quæ nos non tangunt, sicut & quæ ratio est contra eosdem directa, nec non sexta, septima & octava.**

V. Dicit, *Prædicatum euntiationis esse corpus Christi, non mysticum, sed naturale & proprium. 2. Neque illud simpliciter ut tale, vel ut vivum & gloriosum in cælis, sed ut mortuum vel brevi mortuum. 3. Nullibi sub aliâ quæm nobis representari, quin aliquid addatur ad hęc significandum, ut Phil. 3. Act. 1. obliviscitur Turretinus sibi Patriarchæ Zwinglii, qui hæc verba: Hoc est corpus meum, exposuit ita, ut per corpus intellexerit corpus mysticum, ipsam Ecclesiam. Removet itaque Turretinus id, quod asseruit Zwinglius: 2. Nesciunt Calviniani, quò pedem figant, etiam illi, qui per corpus non intelligunt corpus Christi mysticum, nam Dancus, Gryneus, Molineus accipiunt de virtute corporis Christi, cum tamen si corpus pro virtute explicari debeat, corpus Christi de pane non poterit prædicari, quia nullam adjunctum in abstracto de suo Subjecto prædicatur, non dico, homo est albedo, sed est albus. 3. Quidam volunt respici ad salutem promerentem cum Zwinglio, quidam promerentis merita cum applicatione collata, cum Petro Ramo, quidam denique ipsam applicationis *energiam*, cum Molineo, quarum tamen nulla potest subsistere, nam Energiz opponimus, quod illa, quæ ratione temporis & actus amplius non sint, non possint in cœnâ cum pane & vino exhiberi, Energiz autem Christi ratione temporis & actus præterierunt, vid. Rom. 6, 9. Secunda sententia non subsistit, quia in cœnâ nobis cum pane & vino unitum datur, adeoque non id, de quo fit testificatio, sed quod testatur, 1. Johan. 5, 6. Tertia refellitur, quia si applicare beneficia Christi est illud, de quo verba cœnæ dicunt: Hoc est corpus meum, quæ etiam extra cœnam, cum in verbo & baptismo fiat illa applicatio, sequitur, corpus & sanguinem non minus sacramentaliter in his & edî ac bibi quàm in cœnâ. 2. An detur corpus Christi vivum aut mortuum in cœnâ, est id quod disputatur, dicit Auctor, non exhiberi at*

in vivum & gloriosum in caelis, sed ut mortuum, At a) Christus dedit discipulis Corpus comedendum antequam fuisset mortuum & crucifixum, nec potest dici, exhibuisse brevi mortuum, quia Apostolis pariter ut nobis exhibuit, nobis autem non ut brevi mortuum, Ergo. b) quomodo non dicendum corpus Christi vivū & gloriosum exhiberi nobis in cenā? Sanè illud corpus exhibetur ratione status, in quo nunc existit, prout jam se habet in caelis, At si de statu loquamur, corpus Christi nunc est gloriosum & vivum, Ergo corpus Christi gloriosum & vivum accipimus in cenā. c) Corpus Christi potest dupliciter considerari aut ratione meriti & satisfactionis, aut ratione status mutati. In cenā accipimus corpus Christi crucifixum & pro nobis mortuum, s; ratione satisfactionis & meriti, quia patiēdo, crucifixionem subeundo, ac moriēdo satisfecit pro nobis, & meruit quaevis beneficia spiritalia, unde ex morte Christi in nos beneficia illa dimanant. Verum, quia Status Exaltationis desuit, mors Christi in cruce fuit consummata, & Status Exaltationis successit, ideoque corpus Christi in cenā accipimus, prout est in statu suo, nempe in statu glorioso & vivo. 7. Falsum est, nullibi corpus Christi sub aliā *exteri* representari nobis quam sub respectu mortui, annon enim representatur in incarnatione ut corpus assumptum, praescindendo à statu crucifixionis & glorioso, Joh. 1. Hebr. 2, 14. Imò Hebr. 10; 5; 10. quem locum Autor allegat. 2. Allegat locum Matth. 27. Marc. 15. Joh. 19. ut multiplicet confirmationem suam, At pro uno loco habendū sunt omnes & singuli, agunt enim de corpore Christi ut è cruce deponendo; à Pilato extradendo; & sepeliendo: Et sunt *corpora* hīc in locis non notat cadaver, ut Beza reddidit ad Matth. 27. 28. Cadaver itaque accipimus in cenā. 3. Locus Rom. 7. agit de corpore Christi crucifixo, quia scilicet ad passionem & mortem tanquam causam efficientem hīc habetur respectus, atque conferri meretur hīc locus, cum 1. Pet. 2, 24. Locus Col. 1, 22. iterum agit de corpore Christi cum respectu ad passionem & mortem, ejusque effectus salutes. Locus verò Hebr. 10. commode de Incarnatione accipitur, in qua Deus utique aptavit corpus Christo ad perpetuam obedientiam. Sed hi loci planè nil pro-

**Turretino faciunt:** tùm quia non habentur in illis propositiones sacraméntales, sed sacramentales de vi & efficaciâ passionis & mortis Christi, per oblationem corporis in cruce: tùm quia hi loci alia ratione obstant *Turretino*, dicitur enim Col. 2. *In corpore Christi habitare* τὸν πᾶν χρόνον τῆς ζωῆς αὐτοῦ. Si itaq; omnis plenitudo Deitatis habitat in corpore Christi, falsum erit, quod alias Calviniani propugnant, essentiam & divinas proprietates corpori non esse communicatas: Tùm quia Rom. 7. dicitur, *Nos mortificatos esse Legi per corpus Christi mortuum & crucifixum*, Col. 1. dicitur, *reconciliatos nos esse per mortem quam Christum sustinuit in corpore*, Hebr. 10. opponitur adventus Christi in carnem sacrificiis V. Testamenti, atque dicitur; *Unicâ oblatione Christum consummasse omnes, quotquot sanctificantur*. At si per corpus Christi mortuum mortificati sumus legi, liberati ab accusatione ejus, si reconciliati Deo hactenus irato, si consummati sacrificio perfectissimo, effectus hi divini & virtutis infinitæ non possunt non reduci in corpus quoddam Deificatum, in corpus quoddam divinis Idiomatis dotatum. Subjungit rationes, 1. *quia agitur seorsim de corpore & sanguine tanquam divisim & separatis, quod non possit aliò referri, quam ad statum mortis*, ast hoc non concludit. partim quia cœnam instituit ante statum mortis, Apostolis dedit corpus & sanguinem suum, antequam pateretur extrema, partim quia agitur de corpore & sanguine Christi sub actu sacramentali; Dupliciter enim spectari potest corpus & sanguis Christi, aut *naturaliter*, & sic in statu mortis fuerunt separata, si quoque hodiè S. Cœna administratur, non *naturaliter* separantur corpus & sanguis Christi, alias sequeretur, toties, quoties celebratur cœna, Christum debere occidi, sed consideranda sunt ut *supernaturaliter & sacramentaliter* separata & divisa: scil. vi verborum Institutionis quæ efficacissima, ubi distinctè pronuntiatum fuit de pane, Hoc est corpus meum, distinctè de poculo, Hic est sanguis meus, partim quia sanguis Christi in ipso passionis actu & statu mortis non fuit separatus & divisus à corpore Christi, ita ut non participaret de Divinitate, est enim sanguis incorruptibilis præferendus omni pretio, auro & argento, 1. Pet. 1, 19, ut blasphemi audiant Calviniani, dicentes illum effu-

sum

sum computruisse. Secunda planè pro nobis militat, tum quia etiam nos spectamus duas istas partes, per duo distincta symbola repræsentatas, non ut unitas *sacramentaliter*, utut concedamus unitas esse *naturaliter*: Tum quia non per mortem divulsas spectamus, sed ut hominis gloriosi & vivi, non crucifixi & mortui: Tum quia symbola aliàs nos deciperent; quia & hoc falsum, distinctis symbolis distincta repræsentari, nam symbolum columbæ & ignis sunt distincta, & tamen unum eundemq; Spiritum nobis repræsentarunt, Matth. 2. Act. 2. Tertia nil facit ad rem, partim quia utiq; corpus Christi datum pro nobis, exhibetur in cœnâ, datum autem & morti expositum est non ratione status, sed meriti & satisfactionis: Partim quia non explicatur à Christo corpus fractum fuisse, sed secundum ipsos Calvinianos fractio refertur ad panem, & Johannes adaptat id de agno paschali, os non confringetis ei, corpori Christi crucifixo: Partim quia sanguis effusus nobis exhibetur in cœna *sacramentaliter*, non divinus *naturaliter*. Quarta non concludit, tum quia si corpus & sanguis proponuntur ut media Efficacia tam redemptionis & remissionis peccatorum, quam nutritionis spiritualis, corpus & sanguis Christi participabunt de Divinitate, quia hi Effectus sunt supernaturales & divini: Tum quia in Christum mortuum utique refunditur redemptio & remissio peccatorum scilicet ratione satisfactionis & meriti præcedentis: Tum quia Christus non potest dici factus nobis panis & cibus vitæ, Joh. 6. nisi admittamus vi vivificâ & divinâ fuisse carnem ipsius dotatam, nam Joh. 6. agitur aut de manducatione sacramentali, aut de spirituali, si prius exhibetur nobis in cœnâ caro Christi ut vivifica, ut cibus faciens ad beatitudinem æternam, manducamus enim illam, qui autem manducat, ille accipit: Si verò de spirituali, ubi manducare idem est quod credere, non possum credere in carnem Christi, nisi ut caro instructa est Divinitate, cum fundamentum nostræ fidei sit non res quædam creata, sed DEUS Increatus

VI. Dicit, Copulam Est, quæ connectit Subjectum cum predicato tropicè accipi & rectè statui tropam in copulâ: Et th. VII. modos loquendi consimiles adducit, nec non Thestiv. iii. argumenta pro sententiâ

M † sua,

*jud.* At 1. si copula EST, sustinet tropum, quemadmodum *Zwinglius* pravit à nocturno monitore edoctus, quid itaque censendum de istis propositionibus sacramentalibus, in quibus vocula EST, non invenitur? Num id, quod non est, tropum sustinere potest? At Luc. 22, 20. dicit Christus, τὸ τὸ πῶς λέγει καὶ τὸ ἄλλο, ubi nulla particula EST, occurrit, *Erasmus* observat in 1. Corinth. 11. in quibusdam græcis codicibus sine copulâ legi simpliciter, Φάγετε τὸ πῶς μου σῶμα: 2. Signum & signatum nunquam de se invicem prædicantur in casu recto, nec per copulam, quia, si tropus est in copulâ, non potest esse prædicatio disparati de disparato, sed relatio pani accedens de pane dicitur. 3. *Franciscus Gomarus Calvinianus Rec. in Disputationibus suis p. 112. th. 22. 3, 4, 5.* exhibet Socios, qui statuunt tropum in copulâ & tribus argumentis illos impugnat. β. Quantum ad modos loquendi attingit in omni linguâ usitatos, examinavit illos *B. Meisnerus in Parte prima Philosophiæ sobriæ, Dorschemus contra Cogentium, & ante illum Theologi Württembergenses in Scripto Germanico contra Theologos Heidelbergenses* prolixissimè, otiumque nobis fecerunt. γ. Rationes quas adducit Author non stringunt. Non prima de Disparato, tum quia disparatum de disparato non potest prædicari propriè, scil. in abstracto, sed tamen in concreto: Tum quia sic evertuntur propositiones personales, ubi de Naturâ Divinâ prædicantur humana, de Humanâ Divina: tum quia, ut suprâ annotatum, ipse *Keckermannus* agnoscit, si tropus sit in copulâ, non posse esse prædicationem Disparati de Disparato, sed relationem pani accedentem de pane dici, vid. l. 3. Syst. Theol. c. 8. Secunda petit principium, nempe Corpus mortuum & crucifixum hic intelligi. Tertia laborat insufficienti Enumeratione, quia tantum prædicationes prædicamentales recenset Autor, non transcendentes, non mysticas & supernaturales. Quarta confundit fundamentum propositionum sacramentalium cum fundamento unionis personalis, in personali hoc procedit, sed non in sacramentali & accidental. Præterea non corpus suum sumit & fregit, sumendo panem, dicendo enim demum, Hoc est corpus meum, panem elevavit in δόξα του corporis sui, nec sanguinem fudit antequam crucifixus esset, quia ipse explicat ampliative hæc omnia, nos



nos itidem corpus Christi frangere & sanguinem fundere, hodie non dicimur, quia semel fractum semel fusus; Sacramentaliter verò hæc posse dici citra absurditatem censemus: Ulterius panem pro nobis fractum, vinumque fusum esse in remissionem peccatorum dicendum est ex sententia Calvinianorum, quia tantum panem frangunt, & vinum fundunt in cœnâ. Denique nullam prædicationem rei signatæ de signo posse esse propriam, sed debere esse tropicam, utut largiamur, falsâ tamen hypothesis supponitur, nempe in hâc propositione sacramentali, Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus esse prædicationem rei signatæ de signo, quam nos non admittimus, sed propositionem *demonstrativam* atque *exhibitivam* propugnâmus. Cæterz Argumentorum Classēs à scopo Christi, analogia, &c. examinari possunt ac refutari ex dictis.

### QUÆSTIO XXVIII.

Quærit Autor, *an Christus præsens sit corporaliter in Eucharistia, & an oraliter manducetur à fidelibus, negatque contra Pontificios & Lutheranos.* Verum 1. circa hanc status quæstionis formationem 1. notamus illam infidiosè esse propositam, nam corporaliter præsens esse dupliciter potest intelligi, vel *ratione modi*, vel *ratione objecti*, si intelligatur *ratione modi*, nos simpliciter negamus præsentiam corporalem in cœnâ, si verò *ratione objecti*, utique cum Apologiâ Augustanæ Confessionis hunc loquendi modum non improbamus, sed usurpamus, quia non signum corporis Christi, sed ipsum corpus præsens esse statuitur, atque in hoc loquendi modo Apologia Augustanæ Confessionis præeuntem habuit ex Patribus *Cyrium*. 2. Notamus non tantum hanc phrasin nobis probari, sed si velimus Patres sequi, ad naturalem usque præsentiam posse nos progredi, *Chrysostomus enim Homilia LX. ad populum Antiochenum dicit, hos igno spiritali repleri, linguam tremendo nimis sanguine rubescere, imò ipse Augustinus, qui non manet in Christo, is neque spiritaliter manducat carnem ejus, neque sanguinem bibit, licet carnaliter & visibiliter premat dentibus Sacramentum corporis & sanguinis Christi, tract. 26. in Johannem; Sanè si ita locuti sunt Patres, quomodo*

reprehendendi erunt Theologi Augustanæ Confessionis, qui eodumq; non progressi sunt? 3. Theologi nostri hunc loquendi modum usurparunt, ut dixerint præsentiam corporis & sanguinis Christi in cœnâ esse spirituales, si itaque spirituales dixerunt *ratione modi*, non admiserunt corporalem *ratione modi*, sed tantum *ratione objecti*. Ita autem locuti sunt partim *ratione modi*, quia non more physico, carnali & terreno peragatur, sed incomprehensibili & à sensibus remotissimo, partim *ratione objecti*, quia cibus hic non ad hanc vitam pertinet, sed ad spiritualis vitæ & bonorum spiritualium collationem: Partim quia habuerunt præeuntes Patres, *Cbrystostomum Homil. 46. in Johan. 6.* qui scribit, *hec inquam omnia carnalia, quæ mysticè & spiritualiter intelligenda sunt*, adde *Augustinum in Job. 6.*

H. Inculpat non tantum Pontificios, sed & 1. *Lutherum nostrum*, qui novum præsentie modum proposuerit inclusionem & coexistentiam: 2. Dicit, quis hujus sententiæ Author fuerit, non liquido constare, Cardinali tamen Cameracensi Petro ab Alliaco maxime placuisse illum, cujus iudicium secutus sit *Lutherus*. 3. Dicit, *Articulum X. Augustanæ Confessionis variare*, & quia nimis ad Pontificiorum sententiam videbatur accedere, hinc alia verba fuisse substituta, & in Confessionis recognitione *Articulum istum his verbis exprimi*, de Cœna Domini docent, quod cum pane & vino verè exhibeantur corpus & sanguis Christi vescentibus in cœna Domini, quæ sententia recepta sit hodiè inter Lutheranos, *Zanchium & Marryrem subscripsisse confessioni isti*, si modò orthodoxè intelligatur: Potuisset ex Recentioribus addere *Johannem Crocium, Henricum Altingium*, de quo postea, Ast 1. non novum præsentiz modum proposuit *Lutherus*, sed antiquissimum, fundatum è τῷ πρῶτῳ verborum Institutionis. 2. Falsissimum est, statuisse *Lutherum* inclusionem corporis Christi in pane, & sanguinis in vino, nam si ille hanc propositionem, Hoc est corpus Christi, explicavit per verba & voces IN, CUM, SUB, &c. anne exinde colligi potest, *Lutherum* inclusionem corporis Christi statuisse? annon Deus dicitur esse in universo hoc, num verò per inclusionem in universo? absit: 3. Coexistentiam panis & corporis, vini & sanguinis *Luthero* tribuit tanquam novum quoddam modò inventam, unde etiam  
Theo.

Theologos nostros per contemptum dicunt *Synastusistas*, et aliud est *coexistentia* panis & corporis, vini & sanguinis, aliud *coexistentia localis*, prior à *Luthero* est asserta, posteriorem detestatus est. & cum ipso, qui illum sequuntur. 8. Primum Authorem hujus sententiæ dicit, non liquidò esse cognitum, allegat *Guidonem*, qui fuit contemporaneus *Gregorii VII.* & vixit *Seculo XI.* qui maximè adversatur sententiæ Calvinianæ, illam dicit blasphemiam, nefandissimum virus effusum in *Ecclesias*, *Walranum*, *Berengarium*, qui tamen sententiæ Calvinianæ fuit addictus, eamque propugnavit, injuriam autem facit *Luthero*, quod scilicet judicium secutus fuerit *Petri ab Alliaco*: nam 1. quomodo potest *Lutherus* dici, judicium sequutus esse *Petri ab Alliaco*? qui tamen oppositam tenuit sententiam, atque non nisi inclinavit in sententiam de permanentia panis contra *Transsubstantiationem*. Verba illius ita se habent in 4. sententiarum quest. 6. Ille modus est possibilis nec repugnat rationi, nec Auctoritati Biblicæ, imò est facilior ad intelligendum, & rationabilior quàm quivis alius: De *transsubstantiatione* verò dicit, Licet ita esse evidenter non sequatur ex *Scripturâ*, nec etiam videre queo ex determinatione *Ecclesiæ*, tamen magis favet ei & communi opinioni *Sanctorum ac Doctorum*, ideo illam teneo. Anne ergò *Lutherus* secutus est judicium ejus, qui tenet *transsubstantiationem*, contra quam totis viribus certavit? 2. Neque *Berengarius*, neque *Walramus*, neque *Guidonem* neque *Petrus ab Alliaco* fuere primi Inventores, modi illius, quem *Lutherus* tenuit, quod potest constare ex *Apostatâ Christophoro Pelargo*, qui cum ad Calvinianismum transfisset, in *Compendio Theologiæ* mutato quaerit, cur *Particulis* in, cum, sub, quidam usi sint? quas etiam nunc bodiè usurpamus? Respondet, ut his *particulis* veram testemur presentiam corporis & sanguinis, dein ut illis removerent omnem *Papisticæ transsubstantiationis opinionem*, 3. Ut sequamur *Veterum Locutiones*, cujusmodi non raro occurrunt, in quibus hæc etiam usurpata particule, *Augustinus* ad *Neophytos* hoc accipite in pane, quod pependit in cruce, & hoc accipite in calice, quod est effusum ex latere, tract. 26. in *Johannem*, *Christum* corpus & sanguinem in his rebus commendavit, quæ ad unum quoddam rediguntur. ex multis, *Cyprianus* lib. 2. *Epistola* 3. non potest videri san-

sanguis eius, qui redempti & vivificati sumus esse in calice, quando  
 vinum desit calici, quo Christi sanguis ostenditur. adde Chrysostomum  
 Homiliâ 24. in 1. ad Cor. Ambrosium de mysteriis cap. 4. Berubir-  
 dum de Cœnâ Domini, at si Veteres, Augustinus, Cyprianus, Chry-  
 sostomus, Ambrosius, usi sunt explicatione illâ, modumque prę-  
 sentiz indicarunt per particulam IN: Quomodo dici potest Lu-  
 therum hunc loquendi modum accepisse à *Petro Alliaceo*, ejusq;  
 judicium secutum fuisse, qui demum vixit tempore Concilii  
 Constantiensis? annon totis Seculis distant hi Patres & *Petrus*  
*ab Alliaco*? 3. *Lutherus* planè non ab *Alliaco* hunc modum hausit,  
 ipse enim profitetur in libro de Captivitate Babylonica pag. 277.  
 aliud esse occasionem, & aliud esse causam, occasionem dedisse cogitan-  
 di. *Cardinalem Cameracensem Petrum ab Alliaco*, sed causam fuisse  
 verba Scripturę revelationem in istis expressam: Tandem enim, in-  
 quit, stabilivi conscientiam & sententiam, tandem vidi Thomistarum  
 opiniones manere opiniones, nec fieri Fidei Articulos, etiamsi *Angelus*  
*de cœlo aliud statueret*, nam quod sine Scripturâ asseritur, aut sine  
 revelatione probata opinari licet, & credi non est necessarium. At si  
 stabilivit conscientiam suam, cum hæc stabiliri nequeat in my-  
 sterio, nisi fundamento Scripturę supposito, si Thomistarum  
 opiniones reliquit in Circo opinionum; nec Fidei articulos esse  
 existimavit, articulum de Pręsentia Corporis Christi in Cœna  
 oppositum istis opinionibus fundavit in verbo, nullus enim  
 Articulus Fidei amplectendus, nisi qui in verbo propositus: Si  
 denique aliud *Angelus de cœlo statueret*, non tamen assen-  
 tiri volebat *Lutherus*, quia omne sine Scripturâ assertum credi-  
 tu non sit necessarium, fidem suam resolvit non in Sententio-  
 narium *Petrum ab Alliaco*, sed in verbum revelatum ad exem-  
 plum Pauli, Gal. 1. non itaque *Lutherus* hunc modum ab ullo  
 horum accepit, sed ex Scripturis hausit, quę antiquior omni-  
 bus hisce est Authoribus. 7. Respondetur 1. hæc verba, quę  
 Primum recensentur esse genuina, & quanquam variatio quę-  
 dam deprehendatur in Exemplaribus Germanico- & Latinis,  
 dum scil. Germanicum habet, unter der Gestalt Brots und Weins/  
 Latinum verò verba hæc planè omittit, hæc tamen variatio nil  
 detrahit sensui Augustanz Confessionis, ab orthodoxis quoque  
 non

non fuit reprehensa & citra præjudicium veritatis admitti potest. 2. Falsò inculsat *Melanchtonem*, quod dedita operâ ad minuendam Cæsaris & Pontificiorum offensam, ut obtinere facilius possint tolerantiam, quam petebant, phrasi aliâ usus fuerit, tum quia *Philippus Melanchton* non proprio & studio & ingenio confusus articulos Augustanz Confessionis concinnavit, adfuerit enim illi quoque alii Theologi, nec sine revisione *B. Lutheri* illos Cæsari exhibuit, tum quia falsum est, ad minuendam Cæsaris iram *Melanchtonem* ita stilum attemperasse, cùm ipsi Pontificii agnoverint, discrepare Lutheranos in hoc articulo à Pontificiis non tantùm quoad *Transsubstantiationem*, sed etiam quoad *presentiam Christi* sub quâlibet specie integri, quod ipsum patet, quia scilicet *Eccius* hoc ipsum reprehendit atque scripsit, *Articulus X. nostram habet sententiam quoad veram presentiam corporis & sanguinis Christi, Ergò tantùm Lutherani tum temporis conspiciunt cum Pontificiis in asserta presentia corporis Christi, hinc dicunt similiter, ut Principes Christum, ita sub speciebus panis & vini corpus accipi, ut non transsubstantietur panis, ut Christus sub unâ quoque intelligatur: tum quia usi quidem sunt nostri vocuâ specie, sed non in favorem Pontificiorum, verum partim ad excludendas alias species ab Evcharistiâ præter panis & vini; Partim quia species pro ipsâ substantiâ usurpatur phrasi Scripturæ, Luc. 3, 28. dicitur, Spiritum Sanctum corporali specie descendisse super Christum: Partim quia ipsi Calviniani hunc loquendi modum usurparunt, Collocutores *Mirpurgenses, Bucerus, Theologi Galli in Conventu Wormatiensî, & demique Bullingerus*, qui scribit super Esa. 6. Pertinet hæc negotium Cæne Domnice, in qua sub visibilibus speciebus carnem & sanguinem spiritualiter per fidem ad salutem cum gratiarum actione percipimus. 3. Illa verba quæ ultimò recenset *Turretinus* in variata Augustana Confessione substituta sunt genuinis, idque tum ex eo, quia hoc factum tempore jam inclinantis *Melanchtonis* ad partes Calvinianas, tum quia propterea reprehensus fuit non tantùm à *Luthero*, quod ausu privato hoc ipsum susceperit ex Principis cujusdam monitu & propter fœdera nova sancienda, atque auxilia Evangelicorum firmanda: tum quia coactus est anno 1641. publicè restituere verba*

ba Prototypi, ut proinde pateat, hanc variationem planè diversam esse à priori, quemadmodum etiam Calviniani subscribere, scil. subintelligentes corpus & sanguinem Christi verè adesse & distribui vescentibus, nempe oculo fidei præsentia spirituali hinc *Henricus Altingius* dicit in *Augustanam Confess.* *Corpus & sanguinem Christi verè adesse in cœnâ bifariam intelligi potest, vel spiritualiter, vel corporaliter, Lutherus* rotundè & perspicuè citra ambiguitatem sententiam suam denuntiat atque declarat in *Articulis Augustanis* Articulo X.

III. Præcognita præmittit Author, & dicit, 1. *Cum præsentia vox sit relativa, duplicem præsentiam distingui debere, pro duplici naturâ rerum vel spiritualium, vel corporalium. In spiritualibus res dici præsentos, cum intellectui ita offeruntur, ut facultate suâ illas apprehendere, iisque frui possit. 2. Præsentiam nonconfundendam esse cum propinquitate. 3. Præsentiam corporis Christi attendi posse vel respectu fidelium, quo sensu præsens dicitur Christus esse, vel respectu Sacramenti, quo sensu præsens sit in signis. 4. Præsentiam realem posse bifariam intelligi, vel per indistantiam, vel per efficaciam. 5. Præsentiam triplicem hic accuratè distinguendam esse. 6. Manducationem corporis aliam esse oralem, aliam spiritualem.* Ast 1. notandum in genere, malè præsentiam sumi, terminoque abuti Authorem nostrum, & species præsentia quas allegat pro cœnâ, esse confictas, nam præsentia vera & realis utique dicit propinquitatem, utique dicit indistantiam, partim quia præsentia si consideratur secundum Philosophiam in conceptu suo abstractissimo, dicit *Existentiam Entis ad Ens*. At verò si hoc, duo dicit *Entia*, ita scil. ut unum existat cum altero, adeoque propinqua sint, quæ sibi invicem præsentia: Partim quia ipsi Sacramenta nobis præsentiam realem ita sistunt, ut dicunt coexistentiam, Paulus *Heb. 10.* 1. dicit, *Lex habebat umbram futurarum bonorum*, asserit itaque, legem non habuisse futura bona, quia scil. nondum erant bona præsentia: c. 11. dicit: *Patres* promissionem sive rem promissam, non sernen vidisse, ut reddidit *Lutherus*, v. 13. vult itaque *Patres Vet. Testamenti* rem promissam sive Christum non accepisse, idè, quia non præsens erat corpore, non propinquus, utut fide acceperint; dicit è longè vidisse, quia scilicet adhucdum erat

re-

remotus, non erat indistans, partim quia id, quod nobis absens est, nos non tangit, non dicitur esse præsens, sed realiter absens, quemadmodum id quod est in Africâ & Americâ, utut meæ menti obversetur, nunquam tamen præsens esse dicitur, & si Paulus dicit 1. Cor. 5, 3. *Se corpore absentem, Spiritu verò præsentem esse*, improprie de præsentia loquitur, eâ figuratè utitur, non pro præsentia propriè dicta, sed pro curâ, pro consensu, pro illo modo, qui scil. præsentiæ Spiritus congruit. 2. In spiritualibus res dicuntur præsentes, cum intellectui offeruntur, verum non præsentia reali, sed *notionali*, & *ideali*, præterea præsentia intimè includit propinquitatem, nec Sol nobis præsens est, etsi longè distans, sed lumen Solis, etsi noctu absens Sol dicitur, absens dicitur suo lumine, suis radiis: Insuper de præsentia corporis Christi non disputatur respectu fidelium, sed respectu Sacramenti & unionis, quanquam nec apud Calvinianos præsentia corporis Christi rectè attendatur quoad fideles, cum fidei tribuant motum in cælum, & plus quàm corpori Christi glorioso, quò præsens à nobis in cœnâ esse dicitur, sanè fides fidei rem non præsentem facit, sed fides apprehendit rem ut est, si itaque apprehendit corpus Christi ut absens, absens quoque erit fidelibus, ut non dicam, hâc ratione stante, indignos nihil accipere præter signum corporis Christi in cœnâ: Denique præsentia realis non potest non esse per indistantiam ut demonstravimus; Præsentia autem per efficaciam aut virtutem non est præsentia propriè dicta, nec refertur ad materiam, sed ad Effectum, de quo non disputamus. In quinta differentia malè opponit præsentiam symbolicam præsentiæ corporali & indistanti, ut enim symbola sunt præsentia, atque de illis symbolis verba Christi pronuntiantur, ita quoque indistans est corpus atque sanguis: Tandem sexta prænotatio malè additur, partim quia oralem manducationem quam nos defendimus, dicit esse corpoream. At nunquam Theologi nostri manducationem corporis Christi oralem dixerunt *ratione modi*, ut dici queat corporea, sed *ratione organi*, ut ipse Author agnoscere tenetur, explicans postea, quod oralis manducatio illa sit, quæ fit ore corporis &c.

IV. Quæstionem format, *an scil. corpus Christi ita sit præsens in Eucharistia, ut non tantum symbolicè sit in signis, & verè ac realiter, sed spiritualiter cordibus fidelium uniatur, sed etiam corporaliter & indistanter adsit in Sacramento, ut ore corporis accipi ac manducari possit ac debeat, quod affirmant Lutherani, Calviniani negent.* Ast 1. si corpus Christi in cœnâ præsens est symbolicè, symbola tantum erunt præsentia, non corpus Christi, quod in cœlo, juxta Calvinianos 2. symbolicè in signis præsens esse, non est *verè ac realiter* præsens esse, hedera suspensa est signum vini vendibilis, neque tamen vinum dici potest *verè ac realiter* esse in hedera, quia tantum signat vinum, non exhibet; 3. Spiritualiter si corpus Christi solum adest, ut cordibus fidelium uniatur & communicetur, fidei tribuitur illa Efficacia, quod præsens sistat corpus Christi, atque uniat cum fidelibus, adeoque evolet in cœlum, ibique in corpore Christi delitietur, sicque symbola tantum panis & vini in Eucharistiâ Calvinianâ occurrunt, quia corpus Christi tantum unitur cum fidelibus, & quidem extra Sacramentum existens, quia illa symbola exhibentur tantum indignis, qui fide usq; in cœlum non subfiliunt, quapropter nostri dicunt corporaliter, dextrè scil. explicato, & indistanter adesse corpus & sanguinem Christi in Sacramento, ut ore corporis recipi ac manducari possit ac debeat.

V. Rationes promit & dicit 1. *buc pertinent ille omnes, quæ antea contra sensum proprium & transsubstantiationem allata sunt, addit ex verbis Institutionis, quod corpus in cœna nobis proponatur & representetur ut mortuum: 2. Quia Christus jubeat hoc facere in sui memoriam, banc verò esse tantum rerum absentium & præteritarum: 3. Quia Christus dicat, se non bibiturum amplius ex hoc fructu vitis. unde pateat edisse & bibisse ex pane &c.* Ast 1. quomodo possunt rationes contra *Transsubstantiationem* allata impugnare præsentiam realem corporis & sanguinis Dominici in cœnâ, cum inter alias rationes ab ipso Authore *thes. 20. quæst. preced.* dicatur, *figmentum Transsubstantiationis destruere essentiam Sacramenti, quæ elementi externi præsentiam, non annihilationem postulet, num verò nos statuendo præsentiam realem, annihilationem symbolorum externorum per consequens statuimus? num, ut habet*  
th. xxi.



th. XXI. conversionem statuimus, & eo ipso destruimus naturam veræ conversionis? Nam dicimus aquam transfusari in baptismo, ut concludit th. XXII. 2. Nobis tribuit coexistentiam cum cæteris Calvinianis, coexistentia autem corporis Christi & panis non destruitur per rationes, quæ transubstantiationem tollunt. 3. Denique ut digitos suos novit, abominari nostros transubstantiationem, pugnare cum ipsis contra Pontificios, quomodo itaque rationes destruentes transubstantiationem possunt destruere sententiam Lutheranorum, qui pariter ex iisdem rationibus contra transubstantiationem pugnant. Ad argumentum verò quod triplici medio termino constat, Respondemus primam partem non concludere, tum quia Author supponit, Christi corpus in cœnâ nobis proponi & per signa sacramentalia repræsentari ut mortuum, adeoque præsentiam repræsentativam tantum admittit, præsentia autem repræsentativa est tantum signi, non rei signatæ actu existentis: tum quia falsum est repræsentari corpus Christi, ut mortuum, sanguinem ejus ut effusum, si de statu corporis Christi & sanguinis ejus sit sermo: tum quia exhibetur corpus Christi, exhibetur sanguis Christi in divisione, verum non naturali, sed sacramentali. Secunda Pars non concludit, partim quia propositio Major est falsa, quod memoria tantum sit absentium, refutatur enim exemplis Scripturæ, arca fœderis erat memoriale ipsius Dei, non absentis, sed præsentissimi, jubet Moses in recensione Decalogi meminisse septimi diei præsentissimi, Exod. 20. dicit Ecclesiastes c. 12. *Memento Creatoris tui*, sanè non absentis, sed præsentissimi, partim quia Minor non dextrè explicatur, aliud enim est *substantia* Sacramenti Evcharistiæ, aliud *fructus* passionis & beneficia spiritualia, quæ in nos redundant, *advocatus* sive commemoratio fit in cœnâ non ratione substantiæ, non corporis vel sanguinis, sed passionis & fructus illius: Partim quia malè dicitur meminisse Dei juberi, & si jubeatur, supponi ejus absentiam in mente nostra, anne itaque absens fuit Christus, cum Paulus scripsit ad Timotheum: *Memento Christi, qui ex mortuis resurrexit secundum Evangelium meum*, 2. *Timoth. 2, 8*. Unde ipse Author nobis accedere cogitur, dicens: *Commemorationem illam*

*extendendam esse ad ejus passionem & mortem, quam annuntiare jubeamur. Tertia Pars hujus rationis est desumpta ex eo, quod Christus panem & vinum eucharisticum ipse comederit ac biberit. Verum hæc sententia 1. Autoritate Patrum tantum nititur, Hieronymi in Epistola ad Hedibiam CL. Chrysostomi, nec non B. nostri Lutheri, qui in illam inclinavit Jenens. Tomo VI. in German. 2. Miras excitavit controversias inter Pontificios, quibus placuit hæc sententia ad stabiliendum sacrificium missaticum, nam Ludolphus Carthusiensis existimavit, Christum tantum sacramentaliter participasse de cœna, Thomæ autem de Aquino vult etiam spiritualiter edisse corpus suum, & bibisse sanguinem suum. 3. Piscator, Pareus, Vorstius & noster Turretinus abutuntur hæc sententiâ ad *arsionem* corporis & sanguinis Christi in cœnâ demonstrandâ, verum nil contra veritatem, partim quia cum Christus dicit, se non bibiturum amplius ab hoc tempore ex fructu vitis hujus, id posset referri ad poculum paschale, quod ultimum & valedictorium fuit, præcedens Institutionem Cœnæ, unde potius evidenter colligeretur, non bibisse ex *Poculo sacramentali*, quia Paschale fuit antecedens, & hoc probari potest ex Luc. 22. v. 15, 16, 17, 18. ubi præmittit hæc verba, quando Christus dicit, se non bibiturum amplius &c. Institutioni Cœnæ Dominicæ: Partim quia si concedamus Lucam locutum fuisse per anticipationem, Matthæum & Marcum per recapitulationem, nil tamen contra nos, ut constabit ex sequentibus: quanquam si rem velimus accuratè expendere, neque anticipatio, neque recapitulatio admittenda, sed dicendum, verba hæc bis à Christo esse prolata, semel ante cœnæ institutionem apud Lucam, & semel post illam apud Matthæum & Marcum: Partim quia τὸν, quando Christus dixit, se non ἐκ τῆς, ex hoc bibiturum amplius refertur ad totum illud vini genus, de quo in cœnâ biberat, dum scil. cœnam communem & paschalem celebrabat, adeoque ad omne Genimen vitis, quâ phrasi utitur, sed hoc poculum esse valedictorium, ut ipsa cœna cum Discipulis valedictoria, significare enim volebat, non ulterius instare aliquid bibendum ex poculo, ex illo autem calice, quem deprecaturus erat in horto, instare passionem & mortem suam, ideoque se obfignare con-  
ver-*

versationem suam hoc poculo valedictorio: Sicut autem ex verbis Institutionis non potest probari, Christum de Pane Eucharistico comedisse, aut de poculo bibisse, cum non dixerit de Pane Eucharistico, Ego accipio & edo hoc, quod est corpus meum, Ego præbibo vobis poculum Novi Testamenti in sanguine meo, sed conversus ad Apostolos præsentem dixerit: Hoc est corpus meum, accipite, bibite, Hic est sanguis meus, ita etiam si supponamus Christum edisse de pane, quem distribuit Apostolis, de vino, quod ipsis exhibuit, bibisse, tamen non potest demonstrari Christum comedisse de pane Eucharistico *sacramentaliter*, aut de vino bibisse *sacramentaliter*, sed tantum prælibasse ad modum inter Judæos usitatum, de quo ipse *Buxtorfius* scribit: *Ritum hunc Judæis fuisse communem & familiarem, cujus frequentissima passim fit mentio, quia panes illorum ita comparati erant, ut κλασι apti ad frangendum fuerint: atque de poculo, quod scil. præberit, quæ verba etiam alii annotarunt.*

In thesi VI, & VII. Secundum promit argumentum, & quia ad loca, quæ allegat, non tantum à Theologis nostris sufficienter, sed & abundanter est responsum, ideoque solum Exceptiones ejus videbimus, dicit, *Frustrà distingui præsentiam corpoream visibilem & conversationem humanam Christi ab invisibili ejus præsentia, quasi illa tantum excludatur, non verò ista.*  
 2. *Non rectius distingui inter præsentiam finitam, creatam & definitivam, & inter præsentiam divinam, illocalem, increatam, & indefinitam, priori subjungit tres rationes, posteriori nos niti falsâ hypothese, quia semper supponatur πῶρον ψιδω, dari duplex præsentiaæ genus respectu corporis Christi, quod tanquam impossibile, & nature corporis contrarium admitti nequeat. Ast 1. rectè distingui à nostris præsentiam corpoream visibilem, & conversationem humanam Christi ab invisibili ejus præsentia, quasi illa tantum excludatur non verò ista, patet tum ex saniori Philosophia, datur enim actus essentiaæ & existentiaæ, in quovis Ente actu existente, unde competunt ei quædam secundum essentiam, quædam secundum existentiam; Sic v. gr. Angelus in corpore assumpto præsens est visibiliter, in quantum existit in corpore assumpto, & simul præsens est invisibiliter, in quantum in sua*

naturâ consideratur, pariter philosophandum est de homine, sive anima & corpore conjunctis: tum ex Theologiâ, quæ duplicem actum adscribit Christo, ita ut propositiones contradictoriæ de ipso possint verificari, nempe humanitas Christi non subsistit, & humanitas Christi subsistit, illud in se, hoc in λόγῳ: tum ex confessione Adversariorum, Zanchius enim l. 2. de Incarnatione c. 3. quest. 2. th. 2. apertè scribit, *Humanitatem Christi ignorare res futuras nempe per essentiam & naturam sum, nihilominus tamen eandem humanitatem actu futura novisse & prædixisse*, nempe propter unionem inseparabilem. Non itaque gratis supponitur dari talem præsentiam: β. Non repugnat verbis Christi, quæ loquuntur de discessu, nam eâ ratione discessit ex mundo, quâ ratione venit in mundum, venit autem in mundum non per præsuppositionem antecedaneam ἀπὸ πρῶτου, Ergò eâ ratione reliquit mundum & discessit, Joh. 16, 18. Nec γ. debuit Christus solandis animis hâc distinctione *formaliter* uti, tum quia hoc ipsum satis indicavit Matth. 28, 20. tum quia necessarium non est præscribere Christo, quid facere debuerit, sed cum dicta loquantur partim de discessu, partim de præsentia perpetuâ, ideoque in illis acquiescere, distinctione visibilis & invisibilis suppositâ, possumus: tum quia non rectè dicitur ab Authore, Christum substituisse Spiritum Sanctum tanquam Vicarium, Vicarius enim est absentis Vicarius, Vicarius est qui vices supplet alicujus, & annon ejusdem sunt essentia, virtutis & potestatis Christus & Spiritus Sanctus? Si itaque Spiritus Sanctus est præsens in æternum, utique etiam Christus præsens erit in æternum, & annon Christus dicitur quoddam constans ex divinâ & humanâ Naturâ, num itaque Spiritus Sanctus est Vicarius Christi etiam secundum Naturam divinam? quâpropter non πρῶτον ψ. ὁδ. ὁ nostrum est, dari duplex præsentia genus, cum hoc ipsum jam à nobis sit demonstratum.

VIII. Sequitur Tertia ratio, nempe *evertere Naturam veri corporis præsentiam realem Christi corporis in cœnâ*. 2. *Neque exaltationem abstulisse naturam corporis, et si dederit immortalitatem & gloriam*. 3. *Exempla nostrorum nil facere ad rem*, Ast 1. nunquam negavimus corpus Christi fuisse visibile & palpabile, a-  
liud

liud autem est actu videri & palpari, 2. Partes habere extra partes dupliciter intelligitur, aut *quantitative*, & ita negamus, aut *constitutive*, & ita admittimus. 3. Penetrare & penetrari corpus quidem physicum non potest, & in Naturâ suâ consideratum, corpus tamen Deificatum, in quo *habitat omnis plenitudo Deitatis*, Col. 2, 9. 2. Exaltatio Christi non tantum immortalitatem & gloriam dedit corpori Christi, sed etiam, absterfis omnibus imperfectionibus, quæ ipsi in statu Exinanitionis adhærebant, manifestationem omnipotentia, omnipresentia & omniscientia, ita, ut Christus per Exaltationem dicatur ascendisse supra omnes cœlos, ut omnia impleret, Eph. 4, 10. b) Naturam utique non abstulit, sed eandem in statum eminentiorem evexit. 3. Etiam in statu Exinanitionis obtinuit omnia idiomata vi Unionis personalis. γ. Quod exempla concernit, dicit α. *Christum potuisse ingredi ad Discipulos eo tempore, quo januas oclusas habebant, sed non διὰ θυρών, per januas clausas, statum itaque notari non modum introitus, potuisse enim januas cedere Creatori.* Verum r. utitur Exceptione, quâ usus fuit *Olevianus D. Med. & Comes Itineris Legati Regis Magnæ Britannia ad Electorem Saxonicum*, cum enim *Matthias Hoe* concionem habuisset *Dominica I. post Pascha*, post illam Legatus in arce Dresdeni & *Olevianus* collocuti sunt cum *Hoe*, atque *Olevianus* reposuit Concionatori Aulico, non legi in textu particulam *θυρών*, ad quod respondit *Hoe*, non opus fuisse, cum ex phrasi *θυρών κεκλισμένων* & contextu sufficienter probari possit Christum januis clausis intrasse, quod Colloquium dein *Paulus Tossanus Calvinianus* vulgavit, mendaciis resperfit, ad quod, ut anno hujus Seculi XIII. habitum, *Hoes* respondit *peculiari tractatu* edito anno XV. 2. Januis clausis Christum intrasse, ex contextu patet, tum quia præcessit notatio temporis, cum Johannes dixit, vespere facto, & proinde non voluit verbis sequentibus *θυρών κεκλισμένων* denuo repetere, quod præmiserat, tum ex eo, quia Johannes non loquitur, ita, vespere facto, in concludendo fores, sed foribus jam conclusis: tum quia dicitur foribus conclusis in medio se stitisse Apostolorum, non quod pederent in loco in locum motus fuerit, sed derepente, ita quidem ut Apostoli etiam putarint spectrum

strum apparere, adeoque non tempus, sed miraculosus introitus indicatur, à quâ Interpretatione nec alienus est *Calvinus*: c) Maximè variant hoc in puncto Calviniani, nec habent, quò pedem figant, Author dicit; *Licet janua essent clausa, potuisse illas cedere*, at non est quæstio, fieri quid potuerit, sed quid factum sit, *Edmundus Albertinus Theologus Parisiensis Calvinianus* putat corpus Christi fuisse attenuatum, *Petrus Martyr* per fenestram irrepsisse Christum. Secundum Exemplum de Saxo sepulchrali pariter non conducit *Turretino*, tum quia dicit, *potuisse ultrò creaturam cedere Creatori*, at hoc non disputatur, tum quia si ad feriem relationis historicæ attendamus, *Matthæus* præmittit factum fuisse terræ motum magnum, quo tempore Christus resurrexit, quemadmodum terræ motus magnus factus est, cum moreretur, deinde Angelum descendisse è cælo & lapidem semovisse, *Matth. 28.* tum quia Christus demonstratus est potenter Filius Dei per resurrectionem, Ergò resurrectio ipsius fuit opus quoddam miraculosum, quo penetravit lapidem, & ex illo demonstratus est potentia infinitæ. Tertium Exemplum itidem non stringit, Christus dicitur ἀφαντός, ubi rectè quidem castigat *Vulgatum Interpretem*, quod vertit, evanuit, quia quod evanescit, corrumpitur vel annihilatur, malè verò dicit, ἀφαντός factum esse oculos Apostolorum cohibendo, vel celerrimè se illis subducendo, partim quia ἀφαντός fieri, non est subduci aut cohibere oculos præsentium, sed est inconspicuum fieri illum, qui antea visus erat, cum derivetur à particulâ α & φάνομι, non ulterius apparentem fuisse: Partim quia non opus erat cohibitione oculorum, cum ipse *Beza* reddat se subduxisse, si itaq; hoc, non præsens mansit, ut opus fuerit cohibitione: Partim quia eâ ratione factus est ἀφαντός, quâ in statu Exinanitionis ἀφαντός factus est *Judæis*, *Joh. 8, 59.* Tandem *Locus Hebr. 4, 14.* pro nobis militat, tum quia *Paulus* comparisonem instituit inter *Aaronem* & inter *Christum*, sicut in cap. 3. inter *Mosen* & inter *Christum*, prout igitur *Aaron* Pontifex V. Testamenti intravit in Sancta Sanctorum, ita *Christus* penetravit cælos, adeoque ipsis cælis factus est superior, tum quia describitur ille Pontifex ut Filius DEI, penes quem non est impossibile omne

ver-

verbum: Luc. 1. tùm quia non tàm ex voce *λελυθη* conclu-  
dimus, quàm ex integrâ phrasi, ut frustra sit *Turretinus*, allegans  
Locum Act. 17. & à particulari ab Apostolis infirmis & via-  
toribus concludens ad hunc locum.

IX. Author urget Quartam Rationem, & dicit, quia *si ali-  
quis ejus usus esset, inservire deberet procul dubio ad oralem mandu-  
cationem, sed nullam dari posse, verum tantùm spiritualem, quod pro-  
bat per rationes.* At 1. Præsentix realis usus utique est inservi-  
re ad oralem manducationem, si enim realiter præsens est cor-  
pus & sanguis Christi illâ realitate, quam defendunt Lutherani,  
utique inservit illa præsentia ad oralem manducationem, idque  
vi verborum divinæ dispositionis, quâ Christus dixit: Accipite,  
edite, bibite; vi obsequii Apostolici, quia ut biberunt omnes ex  
calice, ita comederunt de pane eucharistico; vi denique verbo-  
rum Christi, cùm dixit, Hoc est corpus meum, Hic est sanguis  
meus, non tantùm intimando præsentiam, sed etiam oralem  
manducationem, proposuit enim corpus & sanguinem suum  
in ratione cibi & potus. 2. Rationes non concludunt, non 1.  
*Quod scil. cibus non sit corporeus, sed spiritualis.* At spiritualis cibus  
dicitur, non in sensu Calviniano, sed in Lutherano, qui spiritua-  
lem agnoscunt in oppositione ad cibos communes, in causali-  
tate & effectus spiritualis relatione, in modo communicandi,  
qui est spiritualis & hyperphysicus. Non 2. *quia animi debeat  
esse nutrimentum non corporis.* Tùm quia etiam corporis nostri est  
nutrimentum, ex quo colligimus resurrectionem corporis,  
Rom. 8. Tùm quia sicut se habet baptismus ad hominem, ita  
cœna ad Christianum, baptismus autem ita se habet, ut regene-  
ret totum hominem, ut sit beneficium corpori & animæ præ-  
fitum, ut sit medium salutis totius suppositi, Ergò etiam cœna  
hoc modo sese habebit, ut non tantùm sit nutrimentum ani-  
mi, sed & corporis: Tùm quia stante hâc ratione cœna esset tan-  
tùm cibus animæ, cujus sententiæ quondam fuit ex nostris  
*Hermannus*, refutatus propterea à nostris Theologis, ut non di-  
cam distingui posse inter id, quod primò, & id, quod consequen-  
ter aliquid dicitur, supposito, quod primò dicatur cibus ani-  
mæ, consequenter tamen erit etiam cibus corporis. Tertia-

O †

non

non est firma, quis vita quæ est sustentanda. fit spiritualis & cœlestis, nam hîc confunditur medium cum fine & effectu, utique vita quæ sustentatur, non est animalis, sed spiritualis. Sustentari autem potest medio etiam terreno, pane sc. conjuncto cum corpore Christi: Quarta nil facit, quia instrumentum manducationis fit os fidei, cum falsissimum sit, instrumentum manducationis non esse os corporis sed os fidei, quid enim de indignis pronuntiabunt Calviniani, qui os fidei ad cœnam non afferunt? nec Locus Matth. 15. probat intentum; Tùm quia, si premanatur verba ad sanguinem, falsum erit, quod omne, quod os intrat, in ventrem cedat, nam hac ratione corpus non nutrireretur, neque ad comestionem ut sic p. out vult *Vorslim Calvinianu*, requireretur conversio alimenti in substantiam Nutriti: Tùm quia Doctores hîc synecdochen agnoscunt, nempe omne quod os intrat. h. e. de omni, quod os intrat: Tùm quia Christo sermo est de cibo *ratione naturalis constitutionis* ad Regnum Potentia pertinentis, superstitiosæ opinionis Phariszorum subiecto, non verò de cibo *ratione divinæ ordinationis* ad Regnum Gratia pertinente, & extra quæstionem vel opinionem superstitiosam Phariszorum posito: Quinta nil facit, ubi rursus confundit medium cum Effectu, sed ut in summam conjiciamus omnes has rationes, demonstrare in proclivi erit, verbum divinum quoque in ratione medii ad salutem posse tolli, nam & verbum est spiritualis cibus, animæ nutrimentum, sustentaculum vitæ spiritualis, objectum oris fidei, effectus habet spirituales, At sicut verbum & ferit aures à quibus excipitur, & tangit cor, ita quoque panis evcharisticus & ore accipitur, & fide in corde obfirmatur.

X. Rectè progreditur atque probat manducationem spiritualem, quam & nos defendimus. 2. Rectè dicit, *Spiritualem manducationem militare cœn. ra oralem & Capernaiticam*, scil. illam, quæ Capernaitæ ex sensu carnis & cœcæ rationis statuebant lantenam corporis Christi. 3. Oralem & Capernaiticam confundit, oralem statuimus *ratione instrumenti*, Capernaiticam detestamur, & quidem etiam ex eo capite, quod Capernaitæ existimârunt, corpus Christi non esse ditatum divinis axiomatibus ideoque crudè esse lacerandum ac comedendum.

XIV.



XIV. Desumit Quintam Rationem ab exemplo Fidelium V. Testamenti, & dicit: *Manducationem & communionem eandem esse debere fidelium V. & N. T. vi Communionis Sanctorum, nullam verò manducationem spiritualem fuisse sub V. Testamento. 2. Non posse dici eandem quidem fuisse Communionem, quoad objecta, sed non quoad Communionis medium & modum. 3. Non, si distincta Sacramenta fuerint quoad signa, sequi, distinctos esse debuisse communicandi modos quoad rem significatam.* At 1. si manducatio & communio fidelium V. & N. T. æqualis fuit, non opus erat institutione Cœnz Dominicæ, nam Agnus Paschalis longè illustrius representat per mactationem & affationem corpus Christi crucifixum, per asperionem sanguinis super postes, sanguinem fusum in remissionem peccatorum, quàm panis & vinum, quibus symbolis Christus usus est in institutione Cœnz Dominicæ. 2. Rectissime respondetur, *eandem quidem Communionem fuisse in utroque Testamento quoad objecta, sed non quoad Communionis medium & modum.* Ut enim Circumcisioni successit baptismus, diversissimum medium à circumcissione in N. Testamento, ita quoque agno paschali successit Evcharistia medium planè diversum ab agno paschali, ideoque modus Communionis, quantum ad ipsam rem, utrobique idem est, vi locorum allegatorum idem medium recipiens, sed non offerens, vi Rom. 4. & Hebr. 11. 3. Ut supposuit manducationem oralem sub V. Testamento non habuisse Locum, cùm tamen manna ore fuerit comestum, ita supponit, utrobique eandem fuisse rem significatam, quod oppidò falsum; Tùm quia Christus non est res significata in Evcharistia, sed corpus & sanguis distinctè vi Institutionis divinæ: Tùm quia idem modus participandi fuit *respectu medii recipientis non respectu mediorum oblationis*: Tùm quia res futuræ Hebr. 10. opponuntur umbris, quæ relegantur ad Vetus Testamentum.

XV. Adducit Sextam Rationem, ex Inutilitate Manducationis oralis, dicitque: *Solam manducationem spiritualem sufficere ad salutem, imò solam esse salutarem, oralem cadere in impios, qui salute excludantur, esse exitialem & lethiferam, quia qui manducat indignè, iudicium sibi edat ac bibat, At si sola manducatio spiritualis ad salutem sufficit, estque salutaris, per exclusionem diver-*  
O 2
sitatis

naturâ consideratur, pariter philosophandum est de homine, five anima & corpore conjunctis: tum ex Theologiâ, quæ duplicem actum adscribit Christo, ita ut propositiones contradictoriæ de ipso possint verificari, nempe humanitas Christi non subsistit, & humanitas Christi subsistit, illud in se, hoc in λόγῳ: tum ex confessione Adversariorum, Zanchius enim l. 2. de Incarnatione c. 3. quest. 2. tb. 2. apertè scribit, *Humanitatem Christi ignorare res futuras nempe per essentiam & naturam suam, nihilominus tamen eandem humanitatem actu futura novisse & prædixisse*, nempe propter unionem inseparabilem. Non itaque gratis supponitur dari talem præsentiam: β. Non repugnat verbis Christi, quæ loquuntur de discessu, nam eâ ratione discessit ex mundo, quâ ratione venit in mundum, venit autem in mundum non per præsuppositionem antecedaneam αἰσῶσις, Ergò eâ ratione reliquit mundum & discessit, Joh. 16, 18. Nec γ. debuit Christus solandis animis hâc distinctione *formaliter* uti, tum quia hoc ipsum fatis indicavit Matth. 28, 20. tum quia necessarium non est præscribere Christo, quid facere debuerit, sed cum dicta loquantur partim de discessu, partim de præsentia perpetuâ, ideoque in illis acquiescere, distinctione visibilis & invisibilis suppositâ, possumus: tum quia non rectè dicitur ab Authore, Christum substituisse Spiritum Sanctum tanquam Vicarium, Vicarius enim est absentis Vicarius, Vicarius est qui vices supplet alicujus, & annon ejusdem sunt essentia, virtutis & potestatis Christus & Spiritus Sanctus? Si itaque Spiritus Sanctus est præsens in æternum, utique etiam Christus præsens erit in æternum, & annon Christus dicitur quoddam constans ex divinâ & humanâ Naturâ, num itaque Spiritus Sanctus est Vicarius Christi etiam secundum Naturam divinam? quapropter non πρῶτον ψεύδος nostrum est, dari duplex præsentia genus, cum hoc ipsum jam à nobis sit demonstratum.

VIII. Sequitur Tertia ratio, nempe *evertere Naturam veri corporis præsentiam realem Christi corporis in cœnâ. 2. Neque exaltationem abstulisse naturam corporis, etji dederit immortalitatem & gloriam. 3. Exempla nostrorum nil facere ad rem, Ast 1. nunquam negavimus corpus Christi fuisse visibile & palpabile, aliud*

liud autem est actu videri & palpari, 2. Partes habere extra partes dupliciter intelligitur, aut *quantitative*, & ita negamus, aut *constitutive*, & ita admittimus. 3. Penetrare & penetrari corpus quidem physicum non potest, & in Naturâ suâ consideratum, corpus tamen Deificatum, in quo *habitat omnis plenitudo Deitatis*, Col. 2, 9. 2. Exaltatio Christi non tantum immortalitatem & gloriam dedit corpori Christi, sed etiam, absterfis omnibus imperfectionibus, quæ ipsi in statu Exinanitionis adhærebant, manifestationem omnipotentiz, omnipresentiz & omniscientiz, ita, ut Christus per Exaltationem dicatur ascendisse supra omnes cœlos, ut omnia impleteret, Eph. 4, 10. b) Naturam utique non abstulit, sed eandem in statum eminentiorem evexit. 3. Etiam in statu Exinanitionis obtinuit omnia idiomata vi Unionis personalis. γ. Quod exempla concernit, dicit α. *Christum potuisse ingredi ad Discipulos eo tempore, quo januas oclusas habebant, sed non ἄφ' θυρῶν, per januas clausas, statum itaque notari non modum introitus, potuisse enim januas cedere Creatori.* Verum r. utitur Exceptione, quâ usus fuit *Olevianus D. Med. & Comes Itineris Legati Regis Magnæ Britanniz ad Electorem Saxonicum*, cum enim *Matthias Hoe* concionem habuisset *Dominica I. post Pascha*, post illam Legatus in arce Dresdeni & *Olevianus* collocuti sunt cum *Hoe*, atque *Olevianus* reposuit Concionatori Aulico, non legi in textu particulam *θυρῶν*, ad quod respondit *Hoe*, non opus fuisse, cum ex phrasi *θυρῶν κεκλισμένων* & contextu sufficienter probari possit Christum januis clausis intrasse, quod Colloquium dein *Paulus Tossanus Calvinianus* vulgavit, mendaciis resperfit, ad quod, ut anno hujus Seculi XIII. habitum, *Hoeus* respondit *peculiari tractatu* edito anno XV. 2. Januis clausis Christum intrasse, ex contextu patet, tum quia præcessit notatio temporis, cum Johannes dixit, vespere factò, & proinde non voluit verbis sequentibus *θυρῶν κεκλισμένων* denuò repetere, quod præmiserat, tum ex eo, quia Johannes non loquitur, ita, vespere factò, in concludendo fores, sed foribus jam conclusis: tum quia dicitur foribus conclusis in medio se stitisse Apostolorum, non quod pederent in loco in locum motus fuerit, sed derepente, ita quidem ut Apostoli etiam putarint spectrum

Strum apparere, adeoque non tempus, sed miraculosus introitus indicatur, à quâ Interpretatione nec alienus est *Calvinus*: c) Maxime variant hoc in puncto Calviniani, nec habent, quò pedem figant, Author dicit; *Licet janua essent clausa, potuisse illis cedere, at non est quaestio, fieri quid potuerit, sed quid factum sit, Edmundus Albertinus Theologus Parisienus Calvinianus* putat corpus Christi fuisse attenuatum, *Petrus Martyr* per fenestram irrepisse Christum. Secundum Exemplum de Saxo sepulchrali pariter non conducit *Turretino*, tùm quia dicit, potuisse ultrò creaturam cedere Creatori, at hoc non disputatur, tùm quia si ad seriem relationis historicae attendamus, *Matthæus* præmittit factum fuisse terræ motum magnum, quo tempore Christus resurrexit, quemadmodum terræ motus magnus factus est, cum moreretur, deinde Angelum descendisse è cœlo & lapidem semovisse, *Matth. 28.* tùm quia Christus demonstratus est potenter Filius Dei per resurrectionem, Ergò resurrectio ipsius fuit opus quoddam miraculosum, quo penetravit lapidem, & ex illo demonstratus est potentia infinita. Tertium Exemplum itidem non stringit, Christus dicitur ἀφανῆς, ubi rectè quidem castigat *Vulgatum* Interpretem, quod vertit, evanuit, quia quod evanescit, corrumpitur vel annihilatur, malè verò dicit, ἀφανῆς factum esse oculos Apostolorum cohibendo, vel celerrimè se illis subducendo, partim quia ἀφανῆς fieri, non est subduci aut cohibere oculos præsentium, sed est inconspicuum fieri illum, qui antea visus erat, cum derivetur à particulâ α & φαινόμεν, non ulterius apparentem fuisse: Partim quia non opus erat cohibitione oculorum, cum ipse *Beza* reddidit se subduxisse, si itaq; hoc, non præsens mansit, ut opus fuerit cohibitione: Partim quia eâ ratione factus est ἀφανῆς, quâ in statu Exinanitionis ἀφανῆς factus est *Judæis*. *Joh. 8, 59.* Tandem *Locus Hebr. 4, 14.* pro nobis militat, tùm quia *Paulus* comparisonem instituit inter *Aaronem* & inter *Christum*, sicut in *cap. 3.* inter *Mosen* & inter *Christum*, prout igitur *Aaron* Pontifex V. Testamenti intravit in Sancta Sanctorum, ita *Christus* penetravit cœlos, adeoque ipsis cœlis factus est superior, tùm quia describitur ille Pontifex ut Filius DEI, penes quem non est impossibile omne ver-

verbum: Luc. 1. tùm quia non tàm ex voce *ἁλλουθῆται* conclu-  
dimus, quàm ex integrâ phrasi, ut frustra sit *Turretinus*, allegans  
Locum Actor. 17. & à particulari ab Apostolis infirmis & via-  
toribus concludens ad hunc locum.

IX. Author urget Quartam Rationem, & dicit, quia *si ali-*  
*quis ejus usus esset, inservire deberet procul dubio ad oralem mandu-*  
*cationem, sed nullam dari posse, verum tantùm spiritualem, quod pro-*  
*bat per rationes.* At 1. Præsentiz realis usus utique est inservi-  
re ad oralem manducationem, si enim realiter præsens est cor-  
pus & sanguis Christi illâ realitate, quam defendunt Lutherani,  
utique inservit illa præsentia ad oralem manducationem, idque  
vi verborum divinæ dispositionis, quâ Christus dixit: Accipite,  
edite, bibite; vi obsequii Apostolici, quia ut biberunt omnes ex  
calice, ita comederunt de pane evcharistico; vi denique verbo-  
rum Christi, cùm dixit, Hoc est corpus meum, Hic est sanguis  
meus, non tantùm intimando præsentiam, sed etiam oralem  
manducationem, proposuit enim corpus & sanguinem suum  
in ratione cibi & potus. 2. Rationes non concludunt, non 1.  
*Quod scil. cibus non sit corporeus, sed spiritualis.* At spiritualis cibus  
dicitur, non in sensu Calviniano, sed in Lutherano, qui spiritua-  
lem agnoscunt in oppositione ad cibos communes, in causali-  
tate & effectus spiritualis relatione, in modo communicandi,  
qui est spiritualis & hyperphysicus. Non 2. *quia animi debeat*  
*esse nutrimentum non corporis.* Tùm quia etiam corporis nostri est  
nutrimentum, ex quo colligimus resurrectionem corporis,  
Rom. 8. Tùm quia sicut se habet baptismus ad hominem, ita  
cœna ad Christianum, baptismus autem ita se habet, ut regene-  
ret totum hominem, ut sit beneficium corpori & animæ præ-  
stitum, ut sit medium salutis totius suppositi, Ergò etiam cœna  
hoc modo sese habebit, ut non tantùm sit nutrimentum ani-  
mi, sed & corporis: Tùm quia staure hâc ratione cœna esset tan-  
tùm cibus animæ, cujus sententiæ quondam fuit ex nostris  
*Hermannæ*, refutatus propterea à nostris Theologis, ut non di-  
cam distingui posse inter id, quod primò, & id, quod consequen-  
ter aliquid dicitur, supposito, quod primò dicatur cibus ani-  
mæ, consequenter tamen erit etiam cibus corporis. Tertia-

O †

non

non est firma, quia vita quæ est sustentanda: fit spiritualis & cœlestis, nam hîc confunditur medium cum fine & effectu, utique vita quæ sustentatur, non est animalis, sed spiritualis. Sustentari autem potest medio etiam terreno, pane sc. conjuncto cum corpore Christi: Quarta nil facit, quia instrumentum manducationis sit os fidei, cum falsissimum sit, instrumentum manducationis non esse os corporis sed os fidei, quid enim de indignis pronuntiabunt Calviniani, qui os fidei ad cœnam non afferunt? nec Locus Matth. 15. probat intentum; Tùm quia, si premanatur verba ad sanguinem, falsum erit, quod omne, quod os intrat, in ventrem cedat, nam hac ratione corpus non nutrireretur, neque ad comestionem ut sic: prout vult *Vorslim Calvinianus*, requireretur conversio alimenti in substantiam Nutriti: Tùm quia Doctores hîc synecdochen agnoscunt, nempe omne quod os intrat. h. e. de omni, quod os intrat: Tùm quia Christo sermo est de cibo *ratione naturalis constitutionis* ad Regnum Potentiz pertinentis, superstitiosæ opinionis Pharisæorum subiecto, non verò de cibo *ratione divinæ ordinationis* ad Regnum Gratiz pertinente, & extra quæstionem vel opinionem superstitiosam Pharisæorum posito: Quinta nil facit, ubi rursus confundit medium cum Effectu, sed ut in summam conjiciamus omnes has rationes, demonstrare in proclivi erit, verbum divinum quoque in ratione medii ad salutem posse tolli, nam & verbum est spiritualis cibus, animæ nutrimentum, sustentaculum vitæ spiritualis, objectum oris fidei, effectus habet spirituales, At sicut verbum & ferit aures à quibus excipitur, & tangit cor, ita quoque panis eucharisticus & ore accipitur, & fide in corde obsignatur.

X. Rectè progreditur atque probat manducationem spiritualem, quam & nos defendimus. 2. Rectè dicit, *Spiritualement manducationem militare contra oralem & capernaiticam*, scil. illam, quæ Capernaitæ ex sensu carnis & cœcæ rationis statuebant lantienam corporis Christi. 3. Orale & Capernaiticam confundit, oralem statuimus *ratione instrumenti*, Capernaiticam detestamur, & quidem etiam ex eo capite, quod Capernaitæ existimârunt, corpus Christi non esse ditatum divinis axiomatibus ideoque crudè esse lacerandum ac comedendum.

XIV.

XIV. Desumit Quintam Rationem ab exemplo Fidelium V. Testamenti, & dicit: *Manducationem & communionem eandem esse debere fidelium V. & N. T. vi Communionis Sanctorum, nullam verò manducationem spirituales fuisse sub V. Testamento. 2. Non posse dici eandem quidem fuisse Communionem, quoad objecta, sed non quoad Communionis medium & modum. 3. Non, si distincta Sacramenta fuerint quoad signa, sequi, distinctos esse debuisse communicandi modos quoad rem significatam. At 1. si manducatio & communio fidelium V. & N. T. æqualis fuit, non opus erat institutione Cœnz Dominicæ, nam Agnus Paschalis longè illustrius repræsentat per mactationem & assationem corpus Christi crucifixum, per asperisionem sanguinis super postes, sanguinem fufum in remissionem peccatorum, quàm panis & vinum, quibus symbolis Christus usus est in institutione Cœnz Dominicæ. 2. Retiſſimè responderetur, eandem quidem Communionem fuisse in utroque Testamento quoad objecta, sed non quoad Communionis medium & modum. Ut enim Circumcisioni succedit baptismus, diversissimum medium à circumcissione in N. Testamento, ita quoque agno paschali succedit Evcharistia medium planè diversum ab agno paschali, ideoque modus Communionis, quantum ad ipsam rem, utrobique idem est, vi locorum allegatorum idem medium recipiens, sed non offerens, vi Rom. 4. & Hebr. 11. 3. Ut suppositum manducationem oralem sub V. Testamento non habuisse Locum, cùm tamen manna ore fuerit comestum, ita supponit, utrobique eandem fuisse rem significatam, quod oppidò falsum; Tùm quia Christus non est res significata in Evcharistia, sed corpus & sanguis distinctè vi Institutionis divinæ: Tùm quia idem modus participandi fuit respectu medii recipientis non respectu mediatorum oblationis: Tùm quia res futuræ Hebr. 10. opponuntur umbris, quæ relegantur ad Vetus Testamentum.*

XV. Adducit Sextam Rationem, ex Inutilitate Manducationis oralis, dicitque: *Solam manducationem spirituales sufficere ad salutem, imò solam esse salutarem, oralem cadere in impios, qui salute excludantur, esse exitialem & lethiferam, quia qui manducat indignè, iudicium sibi edat ac bibat, At si sola manducatio spiritualis ad salutem sufficit, estque salutaris, per exclusionem diversitatis*

fitatis mediorem, non opus fuit in V. Testamento Institutione circumcissionis & agni paschalis, non in Novo Institutione baptismi & Eucharistiae, quia solum verbum sufficit ad manducationem spiritualem juxta ipsum Authorem, disertè enim Paulus, ex verbo fides, quæ fidei præsentiam & actus manducationem spiritualem dicit, itaque tota manducatio spiritualis ad salutem sufficit non exclusâ sacramentali, 2. Etiam oralis cadit in impios, sed etiam oralis est salutaris, si enim ad intentionem divinam referas, manducatio oralis utique salutaris est, etenim intendit Deus per manducationem oralem communicationem corporis & sanguinis divini, remissionem peccatorum uti verba Institutionis docent, & ut verbum Dei, quod auribus excipitur ex intentione divinâ est salutare, etiam ut cadit in impios, ut effectû salutari destituatur: ita etiam manducatio oralis est salutaris, ut cadat in impios, adeoque eventu salutari destituatur. 3. Exitialis est atque lethifera manducatio oralis non ex se & suâ naturâ, aliâs enim lethifera quoque & exitialis foret respectu fidelium, quemadmodum si medicamentum in se venenatum, sive sano, sive ægro corpori adhibeas, exitiale & lethiferum erit, ideoque hoc non est ex se, sed hoc ipsum est ex subjecti indispositione, quia manducans indignè à Paulo nobis sistitur, & de hoc indignè manducante dicit, quod *judicium sibi edat ac bibat.* β. Malè allegat verba Christi Joh. 6, 36. atque dicit, *opponere illi Christum Capernaitis, qui ex verbis Christi de manducatione carnis suæ malè intellectis pertendebant, carnem Christi ore recipendam esse, ut corpora nostra subiret:* At utut 1. *Oecolampadius* hæc verba vocarit *murum abeneum & angelum armatum contra Adversarios*, tamen ex ipsis verbis *Turretini* demonstrari potest, nil facere pro Calvinianis, tum quia opponit Capernaitis carnalibus cœcæ rationis ductum sequentibus: tum quia opponit illis, qui de manducatione carnis suæ verba Christi malè intelligebant: tum quia Capernaitæ sentiebant carnem Christi ita ore recipendam esse, ut dentibus conteratur, ut lanietur, ut devoretur, quemadmodum caro ex macello petita, non itaque Christus agit de carne suâ, sed de carne suâ dilaniandâ, ut representabatur intellectui Capernaitarum. 2. Posito de carne Christi



Christi hæc verba esse intelligenda, nil tamen contra nos, quia ita dicendum, Christum loqui de carne suâ solâ absque Divinitate, conjungit enim Carnem & Spiritum, ac dicit, Caro nihil prodest, Spiritus autem vivificat, sive itaque per Spiritum intelligamus verbum divinum, oppositum carni & cœcæ rationi, sive fidem vel fiduciam, quæ sola facit, ut caro Christi nobis profit, sive denique ipsam Divinitatem Christi, hoc tantum erit consequens, rationem cœcam in oppositione ad Spiritum seu verbum divinum, carnem Christi fide non apprehensam, carnem denique præcisè spectatam non prodesse quicquam; Malè enim *Turretinus* Spiritum interpretatur Spiritum Sanctum, qui tanquam Causa efficiens producat nostram vivificationem: malè carnem dicit prodesse ad salutem meritoriè, non enim *meritoriè* tantum, sed & *efficienter* conferre vitam, patet ex verbis Christi, qui dicit non tantum meritoriè sese obtulisse pro mundo, sed etiam vitam dare mundo; 3. Sanè Christus non hîc agit de *objecto manducationis*, sed de *objecto critico* sui discursus, atque hoc vult, carnem, h. e. carnales cogitationes, cœcæ rationis figmenta nil prodesse in hoc negotio prout patet, partim ex eo, quia non dicit, caro mea nil prodest, sed loquitur absolurè caro nihil prodest, prodesse enim carnem suam antea jam dixerat, v. 54. Partim ex eo, quia scopus Christi fuit reprehendere Capernaitas, At Capernaitæ erant pleni figmentorum, carnalis suæ rationis ductum sequebantur, & proinde Christo sese opponebant: Partim quia caro hîc opponitur Spiritui, ubi autem in univèrsum caro opponitur Spiritui, ibi per carnem homo carnalis, homo conceptibus suis indulgens notatur, & concupiscentia taxatur, ut patet ex Matth. 16, 17. Gal. 5, 17.

Th. XVI. Author utilitates nostras fictitias pronuntiat, & dicit 1. *non realem conjunctionem cum DEO, carnis Christi cum carne nostra*: 2. *Non unionem realem sive substantialem cum DEO*. 3. *Non demonstrationem amoris Christi erga Sponsam, & tandem non causam & semen resurrectionis gloriose*. Ast 1. quomodo non realis conjunctio ex cœnz participatione ad nos redundet, cum accipiamus illud corpus, quod pro nobis traditum, illum sanguinem, qui in remissionem peccatorum pro nobis fusus. 2. Ra-

tio adjuncta nulla est, quia communio cum Christo intercedens, nusquam dicitur corporalis, at quomodo præsentia corporis locum habeat, exposuimus in quaestione status controversiæ: 3. Quia unio sit spiritualis & mystica, At talis dicitur *ratione modi*, non *extremi unendi*, quia scilicet conjunctio fit per Spiritum & fidem, nil autem est quod dicit, ita conjungi posse carnem Christi cum carne impiorum, qui illam manducant, aliud enim est acceptio carnis Christi, quæ etiam enuntianda de impiis, & aliud est unio, conjunctio & inhabitatio, quòdusque non progreditur corpus Christi in impiis, ut ut uniatur ori corporis, cum ore fidei destituantur. *β.* Utilitas utique à nobis defenditur, nec obstat, quod vel substantialis in nobis sit Dei præsentia, nam etiam nos non ex orali manducatione Christi illam derivamus vel præsentia gratiæ, & hanc defendimus, ita tamen ut unio mystica in improbis non sequatur: *γ.* Cùm dicit, non demonstrationem amoris Christi erga Sponsam suam, maximè defendendus est hic amor, quia summum amoris sponsalis argumentum est, si scilicet sese jungat Sponso, si non tantum agat & patiat, quæ placent Sponsæ, quæ ipsi utilia, sed etiam si se Sponsæ uniat, & cum illâ fiat una caro, quod ipsum Paulus satis apertè docet Eph. 5, 30. ubi dicimur membra corporis Christi de carne & ossibus ejus. *b)* Amorem satis demonstrasse in morte pro Sponsâ, At non tantum in morte demonstravit, sed etiam in mediæ ordinatione, quâ fructus mortis Christi nobis communicantur. 3. In unione spirituali, per quam nos in unum corpus per Spiritum conjungimur, patefecit quidem amorem suum, sed sicut ex intentione Dei passus est & mortuus pro omnibus & singulis, ita quoque demonstravit amorem suum præparando cœnam, non pro dignis tantum, sed & pro indignis, qui scilicet non uniuntur spiritualiter & per Spiritum in unum corpus coeunt, quod autem dicit, *Eucharistia usum non esse resurrectionis gloriose semen*, id falsò & frustra dicit, partim quia Christo contradicit, qui apertè Joh. 6. hoc pronuntiatum nobis reliquit v. 54. *qui carnem meum edit, & sanguinem meum bibit, ille habebit vitam æternam, eumque resuscitabo in die extremo, quomodo resuscitabit? nempe ad vitam æternam, cujus beneficio suscitabit?*

tabit? nempe carnis & sanguinis in cœna participati: Partim quia se reddit affinem hæreticis illis, qui tempore *Tertulliani* profitebantur, carnem Christi, quam participamus non esse semen resurrectionis gloriosæ & orthodoxis opponebant illud, caro non prodest quicquam, ut patet ex libro *Tertulliani de Resurrectione Carnis*. Partim quia Scriptura ut non tribuat resurrectionem nostram qualitati alicui ex contactu corporeo carnis Christi, sed Spiritui Sancto nobis inhabitanti, tamen tribuit unioni illi mysticæ, quam operatur Spiritus Sanctus Rom. 8, 11.

Hæc in thesi rationes addit ab absurdo, quod corpus Christi sanctissimi in stomachum & ventriculum demittatur melle sordium & impuritatum recepta ulum. At 1. non absolum est, corpus Christi sanctissimi demitti in os cujusdam ægri, quod sputo repletum ac sordibus. 2. Non demittitur corpus Christi in stomachum & ventriculum, demissio enim in stomachum & ventriculum, conversio in substantiã nutriti sunt consequentia spiritualis commestitionis, non essentialia. 3. Sicut Sol non inquinatur sordibus fime, ita quoque sordibus ventriculi & stomachi, posito quod edusque demittatur, non inquinatur corpus Christi sanctissimi &c. Secunda laborat ambiguitate, pabulum enim dicitur dupliciter, aut id quod actu nutrit, & substantiam hominis alit, aut id quod in genere cibi & sub illa formalitate accipitur ore, pabulum est impiorum & scelestissimorum in cœnâ, non priori modo sed posteriori. Tertia ratio contra transubstantiationem militat, & permanentiam corporis Christi in pane, quam nos non admittimus, qui extra usum Sacramentum non esse asserimus: Id verò quod absurdum dicit, manducare Christianos Deum quem adorant, est risus *Averrois* Philosophi, qui dixit, cum Christiani Deum suum vorent, malle se animam suam esse cum Philosophis, quàm cum Christianis.

XVIII. Allegat antiquitatis testimonia, 1. Formulam, sursum corda. *Augustinum* in tract. super *Johannem* & *Ambrosium*, At 1. si illa formula Antiquitatis, sursum corda indicio est corpus Christi non esse præsens in terrâ, etiam ipsa Scriptura negabit illam præsentiam, dum corda nostra elevare nos jubet, & quærite *in aëre*, Coloss. 3. 2. In *Evcharistia* pronuntiabantur hæc verba

verba in Ecclesia primitiva & adhucdum in Mifsâ sunt usitata. non quod Christiani vellent, sursum corda esse elevanda ratione loci, quasi in cœlo esset corpus Christi, & fide eò evolandum, planè non, sed ratione status quod scilicet animus ab illecebris, voluptatibus terrenis, concupiscentiâ & peccatis reliquis sit elevandus ad cœlestia, ad spiritualia, ad verbum & Sacramenta, in quibus thesauri cœlestes nobis proponuntur. 3. Ipse Cyprianus, quem allegat Gratianus Distinctione primâ de consecratione planè pro nobis stat, & explicat illam formulam, dicens, quando stamus ad orationem vigilare & incumbere ad preces toto corde debemus, cogitatio omnis secularis & carnalis abscedat, nec quicquam tam animus quàm id solùm cogitet, quod precatur, igitur & Sacerdos ante orationem præfatione præmissa parat Fratrum mentem, dicendo sursum corda, ut dum plebs respondet, ad Dominum abeamus, admonetur, nil aliud se quàm Dominum cogitare debeat, claudatur contra Adversarium peccati & soli Deo pateat, exinde claret, quàm malè adduxerit Turretinus Cyprianum & Gratianum allegarit: Tùm quia Cyprianus explicat illud sursum corda per dimissionem omnis cogitationis secularis & carnalis, At cogitationes seculares & carnales etiam comprehendunt hæreses & errores: Tùm quia vult populum nil aliud quàm Dominum cogitare debere, At Dominus est præsentissimus in terrâ in cordibus fidelium: Tùm quia vult peccus claudi contra Adversarium, Diabolus autem Adversarius noster dicitur Princeps aeris folique Deo parere, qui præsentissimus, non tantùm in cœlo sed etiam in terrâ. 3. Testimonium Augustini non militat contra nos, partim quia ipse Augustinus Concione I. in Ps. 33. ita perorat, & ferebatur in manibus suis, hoc verò Fratres quando fieri possit in homine, quis intelligat? quis enim portatur in manibus suis, manibus aliorum potest portari homo, manibus suis nemo portatur, quomodo intelligatur, in ipso Davide secundum literam non invenimus, in Christo autem invenimus, qui portabatur in manibus suis, quando commendans ipsum corpus suum ait, hoc est corpus meum, ferebat enim illud corpus in manibus suis: quid evidentius quàm præsentia corporis Christi? quàm in manibus portasse dicit Augustinus, imò dictum illud Joh. 6. inquit: Caro sola non prodest, sed accedat Spiritus ad carnem

*carnem & prodest plurimum, nam si caro non prodesset, verbum caro non fieret, sanè si caro non prodesset, frustra verbum fuisset incarnatum, frustra in carne passum ac mortuum: Partim quia Augustinus ad Neophytos scripsit, Hoc accipite in pane, quod pendit in cruce, Hoc accipite in calice, quod è latere Christi est effusum: Partim quia testimonium allegatum cœli mentionem facit, quomodo in cœlum manum mittam, ait; Cœlum autem est ipse Deus, ut patet ex Luc. 15. ubi filius prodigus dicit, Pater peccavi in Te & in cœlum, imò non tantùm phrasi Scripturæ, sed & profanorum, utpote illius Poetz dicentis,*

*Cœlo gratissimus omnis,*

*h. e. Deo, At si per cœlum intelligitur ipse Deus, cui fides nostra nectitur, non absens sed præsens esse intelligitur. 7. Quod Ambrosium concernit, allegat Author noster sermonem de tempore. Verum 1. Sermones de tempore non præjudicant cæteris effatis Ambrosii, qui scilicet alibi agnoscit corpus & sanguinem Christi esse verè ac realiter præsentia. 2. Chrysostomus ex Græcis, scribit, hoc, quod in calice, illud est, quod ex latere Christi fluxit, & illud participamus. 3. Sermones illi, ex quibus est Pf. 56. habentur in secundo Tomo Ambrosii. non sunt Ambrosii, unde quidam Pontificiis favent, sæpissimè allegantur à Bellarmino, & rejiciuntur à Coco in Censura veterum quorundam Scriptorum, qui Cocus unus est ex Calvinianis.*

*In thesi XIX. dicit, Adversarios de modo præsentie inter se non convenire, nam alios velle corpus Christi esse præsens circumscriptivè, alios non, sed penetrativè & indivisibiliter, At 1. hic non nostros ferit, sed Pontificios Theologos, quanquam Recentiores alium præsentie modum assignârunt; Martinus enim Esparza asserit, Christum ubicari sub Accidentibus Eucharisticis per ubicationem supernaturalem subjèctam in solis Accidentibus, & ad Christum solùm determinativè se habentem, sicut se habet unio hypostatica ad verbum: Heinoldus in contrarium dicit, quod ubicatione corporis Christi eucharistica non informet corpus Christi, cùm corpus Christi capax sit divinitus plurium ubicationum simultancarum, & difficile appareat, quod illa ubicationis in Accidentibus Eucharisticis recipiatur, & tamen illis non tribuat effectum formalem ubicationis. Denique*

P †

Denique

nique qui in veriori Philosophia doceant, ubicationes rerum, creaturarum esse modos superadditos, hic quoque talem superaddere ob rationes philosophicas, & quia inter Philosophos ulterius sit controversum, an singulæ Entitates alicujus compositi habeant suas ubicationes proprias, vel an aliquæ ubicentur per ubicationem alterius rei sibi unitæ, v. g. anima per ubicationem corporis sibi unitur, prout tenet *Vasquez*, hinc etiam in præsentia quæri posse, an Christus ubicetur per ubicationem Accidentium sibi unitorum, ex quibus patet *Esparzam* modum supernaturalem præsentia afferuisse, posito itaque *circumscriptivam* non repudiasse, nihilominus tamen patet, *circumscriptivam naturalem* ipsum non admisisse, adeoque ab iis, qui *circumscriptivam naturalem* admittunt, recessisse. 2. Si consulamus Doctores Lutheranos, præsentiam illi corporis & sanguinis in cœna statuunt non esse *circumscriptivè* neque *definitivè*, sed divinam, partim ex eo, quia ut sese habet præsentia Trinitatis in Sacramento baptismi, ita quoque se habet præsentia corporis & sanguinis Christi in cœnâ, At illa est divina, Ergò & hæc: Partim quia corpus Christi est in cœnâ, quod est receptaculum totius plenitudinis Divinitatis Col. 2. at si corpus Christi Deificatum est in cœnâ, præsentia quoque illius erit divina: Partim quia illud corpus exhibetur nobis in cœnâ, quod peccata condonat in terris, Matth. 9, 6. At illud corpus, quod condonat peccata in terris, est effectus divini, Ergò quoque præsentia ejus divina. 3. Calviniani statuunt præsentiam corporis & sanguinis Christi in cœnâ *ratione Efficacie*, negantque *substantialem*, ita enim *Danzus* contra *Chemnitium*, *Natura Humana à Filio Dei assumpta nihil confert ad ipsam Deitatis esse*, quod *Efficientis* aut *Cooperatricis cause* rationem habeat, sed ea vite in nos à Deitate *λόγῳ* transfundenda duntaxat carnalis est, non autem ulla illius vite vel *ἐσθητικῆ* vel *συνεργῆ* causa, cum vite æternæ succus & vigor sit propria solius Deitatis operatio sive effectum: Verùm hâc ratione consequitur, corpus Christi non tantùm secundùm *Substantiam* abesse à cœnâ, sed etiam *spirituali Efficacitate* vitæ, nam nullum succum & vigorem vitæ habet, non aliter, atque corpus & sanguis Eliæ, aut alterius Sancti caro efficacitate suâ adesse potest,

potest, utpote quibus etiam à λόγῳ est communicatum, quemadmodum secundum *Daneum* carni Christi. 2. Hoc evertit verba Institutionis, dicitur enim, Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur, Hic est sanguis meus in remissionem peccatorum fusus, At quomodo corpus Christi pro nobis traditum est in mortem? quomodo sustinuit vicariatam mortis pro nobis? quomodo sanguis ejus pro peccatis est effusus? si scilicet corpus Christi non est Deificatum: Anne tradi potest pro nobis, an satisfacere DEO irato pro peccatis totius generis humani, si scilicet nullis Idiomatis divinis sit dotatum? quomodo potest dici sanguis fusus in remissionem peccatorum, eique tribui hic effectus remissionis peccatorum, emundationis ab omni peccato? 1. Joh 1. Si sanguis ille nullâ virtute divinâ instructus, nullum vigorem & succum habet vitæ & emundationis. 3. Substantiali præsentiam corporis & sanguinis Christi Calviniani ideo negarunt, ut paulatim proficerent & progredierentur etiam ad spiritualem participationem, ἐνεργητικῶς negarunt, atque sic totum Christum è cœnâ suâ propellerent? quid est subvertere totum Christianismum, nisi hisce hypothesibus Calvinianis inniti?

### QUESTIO XXX.

Author agit de adoratione Evcharistiæ, & querit, an cultus patriæ qui summus est, siue adoratio debeat Evcharistiæ, atque negat contra Pontificios. *Thesi* I. autem dicit, Grave quidem jam fuisse crimen, quod Pontificii præsentia spiritali non contenti, corporalem invexerint, ut orali manducationi daretur locus, quodque figmentum transsubstantiationis excogitarint, gravius &c. At 1. non fuit crimen, quod Pontificii corporalem invexerint præsentiam, tum quia illi non invexere, sed ipse Christus in ultimâ cœnâ hanc præsentiam stabilivit verbis dispositivis, Hoc est corpus meum: Tum quia in piâ antiquitate pro præsentia corporali semper fuit decertatum, ut supra ex *Augustino* & *Chrysostomo* est demonstratum: Tum quia præsentia corporis nullum subsidium confert figmento transsubstantiationis, imò illud evertit, si enim caro Christi præsens est præsentia divinâ, non demum panis convertitur in carnem per transsubstantiationem, vel potius

transaccidentationem, sed unitur cum pane, unitur sanguis cum vino benedicto, & quomodo presentia corporis potest subidium transubstantiationi dedisse, cum presentia corporis fundata sit in verbis coenz, transubstantiatio autem demum inventa fuerit Seculo XIII. *Gravius autem fuisse, quod Pontificii ex Sacramento fecerint sacrificium hylasticum, & gravissimum, quod sacrificium erexerint in Idolum, concedimus, quia & extra usum hostiam circumferunt, illam adorant, & consequenter panem vel potius accidentia illius venerantur cultu religioso, quicquid sit de cultu corporis & sanguinis Christi in ipso usu Coenz Dominicæ.*

II. Hæc in thesi ponit statum quæstionis, & dicit, *non queri, an fideles in Sacramenti istius perceptione Christum totum quidem in Sacramento significatum, an in cælo sedentem ad dextram Dei &c.* Verum in hæc remotione status controversiæ 1. impingit, dum dicit, Christum totum in Sacramento significatum &c. At non Christum totum, sed corpus & sanguinem divinum accipimus divitum, & quomodo sese hoc concomitantiz commento *Turretinus* explicare possit, meritò dubitamus, neque totum Christum significatum accipimus. 2. In cælo sedentem ad dextram Dei malè explicat, illa enim phrasis non inclusionem, sed omnipresentem adessentiam designat. 3. Pro mentis & animi affectu adorare concedit, adeoque fidem evolare vult in cælum, ibique Christum adorare.

III. Author aggreditur Pontificios propugnantes adorationem Eucharistiæ, ubi notanda 1. sententia Pontificiorum. 2. Calvinianorū, 3. Lutheranorum: Author noster 1. tribuit Pontificiis, *quod adorent ipsum Eucharistiæ Sacramentum, sed a. Bellarminus* respondet, *nullum esse Catholicum, qui doceat ipsa symbola externa per se & propriè esse adoranda cultu latræ, sed solam veneranda cultu quodam minore, qui omnibus Sacramentis conveniat, cultu autem latræ dicere Pontificios per se & propriè Christum esse adorandum, eamque adorationem ad symbola panis etiam & vini pervenire, quatenus apprehenduntur, ut unum quid cum ipso CHRISTO, quem continent, quemadmodum qui CHRISTUM in terris vestitum adoraret non ipsum solum, sed etiam vestes*  
quo-



quodammodo adoraret, neque enim jubebant eum vestibus nudari, antequam adorarent, aut animo & cogitatione separabant à vestibus, cum adorarent, sed simpliciter CHRISTUM, ut tunc sese habebat, adorabant, tametsi ratio adorandi non erant vestes, imò nec ipsa Humanitas sed sola Divinitas: b) Pontificii distinguunt & dicunt, tantum esse controversiam de modo loquendi, fateri se ipsos, Sacramentum ipsum esse adorandum, ut Concilium Tridentinum loquitur, sed hoc exponi dupliciter, qui enim sentiunt Sacramentum Evcharistiæ formaliter esse corpus Christi, ut est sub illis speciebus, concedere etiam Sacramentum formaliter esse adorandum, qui autem doceant Sacramentum Evcharistiæ materialiter esse species panis & vini, ut Christum continent, illos docere consequenter Sacramentum Evcharistiæ materialiter esse adorandum: c) *Walenburgii* apertè negant hanc mentem fuisse Concilii Tridentini, sed Concilium Tridentinum solum Christum adorandum esse statuere, neque ullum esse Catholicum, qui doceat species sacramentales, aut in genere quamcunque substantiam velatam accidentibus panis & vini absolute esse adorandam atque hinc calumniæ reum agerent nostrum *Turretinum*. 2. Sententia Calvinianorum in hac materia est alterum extremum, adeoque in partem oppositam vergit, nam *Clebitius* in libro de *Victoria Veritatis & ruinae Papatus Saxonici* tertiâ parte, argumento uno docet ex Lutherianorum sententia, qui agnoscunt in Evcharistia verum Christi corpus necessario sequi adorationem esse concedendam: 2. *Tigurini* in *Apologia* contra ultimam Lutheri confessionem apertè fatentur se cum Catholicis fideliter adoraturos esse Sacramentum, si crederent ibi verum esse corpus Domini: d) Ipse *Bucanus* *Loco XLVIII. de Cœna Domini* quærit, ane in pane Cœna Christi sit adorandus? atque respondet *Neg.* quia ibi non adsit suo corpore, nec se ad panem verbo alligari, adorandum igitur esse in mysteriis, ut ait *Ambrosius*, i. e. in celebratione Cœnæ, quâ Deus & quâ Deus, & quâ homo simul, ita tamen, ut non consistamus in symbolis, sed fidei oculos & corda nostra non ad locum panis, sed in cœlum elevemus, ubi est ad dextram Dei sedens, quomodo olim in administratione cœnæ populus invitabatur, dum admovebatur habere sursum corda: Exami-

minem<sup>o</sup> 1. has sententias, antequam ad nostram progrediamur, & 1. quidem Pontificii reverà statuunt, Sacramentum Eucharistiz esse adorandum, tùm quia Concilium Tridentinum, ut rectè observat *Turretinus* in terminis dicit, *Omnes Christi fideles latric cultum, qui soli Deo debeatur, huic Sacramento sanctissimo exhibere oportere: tùm quia in processionibus secundum laudabilem & universalem Ecclesie significationem & consuetudinem solemniter circumgestant, Christum esse adorandum, qui neget aut negligat anathema esse;* Dicunt igitur in processionibus, in festo corporis Christi Christum circumgestari, cum panis circumgestatur, dicunt Idololum illud Panaceum esse adorandum: tùm quia non minus sit adorandum Sacramentum Eucharistiz, quod fuerit à Domino, ut sumatur, institutum, quàm ipsum Christum, aliud verò est Christus, aliud Sacramentum ab ipso institutum, hisce suppositis, habetur, *Bellarminum* malè dicere a) *nullum esse Catholicum qui doceat, externa symbola per se & propriè esse adoranda cultu latric, sed solùm veneranda cultu quodam minore,* nam in terminis hoc dicit Concilium Tridentinum, nempe latric cultum, qui vero Deo debetur, sanctissimo huic Sacramento exhibendum esse, Christus autem in se consideratus sanctissimum haud dici potest Sacramentum, ex Tridentinorum mente ergò non tantùm Christo, sed & speciebus, quæ merz sunt creaturz, & quidem infimi ordinis, utpote accidentalialia, latric cultus est exhibendus. b) Latric cultus est cultus soli Deo debitus, agnoscentibus ipsis Pontificiis. At ille etiam dirigitur ad species panis & vini, adeoque adoratio Christi secundùm *Bellarminum* ad symbola etiam panis & vini pertinet, grandis proinde Idololatria committitur eo ipso, quo adoratio soli Christo debetur, & tamen ad symbola refertur. c) Si symbola cultu quodam minore sunt veneranda quàm ipse Christus in cœnâ, duplex in cœnâ cultus exhibebitur, unus directus ad Christum, isque summus, & alter ad symbola, isque minor, atque ita non adorabitur uno cultu complexum illud, quod nobis objicitur in cœnâ, & accidentia, quantitas, qualitas, &c. quæ remanere fingunt, ex sententiâ *Bellarmini* cultu religioso, licet minore, erunt adoranda. 2. Simile illud de Christo in terris vestito, planè non procedit, partim quia Christus vestitus non

non fuit velatus accidentibus : Partim quia vestes in Christo vestito non concipiebantur ut unum quid sacramentale, quemadmodum species apprehenduntur, ut unum quid cum Christo quem continent: Partim quia aliud est *adjunctum* adorationis & aliud *objectum quod*, cum Christus in terris versans vestitus, fuit adoratus, nemo tam stolidus fuit, qui vestes objectum adorationis quod constituerit, aut si symbola non aliter adoranda atque vestes, neutiquam colenda erunt latrâ, quia ita se habebunt ad corpus Christi tantum ut adjunctum, quemadmodum vestes se habuerunt ut adjunctum ad Christum: b) Distinctio illa *Bellarmini* planè est nulla, nam *α.* Sacramentum Evcharistiz non est corpus Christi, neque species panis & vini, sed Sacramentum Evcharistiz est *formaliter* actio sacra, cum forma omnium Sacramentorum sit actio: *β.* Qui sentiunt Sacramentum Evcharistiz *formaliter* esse corpus Christi, illi statuunt Sacramentum Evcharistiz esse *formaliter* adorandum, at hoc est, quod in Pontificiis reprehendimus, nam si Sacramentum Evcharistiz *formaliter* est corpus Christi, ut est sub illis speciebus, erit Sacramentum, erit compositum ex corpore & speciebus, repræsentabitur ut adorandum, ita ut species unâ coadorentur. *γ.* Quod illos concernit, qui *formaliter* Sacramentum Evcharistiz dicunt species esse panis & vini, ut Christum continent, atque docent *materialiter* Sacramentum esse adorandum & consequenter, illi primò referunt adorationem ad species panis & vini, & consequenter tantum ad corpus Christi, adeoque *formaliter* statuunt Idololatriam in cœnâ, utpote adoratione directâ primò ad species sive accidentia panis & vini &c. 3. Quod *Walenburgios* concernit, malè illi negant, *Concilium Tridentinum* non statuisse aut ullum Catholicum species sacramentales esse adorandas, pariter eo inclinavit *Episcop⁹* ille Thyensis in Colloquio nobiscum habito;) tum quia Tridentinos per Sacramentum intellexisse Christum Dominum neutiquam præsumi potest: tum quia institutum est Sacramentum cœnz, scil. Evcharistiz, non ipse Christus: tum quia repugnat communi sententiæ, quâ totam essentiam Sacramenti in solis speciebus sacramentalibus sitam esse atque ad eam intrinsecè non pertinere corpus & sanguis-

guinem Christi: imò neq; verba consecrationis neque sumptionem statuunt, uti post solum *Richardum Marjilium* prolixè tradit *Casspar Hurtardus de Sacramento Eucharistiae difficultate 3. Disp. 1. Hinc Adamus Tannerus Disp. in 3. Thome III. c. 1. num. 6. ait, propterea species Sacramentum tantum dici, Ergò vocabulo Sacramenti tantum species intellexerunt, non autem unicè Christum: tùm quia requisita hujus Sacramenti speciebus tantum competunt, sunt enim signa sensibilia data analogiam cum re significata habentia, rem sacram repræsentantia, interventu earum conferendam, unde iudice *Gabr. Vasquezio in tertiam Thomæ Disp. CLXVII. c. 2. à ratione alienum istum intellectum vocat, quapropter merum colorem obducunt Walenburgii, ut Syncretismum quem moliti sunt, nobis persuadeant. b) Quàm impudicum mendacium est, dum Walenburgii docent, nullum Catholicum docere, aut species sacramentales, aut quamcunque in genere substantiam velatam Accidentibus panis & vini absolute esse adorandam, cùm etiam illi, qui post Concilium Tridentinum scripserunt, hoc ipsum aperte asseruerint, *Franciscus Suarez Tomo III. Disput. LXV. Sect. I. scribit, Quod Concilium Tridentinum non sub nomine Christi, sed Sacramenti doceat adorandum esse hoc sanctissimum Sacramentum, totum Sacramentum visibile, ut ex Christo & speciebus consistat, unico latriæ actu adorandum; Adamus Tannerus non minus verè certum ait, ipsum etiam totum Eucharistiae Sacramentum, prout Christum & species sacramentales continet, eodem actu latriæ rectè simul coli & adorari: Denique Gregorius de Valentia Tomo IV. Disp. VI. tanto eam zelo sententiam defendit, ut reclamantes & negantes ullo modo species ipsas ad venerationem pertinere, in eo hæreticè pugnare contra perpetuum usum & sensum Ecclesiæ asserat. γ. Quod excipiunt Walenburgii, neminem statuere species absolute & per se esse adorandas, sed tantum secundariò indirectè, quia sint unum cum Christo, id pridem refutavit Suarez, expressè statuens, totum Sacramentum adeòque & species adoratione latriæ absolutâ & perfectâ esse adorandas; Cultus autem latriæ non distinguì potest, sed est cultus soli Deo debitus, neque hoc loco quaritur de causa & ratione, quæ ad cultum movet, an eam species in se contineant, an verò mutuent ab alio, sed de ipso cultu.***

cultus actu, an ille speciebus exhibeatur propriè in Papatu. Secundum Panctum quod spectat, nempe sententiam Calvinianorum, quanquam *Wilhelmus Zepperus* l. 4. de Sacramentis rationes quasdam producat pro reverentia Evcharistiz, nec *Turretianus* abnuat thesi II. & V. tamen non sincerè sentiunt in hâc materiâ: nam 1. rigidi Calviniani negant carnem Christi esse adorandam, ut non tantùm ex Veteribus hoc constat, sed etiam Recentioribus, *Maccovio*, qui in *Coll:gio de Mediatore* scribit, *Christus etiam secundùm humanitatem non adoratur cultu religioso, quo solus Deus est adorandus, cui conspirat Altingius in Locis Comm. Gishertus Voetius in Disput. selectis & alii.* 2. Ipsi Syncretistz, qui consensum moliuntur cum Dogmatibus Ecclesiz nostrz, adorationem illam negant, ut hoc ipsum constat ex *Bergio*, qui postquam scripisset, utrinquè nos in hâc consentire, si cavillatio absit, tum si de objecto secundum quam Naturâ Christus adorandus, tum si de ratione, cur adorandus, quzratur, tamen ultimò sensura prodit, dum dicit, *Id in questione remanere posse, an Humana Christi Natura seorsim, propriè ac per se adoranda sit, & quidam propter omnipotentiam & omniscientiam ipsius infinitam, prout hoc constat ex analysi de Persona Christi tb. 195.* 3. *Wilhelmus Zepperus*, qui ex professo hanc quzstionem tractat, negativam aliquot argumentis persuadere vult, tum ex *Symbolo Antiocheno*, tum ex dicto *Ambrosii*, de quo supra ex *Bucano* aliquid audivimus: tum ex testimoniis *Lutheri*, quem contradictionis reum agit consensus Calvinianorum, de quo in sequentibus: Denique Tertia Sententia, quz est Lutheranorum, dextrè est explicanda, cum Theologi nostri videantur discrepare: Et 1. quidem dicimus, Christum esse adorandum secundum carnem, tum vi testimoniorum Scripturaz, Phil. 2. Apoc. 5. tum ex rationibus, petitis à potestate divinâ Christo secundum Humanam Naturam datâ, Matth. 28. Joh. 17. tum ex Officio Mediatorio, ad cujus Executionem Humana Natura est adhibita, vi Loci, Apoc, 5, 12. quem urget pro hâc sententiâ ipse *Wilhelmus Ameffius*. 2. Christum esse adorandum in cœnâ, nos quoque statuimus, scil. adoratione internâ quod constat partim ex ipsâ Scripturâ, quz adorationem internam probat, eo quod Christus sub-

2 +

junct

junxit, nempe verbis Institutionis, Hoc facite in mei commemorationem: Partim ex ipsâ Naturâ adorationis, adoratio enim Deum compellat, ab eodem petit, quæ daturum se promissit, & pro præstitis beneficiis gratias agit, At Deum compellere, petere ab ipso firmamentum & augmentum fidei, gratias agere pro tanto beneficio, nil aliud est quàm cultus religiosus, quàm fructus fidei, quàm adoratio: Partim ex testimoniis Patrum, *Ambrosii l. 3. de Spiritu S. Chrysofomi in 1. Cor. Homil. 74. Nazianz. in oratione de Gorgone.* 3. Distinguendum est inter adorationem internam & externam, interna dirigenda est ad Christum in cenâ; Sin autem de objecto Sacramenti in cenâ sit sermo, licet corpus Christi in pane, & sanguis ejus in vino adorari dicatur veteribus, tamen Christus nec adoratur cum pane & vino, neque in pane & vino, neque per panem & vinum, neque etiam coram pane & vino, non quidem cum pane & vino, quia solum corpus & sanguis Christi, non etiam panis & vinum habent suam substantiam in hypostasi τὸ λόγῳ, vim & efficaciam divinam: non in pane & vino, quia aliud est, si dico, Christus in pane & vino sacramentaliter præsens est adorandus, & aliud Christus sacramentaliter præsens est adorandus in pane & vino, sanè Deus præsens fuit in arcâ, Exod. 25. Christus in præsepio, Luc. 2. nec tamen directâ fuit Israelitarum devotio ad Arcam, neque Magi adorarunt præsepe, utut Christus in illo præsens: non per panem & vinum consecratum, quia hæc non sunt media adorandi, sed media corpus & sanguinem Christi exhibendi, atque sicut his modis non adorandus est Christus in cenâ, ita nec coram pane & vino cum intentione melioris cultus divini, & cum opinione Majoris precum Efficaciz, ut quis putet, si coram pane & vino consecrato Christum invocet, certius se exauditum iri, quàm si alio tempore eidem preces suas deferat, ut enim coram aquâ baptismi, cura invocamus Trinitatem, non adoramus aquam, vel alligamus ad aquam baptismalem devotionem nostram, ita in cenâ Domini, adoratio non est alliganda ad externa symbola, quia finis præsentiz & unionis carnis & sanguinis Christi cum pane & vino benedicto non est adoratio, sed comestio & bibitio. IV. Si de adoratione externa sit sermo,

dici-

dicimus illam in se & suâ Naturâ esse actionem liberam, adia-  
phoram & indifferentem, idq; patet tum ex eo, quia non à Chri-  
sto est mandata, tum ex exemplo Apostolorum, quod etiam ad-  
legat *Turretinus Th. 7.* de quibus nunquam legitur, quod ado-  
rârint coenam: tum ex eo, quia sicut recubitus, sessio, statio ad  
actiones indifferentes in coenâ referuntur, ita quoque adoratio  
sive geniculatio externa libera est ac indifferens. Potest autem  
illa geniculatio spectari dupliciter, vel *per se*, quomodo dicimus  
esse indifferentem; vel *per accidens*, quomodo dicimus esse piam  
ac necessariam, vel etiam impiam atque omittendam, impia  
est quando extra periculum collusionis cum Sacramentariis, &  
extra casum scandali adhibetur ut suâ Naturâ Cultus Religio-  
sus DEI. Pia verò & necessaria si scil. adhibetur ut signum  
affectus interioris extra casum scandali, hinc facile patet, quid  
de strue Argumentorum *Turretini* sit sentiendum, Nam 1. *Sym-  
bolum Antiochenum* dicit quidem, Christum non esse adorabilem  
secundum corpus, verum thesin hanc ponit, Christum totum  
esse adorandum cum corpore, ut itaque hoc conveniat cum  
thesi, dicendum est, quod *Symbolum Antiochenum* intelligat, Chri-  
stum non esse adorabilem secundum corpus, si de causa ado-  
rationis sermo sit, quia causa adorationis non est corpus Chri-  
sti, non autem intelligendum esse de objecto adorationis, quod  
scilicet est persona *divina* secundum utramque Naturam. 2.  
Quod testimonium *Ambrosii* concernit, contra nos non mili-  
tat, quamvis enim *Bucerus* addat, Christum esse adorandum in my-  
steris, ut non consistamus in symbolis, sed fidei oculos in cœlum eriga-  
mus; si dextrè tamen intelligatur, totum concedi potest, si scil.  
per cœlum non intelligatur certus locus, cui inclusus sit Chri-  
stus secundum carnem, sed cœlestis gloria, in quâ ad dextram  
Dei sedens regnat, & elevatio cordium non intelligatur respectu  
loci, sed affectus atque Spiritus, qua sub visibilibus elementis  
in sacrâ mensâ propositum consideramus Agnum Dei invisibi-  
lem, tollentem peccata mundi, eumque debito honore *intrinsicis*  
& *extrinsicis* veneramus. 3. *Lutherum* quod concernit, ne-  
gari nequit, ipsum adorationem Eucharistiz admisisse, imò  
Deum adorari in Sacramentis propugnasse, prout patet ex *Tome*

*H. Jen. Epistola ad Copilum Puchtio & Commentario in Epistolam Petri. Verum illam sententiam tenuit adhuc Papiſmo immerſus, ut patet tum ex I. Jenenſi, ubi magnâ cum miſericordiâ vult legi ſcripta ſua: tum ex Chronologiâ, quia hæc ſcripſit anno Sæculi præteriti XXIII. tum Reſponſione noſtrorum Theologorum ad Scriptum Neoftadienſe, hunc locum obijcientibus Calvinianis contra Formulam Concordiæ, ubi diſtinguunt inter Scripta priora & poſteriora, in prioribus argumentatus eſt à minori, quod ſi coram Monſtrantia vel cruce procidimus, cur non etiam Sacramentum adoremus, & coram hominibus, in quibus Chriſtus habitet, Deum adoremus tanquam in templo ſuo, longè autem ſanius ſenſit in Scriptis poſterioribus: 4. Si de Lutbero jam confirmato ſit ſermo, patet illum diverſimodè ſenſiſſe, Chriſtum ſcil. adorandum eſſe in cœnâ, & non eſſe adorandum, nec tamen ſibi contradixiſſe, nam quando dixit, Chriſtum non eſſe adorandum, hoc ipſum intellexit ſecundum quid, quatenus locutus eſt de actibus formalibus Evchariſtiz, deque ejus eſſentiâ, nam in eſſentia cœnz homo non offert cultum Deo, ſed à Deo accipit corpus & ſanguinem, quæ unita ſunt ſacramentaliter pani & vino, & adoratio eſt vel interna vel externa, interna eſt vel meditatio in verbis Inſtitutionis, ut credant cum fide ſe accipere corpus & ſanguinem Chriſti, vel celebratio Chriſti, quâ ſcil. credimus, non tantùm præſtò eſſe corpus & ſanguinem, ſed etiam habere virtutem vivificam, inſimulque nobis dari; Celebratio autem Chriſti eſt ſacrificium ſpirituale; Sacrificium verò ſpirituale eſt actus adorationis religioſæ: Externa verò illa eſt indifferens, hinc etiam in Eccleſiis noſtris Württembergicis intermittitur, in aliis autem Eccleſiis geniculatio frequentatur: Itaque Lutherus negavit adorandum eſſe Chriſtum ſecundùm carnem, tum quoad neceſſitatem certi actus, interne adorationis in ipſâ celebratione cœnz; tum quoad neceſſitatem externe adorationis, quæ in ſe libera & adiaphora: tum quoad hypocriticâ externam adorationem, quam declaravit ſimili: Quemadmodum is, qui audit Evangelium, non neceſſe habet, ut Evangelio exhibeat reverentiam externam, aut etiam ut in ipſo audientie actû Deo gratias agat pro Evangelio, ſed tunc ſatis eſt, ſi verborum*

*EVAN-*



*Evangelii sensum attendat & percipiat: Ita ab eo, qui S. Cœnâ utitur, non necessario requiritur, ut corpus & sanguinem Christi geniculatione veneretur, aut etiam in ipsâ sumptione Christum celebret, sed satis est, ut credat substantialem presentiam corporis & sanguinis Christi, & ad salutem per fidem accipiat, quod ore comedit & bibit.*

6. Discrepantiam nostrorum Theologorum conciliare non est difficile, *Brentius noster, Authores Syngramatis Sævici & Flaccii* negant, Christum adorandum esse in cœnâ; Partim respiciendo ad unionem, quia enim corpus & sanguis Christi ununtur cum pane & vino *accidentaliter non personaliter*, ideòque negant, Christum, quatenus unitus est *accidentaliter*, fundamentum præbere adorationis, cum sola Unio Personalis sit id, cui inzdicatur adoratio carnis Christi: Partim ut tantò evidentius rejiciant errorem Pontificiorum, quo *hostiam consecratam non tantùm in usu cœnz, sed etiam extra illum adorant*: Partim ut adorationem carnis Christi specie diversâ ab adoratione Divinitatis Christi rejiciant, atque dissensum suum contestentur, dum sc. Adversarii volunt, Christum secundùm Humanam Naturam esse hyperduliâ afficiendum, secundùm Divinitatem verò latriâ, cum nec Dulia gradus recipiat, nec latria eosdem admittat; Mitius autem de adoratione Evcharistæ *Turretino sensit Wilhelmus Zepperus*, qui concludit, venerationem aliquam deberi Sacramento cœnz, tum ex memoriâ rerum divinarum: tum ex comparatione cum convivio civili: tum ex capitis apertione & cæterarum circumstantiarum vel ceremoniarum licitè adhibitâ, & concludit, *si verbum Dei recitari audimus cum externa reverentia & per consequens geniculatione non est prohibita, cum totum genus sit licitum*. Non satis dextrè verò *Marcus Antonius de Dominis l. 6. de Republica Ecclesiastica* ab Idololatriâ excusare vult Pontificios, quod illorum Intentio solùm sit ad corpus Christi, non panem directâ, quippe quem transsubstantiatum, licet falsò, supponant: *Bellarminus*, qui falsò dicit, *impingere ipsis nosros idololatriam, cum panem neque presentem statuunt neque adorent, sed accidentia tantùm superesse dicant*: *Calvinus de Transsubstantiatione Dissertat. II. Thes. LXXII.* Eodem colore nixus quo *Marcus Antonius de Dominis*. Nam quamvis opinione erroneâ

transubstantiationis suppositâ, nullam creaturam adorare se Pontificii profiteantur, tamen non tantum accidentia panis indigniori longè idololatria intentionaliter colunt, sed reverè ipsam substantiam panis isto honore colunt, conceptus enim, iste Erroneus, falsaque panis transubstantiati suppositio nil in re, sed tantum in falsâ persuasione ponit, atque pariter plebsque Ethnicorum, qui Idola non minus pro Diis habebant, sique non esse scivissent, neutiquam coluissent, eodem crimine intuitu Erroris suppositi erroneæque intentionis absolvere deberemus.

## L O C U S X X. D E N O V I S S I M I S .

### Q U Æ S T I O V .

**D**isputat, qualis futurus sit mundi interitus, an per ultimam conflagrationem sit annihilandus, an verò instaurandus & renovandus? & Thesi II. ad statum questionis observandam, non queri, dicit, an fieri debeat, per ignis conflagrationem, hoc enim expressè Scripturam tradere, ut nemo Christianus de eo ambigere possit aut debeat, nec hoc absolute ignotum fuisse ipsi Ethnicis, atque se refert ad questionem antecedentem IV. ubi Thesi II. dicit, tanta tamen est oraculorum sacrorum hæc in parte evidentia & certitudo, que interitum mundi non minus ac creationem predicant, & Gentiles ipsi ita perspicuè hoc agnoverunt, ut non opus sit in probando illo immorari, adducitque Ovidium lib. 1. Metam. & Lucretium libro primo; Verum an vera hæc Turretinus prodat, maximè dubitamus, nam 1. si immortalitas animæ Gentilibus non fuit cognita ex Lumine Naturæ, si status post mortem fuit dubius quibusdam cum Stoicis, animæ aliquam durationem tribuentibus, aliis cum Epicuræ cum ipso corpore extinctionem fatentibus, quomodo consummatio Seculi nota esse potuit gentilibus, & quidem ita perspicuè, ut non opus sit in eo probando immorari; Sanè immor-

mortalitas animæ longè habet evidentiora vestigia in natura, in operationibus animæ, quàm mundi interitus & quidem per ignem; falsum itaque est, Gentilibus aliquid constituisse ex lumine Naturæ de consummatione Seculi, de conflagratione, Mundi per ignem, nisi velimus etiam illis tribuere notitiam, quandam de immortalitate animæ, sede beatitudinis, & cruciatibus æternis, sive inferno. 2. Gentiles quicquid scripserunt de exustione universi, ita prodiderunt, ut nil certi, nihil perspicuum ex ipsis habeatur, tum quia non omnes hic conspirarunt, sed Stoici tantum hanc sententiam arripuerunt, quibus accesserunt Epicuræzi, Peripateticis mundum æternum & à parte ante, & à parte post statuentibus: tum quia non putarunt Deum destrudurum esse mundum, sed ignem vi & robore suo, adeoque in creaturam retulerunt, quod Deo debetur, unde *Philo, Stoici censent, inquit, Deum quidem causam & Authorem generationis mundi esse, at non interitus, sed eam, quæ rebus est insita, ignis potentiam post longa temporum intervalla omnia in se resolventem*: tum quia unanimes equidem vel communis potius Stoicorum opinio fuit de Occasu Mundi, & tamen ex illis ipsis fuerunt, qui excidium hoc mundanum penitus abnegarunt, ut testatur *Philo Judæus, scribens libro de Immortalitate, Oetus & Possidonius & Anetimus viri in Stoicis Dogmatibus primarii, tanquam à Numine correpti, relictis Exustionibus ad divinius dogma de Immortalitate Mundi transfugerunt* 3. Si Gentilium opinionem excutiamus, Stoicorum maximè, deprehendemus illos non interitum mundi: qui est per annihilationem, perspexisse, sed tantum corruptionem aliquam, & quidem talem, quam insequeretur nova mundi generatio, adeoque ad æternitatem inclinasse, unde suspicio nobis, *Turretinum* ad Gentilium consensum appellasse, ut scilicet mutationem alterativam eò feliciter obtineret: Præterea, sicut *Ovidius* disserendo de Creatione Mundi non hoc obtinuit ex lumine naturali: Ita quoque si statuit interitum mundi præscindendo à modo interitus, non habuit hoc ex lumine naturali: Denique *Alphonsus Pandulphus Episcopus Comptacensis* refert in tractatu de fine Mundi, quod *Josephus Plancanis* Jesuita insignis *Matheseos Professor* in Universitate Parmensi existimavit,

mun-

mundum naturaliter per universam inundationem perire posse, atque statuerit, quod sit ex fide Christiana, κατελυμένον ignis mundum destruere non debere, tandem aquarum illuviem, ipsum mundum demoliturum & ostendi, terram quotidie ad sphericitatem magis perfectam se recipere, quàm ab initio productus fuerit, eò quod montes deficiunt & decrescunt, & per multa annorum Myriadas adeò extenti remanebunt, ut terra perfectam obtineat rotunditatem, quâ comparatâ, eventurum, ut aquæ accommodatam sibi telluris figuram facillimè recuperent. At si ex Christianis Philosophis quidam censuerunt, mundum naturaliter interire posse, & quidem per inundationem, oppositam conflagrationi, quomodo Gentilibus ex Lumine Naturæ allucere potuit interitus mundi per conflagrationem, interitus mundi non naturalis sed supernaturalis? Vid. *Pandulphus* disputans contra Magistrum suum, *Disp. Pytag. c. 3.* Quapropter dicendum, si quid Gentilibus innotuit de interitu mundi, illud potius hausisse ex fonte Scripturæ, quàm ex Lumine Naturæ, peregrinabantur enim in Ægyptum, ubi reliquæ ex Scholâ Moïsi, ex quâ hæc accipiebant. Quocirca non confestim id, quod Gentiles testantur, accipiendum est ut ex Lumine Naturæ profectum, sed vel referendum in Lumen Naturæ, vel in traditionem quamcunque Patrum, aut in conversationem cum Judæis, vel in *καταβολήν* Diaboli instinctu promotam & imitationem Judæismi, ut in aliâ materiâ de sacrificiis ostendit *Andreas Rivetus* in *Exercitationibus suis ad Genesin.*

IV. Author probare nititur suam sententiam de alteratione, ex *Pf. 102.* *tūm ex comparatione interitus istius cum mutatione vestis: tūm ex Epiphanio, qui rectè doceat, Scripturæ morem esse, in corruptionem in melius interitum appellare: tūm quia satis sit cælos & mutabiles esse ab extrinseco respectu potentie DEI, & actu mutationem quandam passuros, ut opponantur Creatori, nec nutrimo unquam nec mutabiles:* At 1. interitus mundi & creaturarum non tantum comparantur cum mutatione vestimenti, sed si integra verba adducantur, plus dicitur, *nempe Domine tu initio terram fundasti, & cæli sunt opera manuum tuarum. ipsi peribunt, Tu autem permanes, vers. 26, 27.* Introducit David Deum ut Creatorem uni-

universi, qui scilicet ex purè nihilo omnia produxit, & productioni illi ex nihilo opponit interitum mundi; Ut itaque Deus ex nihilo produxit hoc universum per creationem, ita peribit illud vi oppositionis per transitum in nihilum, adeoque non alterabitur, sed subibit annihilationem. 2. In Hebræo ex vox קִיָּו, quæ non notat alterationem quandam, sed mutationem substantialem, unde ipse Coccejus, propriè dicitur id periisse, quod separatum est à præsentia, notitiâ, curâ & conservatione, denique fruitione Domini sui vel ejus omnino, ad cujus notitiâ, curam, fruitionem quid pertinebat; atque ita periisse significat, non adesse, non haberi amplius. Ast quis negabit mundum ad DEI notitiâ, curam & fruitionem pertinere? Si hûc verò mundus pertinet, pereundo separabitur à præsentia DEI, à notitiâ, curâ & conservatione: at quomodo separari potest à præsentia Dei, notitiâ, curâ & conservatione? nisi per destructionem substantialem, nisi per annihilationem, quorsum referimus fugam terræ & cœli coram facie omnipotentis, Apoc. 20, 11. 3. Non tantùm Arabs, observante Thoma le Blanck, usus est verbo, quod deficere notat, sed etiam oppositio, instituta inter cœlos ac terram, nec non filios Dei, satis luculenter evincit; quod mundus interiturus sit secundum substantiam, nam quod tribuit filiis DEI, vers. 29. id negat cœlo & terræ, tribuit autem permanentiam in substantiâ filius Dei, Ergò negat illam cœlo & terræ. Quid, si indicaretur tantùm Qualitativa alteratio, annon hæc ratione de filiis DEI, de Electis quoque dici posset, quod sint interituri, quia mutationem alterativam subituri, seminatur enim corpus corruptibile, & resurget incorruptibile, 1. Cor. 15. β. Ad Secundam Exceptionem respondetur falsum esse, Scripturæ morem esse, instaurationem in melius per interitum significare, tum quia interitus formaliter loquendo nunquam dicit instaurationem, sed potius destructionem instaurationi oppositam: tum quia, si universa Scriptura percurratur, nunquam deprehenditur, interitum dicere instaurationem, aut ullibi vocabulum קִיָּו ita usurpari, & si instaurationem dicit, non dicit illam per se & formaliter, sed per accidens & consequenter tantùm, ut ex inspectione locorum patebit: tum quia si dicit instaurationem ex eo,

R †

quod

quod forma prior conversione illâ pereat, succedente scilicet aliâ, non tam erit annihilatio ille interitus, non opus quoddam supernaturale, sed naturalis corruptio, in naturali enim conversione prior forma perit per corruptionem, succedente aliâ. 7. Ad tertiam Exceptionem respondetur 1. validissimè urgeri oppositionem non tantum, quia mutabile & immutabile per essentiam hinc opponuntur. Sicut autem Deus est immutabilis per essentiam, ita Mundus mutabilis erit per essentiam; sed etiam ex eo, quod ipse Author utitur phrasi, *Tu perstabis, consistes*. 2. Non sufficit cœlos mutabiles esse ab extrinseco & actu mutationem subituros, scilicet alterativam, quia hâc ratione tantum sequitur, Deum esse immutabilem ab extrinseco, actu nullam mutationem alterativam subire; an verò hoc satis explicat immutabilitatem Dei? quæ non tantum est ab extrinseco, sed Deo intrinseca, quæ non tantum est per negationem mutationis actualis alterative, sed vel maximè substantialis, quod ipsum evincit, locus Jac. 1. quem adducit, negans omnem *αὐτομάτην*, aut obumbrationem conversionis Dei. 3. Comparatio illa cum vestimento non est comparatio in tertio mutationis alterativæ, tum quia vestis senescens non alteratur, sed seponitur & abjicitur: tum quia, si vestis senescit, non mutatur in melius, sed in deterius, secundum comparisonem autem Calvinianorum deberet mutari in melius: tum quia vestimento senescenti substituitur novum, ita ut non resarciatur vetus, sed planè novum induatur, vetere desinente: Ita cœlo & terrâ destructis expectamus novum cœlum & novam terram, in quâ habitat justitia &c.

V. Secundum adducit Argumentum ex 2. Pet. 3. atque dicit: *Varia peti argumenta ex illo ad renovationem mundi probantur*. 2. *Producit ex collatione cum priore mundo, diluvio obruto & à formâ interitus, & à voce ἀρχαία*: Tandem 3. dicit, non, si dicitur cœlum reservari in diem perditionis, hoc referendum quæ cœlos ipsos, sed ad perditionem hominum impiorum. Ast 1. non varia argumenta peti possunt ex loco Petrino pro renovatione Mundi, tum quia ipse Author non nisi duo vel tria Argumenta promittit, adeoque varietatem illam multiplicem non ostendit: tum quia nos potius varia Argumenta producimus pro substantiali interitu

ritu ex hoc ipso loco, ut patebit in sequentibus; tùm quia ipse *Jacobus Laurentius Calvinianus minister Amstelodamensis*, utut conspiraret cum *Turretino* quantum ad renovationem mundi, tamen in explicatione hujus dicti probat *Commentarium Serarii Jesuitæ*, qui scribit, *per transitum Suarez l. c. Henriquez libro de sine c. 24.* & ferè *Scholastici omnes localem motum intelligunt, sed cum transitus generatim esse possit vel ex esse ad non esse, vel ex loco ad locum, vel ex aliâ quâpiam affectione, quomodo hîc assumi debeat, docet Petrus, v. 11, dum vocatur solutio, & claris v. 12. dum cœli aestuantes, ardentés solvendi pronuntiantur, ita ut iste transitus sit cœlorum dissolutio & combustio.* At verò si cœli dissolvuntur, si comburuntur, utique substantialiter commutantur, quod enim nunc dissolvitur, quod nunc comburitur, id substantialiter destruitur. 2. Argumenta proposita non concludunt: Non primum, quod petitum ex collatione cum priore mundo, qui non periit, sed ex diluvio emerfit. At 1. etsi comparatio instituaturs mundi per diluvium purgati, & mundi reservati flammæ, tamen non in omnibus instituitur comparatio, tùm quia primus mundus non ita interiit, ut cœli aliquid decrementum acceperint, quod de secundis dicitur, neque igne periit, qui devorat & consumit, sed aquâ: nec denique par ratio phraseos convenit, dicitur enim, mundum aquâ inundatum periisse. Cœlos autem reservari igni in diem *Judicii & ἀποκαλιπας* teneri in thesauro Dei usque ad diem illum *Judicii & perditionis*: 2. Non potest negari mundum, qui diluvio periit, fuisse etiam substantialiter immutatum, nam apertè hoc dicit *Moses Gen. 7, 21, 22.* Sanè plantæ, arbores & vegetabilia fuerunt absorpta, animalia quoque, quæ supra terram, mortua & substantialiter destructa. 3. Interitus primi mundi per diluvium non fuit mutatio in melius, diluvium enim in penam fuit immissum & destruxit, quod autem dein secuta fuerit instauratio, id non tribuendum est diluvio, iræ divinæ luculento testimonio, sed misericordiæ divinæ, quæ terminum posuit; Incendium verò ultimum non habebit post se misericordiæ exercitium, quia continget in diem ultimi *Judicii*, post quod nullus misericordiæ locus completâ mensurâ omnis peccati. Secundum Argumentum non concludit a formâ interitus & instaur-

tionis: Dicitur enim 1. *perituros celos, v. 10. at hoc non inferit mutationem quandam alterativam, tùm quia præterire in formali sua significatione notat discedere, transire, ut Marc. 6. 48. Si itaque præterire notat modum aliquem, secundum quem res, quæ nobis præsens est, se subducit, vel oculis subducitur; sanè si cœli dicuntur præterituri, præsentès porrò non erunt, & aufugient à facie Domini, adeoque in pristinum nihilum redibunt: tùm quia cœli ita dicuntur præterire, ut novi succedant in eorum locum, ubi autem ita quid præterit, ut novum succedat in ejus locum, illud planè transit; tùm quia ipse Author exponit, præteribunt cœli, i. e. solvetur eorum compages, quomodo autem solvi potest compages cœlorum, systema ætheris, nisi per dissipationem materiæ & formæ, sive partium essentialium? 2. Dicit, *Elementa liquecent ut metalla in igne*: At liquefcere non est intelligendum de liquefactione propriè sic dictâ, ut enim cœli peribunt, ita quoque elementa liquecent per interitum, ut non dicamus, liquefcere non posse elementa, si mare & aër inter illa referantur, quod itaque dicit: *Sicut metalla in igne, ita etiam elementa liquefacienda*, hoc oritur ex confusione liquefactionis propriè sic dictæ & analogicè acceptæ live impropriè; 3. Dicit, *Terra exuretur, & in cineres quasi redigetur*: At si terra est exurenda, & quidem secundum Authorem in cineres quasi redigenda, non est perficienda, quod enim in cineres redigitur, id non perficitur, sed destruitur: Præterea falsum est, dici ab Apostolo, sic futurum novum cœlum & novam terram, quasi scilicet cœlum & terra purgata ita demum sint extitura, sed dicit: *Novos cœlos & novam terram expectamus, quæ scilicet successura hisce cœlis perditis, huic terræ exusta*: tandem dicit, non terram tantùm esse exurendam, sed & opéra terræ, hoc est, omnia creata & condita in illa, plantas, arbores, ædes &c. eaque omnia quæ in illa extabant vel erunt, Interprete Jacobo Laurentio. At sicut terra cessabit, quæ fuit habitaculum hominum & brutorum, Gen. 1. 9. ita plantæ, arbores ac ædes substantialiter destruentur, neque enim quis imaginari potest, quomodo ædes sint mansuræ, quomodo nos in ædibus habitaturi? Tertium non concludit, nam 1. quamvis *terris* non semper annihilationem & totalem dele-*



tionem notet, sed mutationem tantum, nil tamen contra nos  
obtinetur: Partim quia ubicunque ἀπώλεισιν obtrinet, ibi non mu-  
tatio in melius significatur, non perfectiva alteratio: Partim,  
quia ex verbo ἀπώλεισθαι non potest concludi ad mutationem  
perfectivam, cum aliud sit ἀπώλεισθαι, aliud ἀπώλεια: Partim quia  
notanter Petrus dicit, non Mundum posteriorem esse interitu-  
rum, sed sicut primus interit ex parte substantialiter, ita poste-  
riorem mundum reservari igni οὐκ ἀπώλεισται. β. Aliud esse fridore  
præter re, dissolvi ac exuri, aliud annihilari & totaliter interiree  
At fridore præterire, est præterire instar alicujus sagittæ secun-  
dum communem sententiam, quæ oculos solet effugere & ce-  
lerem transitum dicit, dissolvi est in partes dissilire, exuri est in  
cineres redigi, an autem hæc dicant mutationem accidentalem per-  
fectivam, an verò substantialem destructivam, unicuique expen-  
dendum relinquimus. Certum est, aliud esse fridore præterire,  
dissolvi & exuri, aliud annihilari, sed quia hæc vocabula phy-  
sicæ corruptioni substantiali sunt propria, ideoque translata ad  
principium quoddam supernaturale, annihilationem dicunt &  
totalem interitum: Tandem γ. quæ igne exuruntur & liquefcunt,  
non solent annihilari, Ergo ne & illa, quæ exuruntur, non cor-  
rumpuntur? quæ rediguntur in cineres, non destruantur? Præ-  
terea à scoriis tantum & facibus repurgari supponitur, non  
probat: Denique comparatio cum re metallica, quod purius  
excoctum exit, nunquam huc quadrat, cum Apostolo non sit  
sermo de metallo, neque Subjecti loco id ponat, sed elementa,  
corpora simplicia non mixta, nec non terram, quæ liquefcere  
non possunt, aut exuri, nisi cum destructione suæ substantiæ.  
3. Resp. Posito esse referendum ad homines impios illum-  
diem judicii & perditionis, nil tamen ad id responderetur, quod  
habetur in textu sequenti, sed non est ut eò progrediamur, di-  
citur enim cælum & terra reservari in diem judicii & perditio-  
nis hominum impiorum. At si cælum & terra reservantur in  
perditionis diem & judicii, ut impii homines igni æterno sub-  
iciantur, ita quoque cælum & terra igni reservantur, & qui-  
dem dicitur πηλοὶ ἐσθητοὶ velut thesaurus repositi, non ad  
designandum laborem vel curam, prout vox hæc usurpatur,

**Matth. 6.** non ad designandam insatiabilem cupiditatem, ut  
**Rom. 2, 5.** sed ad designandam prudentiam, quam adhibere  
 solent in bonè conservando ac tuto loco reponendo thesauro  
 jam acquisito atque collecto; juxta **Matth. 6, 21.** Si itaque cœli  
 & terra tanquam thesaurus igni reservantur, non tantum per-  
 dentur impii homines, sed etiam igni subjicientur cœlum &  
 terra, quæ hæctenus per conservationem Dei tanquam thesau-  
 rus ipsius fuerunt curata & disposita, ita ut cesset illa reservatio  
 & conservatio, quæ cessante in nihilum creata redeunt. Dicimus  
 itaque 1. satis clarè constare ex hoc loco mundum interiturum  
 esse secundum substantiam, idque evinci posse argumentis va-  
 lidis, nam 1. si scopum Petri attendamus, est ille redargutorius  
 Empœctarum, qui dicunt, ubi est promissio adventus ejus? o-  
 mnia sic permanent ab initio creationis: Refutat hoc Apосто-  
 lus, & dicit, latere eos hoc volentes quod prior ille mundus a-  
 quâ inundatus perierit, ac cœlum & terra nunc repositi sint igni  
 reservati in diem judicii & perditionis, convincit eos duplici  
 corruptione mundi, priore per diluviam, posteriore per ignem:  
 Et ne excipiat priorẽ fuisse tantum alterativam, ideoque  
 non posse adduci tanquam exemplum exitii futuri, idcirco sti-  
 lum ita temperat, ut dicat aquâ inundatum mundum periisse,  
 non cœlum & terram, sed mundum periisse per aquam, periisse  
 aquâ inundatum, ut intelligatur remansisse quicquid illâ inun-  
 datione remanere poterat v. g. pisces, metalla, terram, cœlum;  
 exponente ipso *Jacobo Laurentio*, aliam itaque mutationem re-  
 stare non tantum horum corporum, sed etiam cœli & terræ a-  
 lium ignem, qui destructurus consumprurus, oppositum aquæ,  
 alium denique finem, qui sc. per cessationem reservati thesauri,  
 adeoque per annihilationem, Deo enim manum suam subdu-  
 cente, mundum ruiturum in nihilum. Secundum Argumen-  
 tum petimus ex ipso textu, partim quia dicitur, cœlos stridore  
 præterituros *ποιζήσιν*, ut habetur in Originali. *Jacobus Laurentius*  
 ad hoc vocabulum notat, *ad morem vel sagittarum, vel ventorum,*  
*vel militum, vel volatilium, vel flammarum, vel denique potius pro-*  
*cellarum maris*, uti enim notat *D. Bez.* *ποιζήσιν* impetum veluti sibi-  
 bantis procellæ notat, unde & *Erasmus* vertit in morem procellæ, ali-  
 ter

ter tamen *Oecumenius*, qui dicit *σεισίδος* significat cum sonitu, hujusmodi autem sonitus proprius est ignis in his, quae igne depascuntur. At quomocunque ex his modis caeli sint praeterituri, sane substantialiter praeteribunt, sagitta enim transit secundum substantiam, venti vel milites consimiliter, volatilia transvolant, & conspectui se subducunt, flammæ & procellæ maris postquam defuerunt, evanescent, partim ex eo, quia *σειχῆα* sive elementa dicuntur solvi. At si elementa dicuntur solvi *καυσίμια*, inter elementa utique reputanda est aqua, quomodo autem aqua potest liquefcere, ut metallum in igne, annon hic improprie liquefcere est accipiendum? dicuntur elementa solvenda; Annon autem elementa sunt corpora simplicia, quæ si solvuntur in partes, dissiliunt separatis formis à materiâ, ita ut destructio substantialis fiat: annon dicuntur elementa hæc solvenda esse, *λυσιμια*. Si itaque præ æstu solvantur, destructionem substantialem subibunt, cum vocabulum *λυειν*, in Scripturâ de substantiali solutione adhibeatur, de corpore Christi per mortem destruendo, Joh. 2, 19. de prorâ puppis, Actor. 27, 42. de operibus Diaboli à Filio Dei destructis, 1. Joh. 3, 8. Tandem dicitur terram esse exurendam, & opera in illâ. At si terra est exurenda, non purgatorius, sed destructorius ignis hîc occurrit, qui non tantum terram exuret, sed & opera ipsius condita in eâ, plantas, arbores, ædes, quæ omnia non negant Adversarii abolenda esse & substantialiter immutanda. 3. Hoc mundi excidium comparari potest cum destructione Sodomæ & Gomorthæ, quæ typus fuit interitus mundi in iniquitate constituti: At sicut Sodomâ & Gomorrhâ, totaque regio Pentapolis destructa fuit, ita ut exustæ urbes, atque ut Scriptura hâc phrasi utitur, partim ut innuat destructionem substantialem, si scilicet dicit, hunc vel illum locum esse destruendum & subvertendum ut Sodomam & Gomorrhâ, etiam exustio terræ non erit accidentalis aut perfectiva, sed destructiva & annihilativa: Si autem ulterius inquiratur, quo igne mundus sit periturus, pars nostrorum Theologorum mavult *πειχεν*, quàm aliquid definire, nos verò si in hâc materiâ ex Scripturæ testimoniis possumus argumenta quædam promere, absurdum esse non putamus, ignem hanc, qui abo-

aboliturus est mundum, futurum esse ipsum Deum. Nam 1. si principium destructionis expendamus, Deus utique est, qui dicitur ignis consumens, Deut. 4, 24. Ignis destruens, cap. 9. f. In N. Testamento Heb. 12, 29. ubi verba repetuntur ex Veteri Testamento. At si in V. & N. Testamento Deus dicitur Ignis, Ignis devorans, consumens, comedens. quidni dici posset, hunc ignem consumentem consumpturum quoque aliquando esse mundum, & sicut Deus propriè dicitur Lux, 1. Joh. 1. conspiciantibus nostris Theologis, *Dambauero, Haberkornio, Chemnitzio* contra *Vorstium*, quidni etiam dici posset ignis propriè in se & suâ Naturâ? Imò cum quidam ex Theologis nostris, *Hülsemannus & Scherzerus* atque alii ignem, quo Deus mundum fit destructurus, statuunt fore spiritualementem, eo ipso videntur statuere, Deum immediatè destructurum fore mundum, cum inter spirituale & corporale non detur medium, cum ipse ignis spiritualis sit Spiritus, efficax & penetrans, ac Deus Joh. 4. describitur ut Spiritus. 2. Si spectemus ipsam actionem, nam ex mente nostrorum Theologorum mundus *substantialiter* destruetur vel annihilabitur, at annihilatio est immediata Dei operatio, quæ non fit per ignem quendam intermedium opposita creationi, ut igitur creatio facta est absque medio, ita quoque destructio mundi fiet absque medio, Deo vi & efficacîâ suâ agente in hoc universum, quod & ipse Petrus insinuat hoc ipso c. 3. v. 5, 6, 7. 3. Si spectemus modum: nam Sodoma & Gomorrhæ eversio ita facta est, ut dicatur Jehovah à Jehovah depluisse sulphur & ignem de cælo, Gen. 19, 24. Unde etiam David dicit, Psalm. 11, 6. & 7. Deum depluiturum super impios fulmina, ignem & sulphur, atque tempestatem in præmium, loquens de judicio super impios: *Josephus* testatur, *civitates illas fulminibus conflagrasse, quia sulphuris odorem habent fulmina & fulgura: de bello judico l. 5. c. 3.* at si Sodoma & Gomorra ita sunt exusta, ut Jehovah à Ichovâ depluerit, adeoque immediatè egerit, si David alludit ad hoc incendium, atque dicit Deum pariter judicaturum impios, si denique fulminibus de cælo secundum *Josephum* destruxit illam regionem, multò magis & majori cum efficacîâ mundum destruet, & immediatè quidem ipse Deus.

lucu-

futurus illius ignis, consumens, quorum quidam referunt vocabulum illud *פּוֹלְטָר*, quod interpretantur fulmine quodam celerrimo mundum hunc destruendum esse, & sicut Sodoma & Gomorrha partim ita destructa sunt, ut quasi immediata operatio insinuetur, dum dicitur Jehovam pluuisse de Jehova, partim mediata, dum dicitur, pluuisse ignem & sulphur de cœlo, ita vel maximè modus hunc mundum destruendi erit immediatus, quia longè plus virtutis & efficaciz requiritur ad universum hoc abolendum, quàm ad Regionem quandam destruendam. Adde, quod non obscura sint vestigia hujus sententiz in textu Petrino: Dicitur enim *cœlum & terram reservari igni in diem, judicii & perditionis impiorum hominum*: Dicitur 1. reservari terram & cœlum igni in diem judicii, non dicitur ignem hunc periturũ, quapropter superstes erit post conflagrationem hujus universi, nihil a. erit post universi interitum superstes, nisi Deus. 2. Ignis hic, qui superstes erit, erit ignis infernalis, prout hoc ipsum potest colligi ex Jud. v. 7. ubi dicitur, *Sodomam & Gomorrham propositam esse exemplum ignis æterni*, ita ut ignis destruens mundum sit idem cum igne infernali, cum DEO flammante & irarum fulmine diro damnatis, & quomodo ignis infernalis potest dici æternus, cum nihil æternum sit præter Deum? Imò cum plerique accuratiores Theologi statuunt, Deum immediatè torturum esse damnatos: 3. Annon hoc colligi potest ex oppositione? dicitur ad 1. Cor. 15. Post hoc mundi excidium Deum fore omnia in omnibus: Notum est ex principiis nostris, beatos Deum immediatè beatificaturam per dispensationem gloriosæ visionis ipsismet impertitæ, adeoque Deum fore beatitudinem Electorum objectivam, ut non tantum loquuntur nostri, sed & communiter Scholastici & Pontificii Scriptores: At si Deus amabilis erit ipsa beatitudo Electorum, immediatè beatificabit illos, etiam Deus immediatè torquebit damnatos, atque iratâ suâ facie coangustabit: Neque enim Diaboli tortores erunt damnatorum, tum quia alias seducentibus melior fors esset quàm seductis: tum quia non erunt tortores, sed focii damnatorum eandem pœnam cum ipsis sustinentes, juxta Matth. 25, 41. tum, quia finalem sententiam in judicio extremo

S †

acci-

recipient Diaboli cum damnatis, ut scil. in loco sint, qui est infernus, patientes, non ulterius agentes, prout in hoc Seculo sese gesserunt.

Th. VI. Proponit tertium Argumentum ex Rom. 8, 19. atque arguit, 1. ex hoc loco constare, liberandam tantum esse creaturam à vanitate, cui hinc subiecta, adeoque securam aliquando ejus *ἐλευθερίων*, non *φροσίν* aut *ἀφροσύνην*: 2. Duplicem terminum poni vindicationis, nempe terminum à quo, qui sit servitus corruptionis, & ad quem qui sit libertas *ἡ ἀφροσύνη*, atque ita refelli eorum glossam, qui statuant sufficere ad vindicationem, si creatura abolita desinat servire impiis. In thesi VII. dicit 3. Quod additur, desiderium creature ferri in libertatem DEI filiorum, quæ exponatur de redemptione corporis, quæ proprie sit fidelium, non obesse sententiæ suæ, quia verba ista sic *ἐλευθερίων* non notent terminum mutationis creature, quasi gloriæ & adoptionis filiorum Dei particeps esse debeat, sed terminum spei duntaxat & tempus, quo liberanda sit à vanitate & corruptione, nempe eo temporis momento, quo filii Dei in gloriosam libertatem sunt afferendi, ut sic *ἐλευθερίων* ponatur pro *ἐν ἐλευθερίων*, quomodo nutritrix Alumni sui ad regnum everti gloriâ ex parte fruatur, ut Chrysostomus hoc simili utatur, vel domus Regis ornatur ad majorem Regis gloriam. Verùm ut hoc oraculum dextrè vindicemus, observandum 1. quid per creaturam intelligatur, missâ sententiâ *Lichtfoogti* Angli, qui scil. per illam intelligit gentes in oppositione ad *Judeos*, quem socius religionis *Wittichius* perstringit in suo Commentario: Missâ sententiâ *Andrea Riveti*, qui intelligit filios DEI, quam refutat *Fridericus Spanbemi*: Illud maximè videtur esse controversum, annon per creaturam hanc ingemiscentem intelligantur Angeli boni, quod etiam argumentis quibusdam stabiliri posse videtur. Nam 1. dicitur, *πάντα ἢ κτίσις*, Omnis creatura, si autem dicitur *πάντα κτίσις*, omne id, quod est extra Deum, omne id quod ab ipso est conditum, etiam Angeli comprehenduntur, qui sunt creaturæ. 2. Dicitur de hâc creaturâ, quod subiecta sit vanitati & servituti corruptionis, non verò suæ, sed hominum, præsertim Electorum, omnes enim Angeli sunt Spiritus administratorii, emissi propter eos qui hæreditatem salutis capiunt. Et sanè in Scripturis habetur, quod Angeli

geli multa fecerint in usus hominum; 3. Dicitur creaturam hanc ingemiscere & parturire, sive ut habet alia Lectio, dolere, quod figuratè de Angelis est intelligendum, uti totus sermo Apostolicus est figuratus, scilicet ad exprimendum summum desiderium perfectæ liberationis & gloriificationis hominum Electorum; Si enim Christus, ut refertur Luc. 15. dicit gaudere Angelos super uno peccatore resipiscente, consequens est, dolere illos, tristitia affici, propter homines, per quos ruinæ ipsorum sunt reparandæ, hæcque sententia fundata est in Patribus, Theodoro in Commentario, Nazianzeno, Oratione prima in Julianum habitâ, Cyrillo l. 3. thesauri, c. 1. quibus facem prætulit Origenes. Imò invenitur in nostris Theologis, Friderico Balduino, qui in Commentario super Rom. c. 8. quæst. 3. movet hoc dubium: Numquid etiam Angeli sint subiecti vanitati, cum sint beatissimi & Spiritus impassibiles? atque respondet, nihil obstat, quò minus etiam de Angelis bonis intelligamus ea, quæ hîc Apostolus de creatura prædicat, de bonis inquam Angelis, mali enim nullam spem liberationis habent, quæ creaturis hîc promittitur, Angeli ergò boni vanitati subiecti dicuntur & corruptioni non suæ, sed hominum: Ipsi enim in se & naturâ suâ sunt Spiritus incorruptibiles, serviunt autem vanitati hominum, partim quia ad negotia hujus Seculi, quæ tandem evanescent atque desinunt, eaque sæpius vilia & abjecta servitia sua conferunt, uti liquet ex historiâ Tobie: Partim quia etiam in rebus divinis serviunt Electis multiplice vanitate adhuc corruptis, à quâ tandem vanitate in restitutione omnium liberabuntur, ubi mundus cum totâ suâ vanitate peribit, & gaudium beatorum perfectum erit: Respondet deinde ad Gemitum, qui ipsis hîc tribuitur, & tandem quia obesse videtur ipsorum beatitudini, dicit, non denegari, concedere enim se, perfectius fore gaudium Angelorum, post consummationem Seculi quàm nunc est, siquidem ubi nullum amplius occurreret impedimentum uti nunc, quando plenitudo Sanctorum, quos anxie expectarunt, intrabit, quemadmodum & de animabus piorum scriptum est, quod post mortem quidem sint in requie, ingemiscant tamen ob defectum corporum suorum, donec conservi ac fratres eorum compleantur, Apoc. 6, 11. Verùm quamvis hanc sententiam teneant etiam ex nostris Theologis Viri celebres, ipsa tamen nobis probari nequit,

partim quia insolitum est, ut vocabulo *κτίσις* denotentur Angeli, sanè in universâ Scripturâ nullibi Angeli dicuntur *κτίσις*, multò minus *πᾶσα κτίσις*, omnis creatura, aliàs omnis creatura incorpoream essentiam à Deo accepisset: Imò si phrasi *πᾶσα κτίσις* denotarentur Angeli, etiam Diaboli comprehenduntur, adeoq; liberandi forent in adventu Christi ad iudicium à pœnâ infernali, quam sustinent: Partim quia hæc creatura dicitur *συστεύζεν ἔνυ συνοδῶν*, nō ingemiscere, ut *Vulgatus* habet, & hanc lectionem probat *Arias Montanus*, sed congemiscere & unâ parturire. At hæc vocabula duo dicunt, duos gementes introducunt, nempe creaturâ quæ gemiscit, & aliam quæ congemiscit; Præterea in v. 23. dicitur non solum congemiscere creaturam, sed etiam primitias Spiritus habentes, adeoq; duplicem gemitum stabilit: Deniq; exprimuntur illi, quibus congemiscat, nempe primitias Spiritus habentes, exspectantes adoptionem filiorum & redemptionem corporis: Partim quia dicitur hæc creatura subiecta esse vanitati, dicitur subiecta esse vanitati non volens, dicitur liberanda, esse à corruptionis servitute; Quomodo autem Angeli boni dici possunt subiecti esse vanitati, quâ sunt exempti? quomodo non volentes subiecti, cum sint non in statu coactionis sed beatitudinis? quomodo liberandi à servitute corruptionis, cum per naturam sint incorruptibiles & immortales, neque demùm aspirent ad immortalitatem, multò minus desiderent non esse, quod probabitur de hæc creaturâ in sequentibus. Argumenta autem quæ adducuntur, non concludunt. Non Primum, quod Angeli sub creaturâ comprehendantur, nam si per creaturam intelligitur machina universi, systema corporum, creatura in hominis usum condita, ut patebit ex sequentibus, Angeli non pertinebunt ad creaturam, sedes enim illorum non est hoc universum aut hic mundus, sed cœlum beatitudinis: Non Secundum, quia vanitati dicitur subiecta esse hæc creatura non ætherius, sed suimet ipsius: Præterea Angeli sunt Spiritus ministratorii & serviunt homini etiam irrogenito, qui vanitati subiectus est in hoc mundo, verum sunt Spiritus ministratorii non inviti, sed volentes à Deo traditi in custodiam fidelium; hinc summo cum lubitu faciunt imperata DEI, prout constat ex Pf.



103, 21. & ex hoc ipso loco. Non Tertium, quia non disputatur, an varietas gaudii & doloris locum habeat in Angelis, sed an illi sint hæc creatura, quæ congemiscit & unâ parturit, adeoque gemitui, parturitioni obnoxia, desiderio immortalitatis, quomodo enim desiderare possunt immortalitatem, quam habent per naturam? quomodo beatitudinem, quam habent ex confirmationis gratia? Accedunt nobis Patres, *Augustinus, Chrysostomus, Ambrosius*, qui negant per creaturam hanc intelligendos esse Angelos, accedit nobis ipse *Turretinus*, qui per κληρον dicit non posse intelligi fideles contra *Rivetum* disputans, & argumenta nobis subministrans contra Angelos: Accedit denique nobis *Thomas*, qui per creaturam hanc rectè intelligit universitatem creaturæ corporalis & cum ipso *Pareo*, qui generatim de universâ mundi machinâ, ac rebus creatis etiam brutis & inanimis, puta astris, elementis, animalibus, terræ fructibus & quæcunque usibus humanis primùm fuere destinata à DEO, cum *Calvino* intelligit, *Bezamque* deserit, qui disertè animantia eximit, & creaturæ nomine tantùm vult intelligi mundi machinam cœlesti & elementari regione constantem, observante *Jacobo Laurentio*. 2. Notamus, quid per vanitatem intelligatur, cui creatura est subjecta, tribuitur autem ipsi 1. *Συναεγδονία*: 2. *συναεγδος* & *ἰδιων*: Notatur autem voce *Συναεγδονίας*, quod sesquipedale verbum vocat *Pererim*, summum desiderium, desumptum verò est ab illis, qui exerto capite quasi per fenestram prospiciunt atque attendunt, desiderant aliquid atque expectant; unde *Polybius* hoc vocabulo utitur de anxîâ & sollicitâ illâ expectatione, quam Exercitus ad prælium paratus habere dicitur, dum expectat in singulis momentis mandatum Imperatoris; *συναεγδος* verò dicit anxietatem, notat suspirium sive gemitum, quod desiderium animi ab angusto quasi corde profectum in externos gestus non tantùm erumpit, sed & vocis quasi quodam ejulatu exprimitur, unde *σνδο* angustus, compressus, & in hæc significatione Paulus eò utitur, dicens, in tabernaculo ingemiscimus gravati, 2. Cor. 5, 4. Denique *ἰδιων* notat dolorem gravissimum parturientis, de quo videri potest *Crusius* in *Proverbiis sacris*, lib. 4, Proverbio cx. atque ita usurpat Paulus,

1. Theſſ. 5, 3, & Johannes Apoc. 12, 2. Summū itaq; deſiderium, ſumma anxietas, ſummus dolor creaturæ corporalis per hæc vocabula deſignatur, idq; ex eo, quia *μαδαιότην* vanitati ſubjecta eſt creatura hæc non volens, ſed propter ſubjicientem ſeſe, quid verò hæc *μαδαιότης* ſit, diſputant Interpretes, quidam intelligunt per illam cum *Erasmio* fruſtrationem, in quo agens non aſſequitur finem ſuum intentum, vel fructum ſibi propoſitum, *μαδαιον* enim eſt id, quod fruſtraneum, atque ita adhibetur de labore vano & irrito, Malach. 2, 14. quidam mutabilitatem intelligunt, quod ſcil. citò fit & citò perit, quemadmodum pulchritudo vana dicitur, Prov. 31, 30. quidam denique cum *Daniele Rieſio*, per vanitatem intelligunt malum ſive calamitatem, quæ ex Accidente evenit, ut in homine ad imaginem Dei creato *ἡ μαδαιότης* eſt ex peccato: Hoc enim, inquit, *Helleniſtis* paſſim *μαδαιότης*, à quâ creaturæ etiam, quæ bonæ erant, in pœnam peccati ejusque cauſâ vitiate ſunt, ut quædam animalia, ut alia quæ per ſe bona, etiam uſum in quibusdam nunc præbent homini, in multis tamen *ἔ* in pœnam adverſantur: Aſt cum Interpretem habeamus Paulum, non videmus rationem, cur non certo modo hæc omnia conjungamus; Exponit enim hanc vanitatem per *Δουλοῦν τῆς Φθορῆς* ſervitutem corruptionis, ſervitus autem corruptionis eſt ex cauſa hominum tum creaturæ naturâ, tum hominum culpâ, tum hominum pœnâ, ex creaturæ natura tanquam cauſa, nam condita illa eſt corruptibilis & caduca, imminuta eſt per lapſum hominis, crebris mutationibus obnoxia, quâ ſuam inconstantiam prodit, ſed an hæc ipſa creaturæ natura hic indigitetur, & non præſupponatur, eſt id, de quo maximè dubitamus: Tum quia agitur hic de ejusmodi vanitate, quæ eſt in ordine ad alium, ſcil. ad utentem vel abutentem creaturâ, tum quia explicatur per ſervitutem corruptionis, qualis non locum habebat, in ſtatu integritatis, tum quia agitur de ſubjectione ſive ſubordinatione à Deo factâ. At demum poſt lapſum creatura ſubjecta eſt vanitati & quidem à Deo, cum omnis creatura per ſe ſit bona & pulchra, utut corruptibilis ita, ut nihil mali ipſi adhzreat: Loquitur Apoſtoloſ de vanitate, cui non volens creatura eſt ſubjecta, adeoque quæ eſt contra appetitum inſitum naturalem,

ralem, & ipsi in creatione inditum. Itaque causam istius vanitatis potius in culpam ac pœnam hominis lapsi referimus, in culpam quidem, quia hæc universi machina condita est, ut homo ex operibus visibilibus invisibilia Dei deprehendat, Creatorem suum agnoscat, atque collaudet, ipsaque creatura secundum omne suum esse gloriæ divinæ inserviat, ut habetur Rom. 1, 19, 20, 21. At quomodo sine suo hōc frustretur creatura corporalis, quomodo vanitati sit subjecta, ex eo patet, quia homines abutuntur cœlo, Luna, Sole, & cæteris stellis, atq; ad cultum religiosum obliquant, recedentes à Deo, grandique idololatriâ se contaminantes, maximè in Gentilismo, ut *Philo* docet Sap. 13, 1. 2. 3. 4. 5. Vid. *Abrahamus Rogerius*, qui stupenda refert de Gentilium Idololatriâ, dum scil. terrâ abutuntur, nascentibus ex eâ contra finem à Deo intentum ad luxuriam abutuntur, ita quidem, ut vino sese ingurgitent, delicatioribus cibus ventrem farcinent, atque stomachum suum Deum faciant, Philip. 3, 19. dum sc. in ipso Christianismo, Papatu scil. oleo, sale, cineribus. &c. abutuntur ad missificationem, superstitionem, atque ut *Gabriel Biel* loquitur, agunt ut Magi eliciendo Deum, quemadmodum veneficæ lac è vaccis extrahunt, frustra colentes Deum mandatis hominum, Matth. 15, 9. Referimus itidem ad pœnam hominum, homine enim cadente & lapsō premitur hæc creatura vanitate, dum scil. patitur cum illo pœnam latè sic dictam, ut patet ex eo, quod Adamo peccante pœnam quoque sustinuit terra, dum ipsi est maledictum. Gen. 3. dum diluvium universale hominibus immissum, passæ quoque sunt cæteræ creaturæ, bruta & viventia in terris: Propter Sodomitas Genes. 19. tota regio est incensa, tecta, urbes, supellectilia & cætera quoque vim passa & consumpta: Hancce vanitatem explicavit *Johannes Simonis*, Professor Calvinianus in Academia Francosurtensî scribens: *Ipsa creatura suo modo misera facta est, pœnasque sustinet peccati, atque activa vanitas tàm negativa est tàm positiva: Illa se prodit, dum tàm perfectè non inservit hominum usui, quàm inservisset in statu integritatis, dum appetitui hominum corrupto eo modo non satisfacit, atque ille quidem per lapsum inordinatus desiderat; Positivam verò vanitatem suam creatura exerit, vexando & oppugnando*

quando hominem variis modis, sic devorant & ledunt animalia, venena nocent & extinguunt, Sol urit, aër insicit, aqua suffocat. Ex quibus colligimus, si creaturæ non tantum vanæ factæ sunt negativè, sed etiam positivè, vexando & oppugnando hominem, qui ad imaginem Dei est conditus, qui æternæ beatitudini est destinatus, non duraturas esse illas creaturas, cum non tantum, subjectæ sint vanitati non volentes contra naturalem appetitum, sed etiam hostilitatem exercent contra hominem, & ideò dignas se reddant, ut substantialiter corrumpantur, atque annihilentur. 3. Hisce suppositis, facilis est Responsio ad rationes Turretini: Prima enim, que deducitur ex liberatione creaturæ non concludit, partim quia non omnis ἐλευθερία excludit φθορῆν aut ἀφαισµὸν, Rom. 6, 7. dicitur, qui mortuus est, δεδικαιώθη, justificatus est, h. e. liberatus, solutus ab obligatione, servitute ac dominio peccati, quemadmodum Theophylactus exponit, Chrysostomus & Oecumenius. At num qui liberatus est à peccato, non subjectus est ulterius putrefactioni? Partim quia v. g. liberari aliquis dicitur Christianus captivus in Turcia per mortem à servitute corruptionis, nec tamen ab ipsâ corruptione liberatur, quia corpus ejus in pulverem revertitur: Partim quia dicitur, πάντων κτίσιν, totam mundi machinam ἐλευθερίας expectare atque ipse Author illam πάντων κτίσιν de creaturis inanimis in hâc ipsâ thesi accipit. At ita liberatio, si diceret translationem in statum meliorem, non tantum cælo, terræ & nobilioribus corporibus esset assignanda, sed cæteris quoque in hoc universo meteoris, brutis, plantis: Adeoque Puccii hæretis in lucem esset revocanda, qui statuit bruta esse resurrectura bestiasque in novâ terrâ futuras; adde quod hujus ἐλευθερίας, quæ scil. non est in meliorem statum translatio, exempla occurrant quotidie etiam in hâc vitâ: sic v. gr. Deus creaturam quandoque liberat, dum scil. impios bonis suis spoliat, dum interitu ac morte in illos agit, dum annonæ penuriâ, & denegatione cibariorum illos punit, ut itaque rectè dicatur, ultimo adventu suo ad iudicium totaliter annihilandas esse creaturas, illamque ἐλευθερίας consecuturas, quæ unâ implicat φθορῆν vel ἀφαισµὸν: Secunda non stringit, tum quia terminus vindicationis à quo est servitus

COR-

corruptionis, sive vinum, quod in hac vitâ serviit ebriis, eoque se ingurgitantibus, non ita liberandum esse à servitute corruptionis, ut planè annihiletur, sed ut abusus tantùm ipsius abstergatur, superstes erit vinum in vitâ æternâ, potabimus cum Mahummedanis, cibusque delicatioribus fruemur in Paradiso illo terrestri, quem fingunt: tùm quia terminus ad quem est quidem libertas, verum non illa, quæ excludit annihilationem, nam liberabitur ita creatura hæc, ut homo per mortem liberatur à servitute peccati, cum  $\phi\theta\rho\alpha$  conjuncti, unde gentiles, qui scilicet nihil post mortem superesse existimant, si quis ex illis moriatur, liberatum esse dicunt à miserâ, ita tamen ut putent, ipsum nil habere reliquum, ipsum corruptum vel annihilatum esse: tùm quia, si  $\alpha\phi\theta\rho\rho\rho\rho$  est terminus ad quem hujus liberationis, non tantùm homo erit  $\alpha\phi\theta\rho\rho\rho$ , sed etiam creaturæ inanimæ, ut loquitur Author. Tertia non valet, nam 1. verba  $\epsilon\iota\varsigma\ \epsilon\lambda\epsilon\upsilon\theta\epsilon\rho\rho$  intelligenda sunt per Hebraïsmum pro  $\epsilon\iota\ \epsilon\lambda\epsilon\upsilon\theta\epsilon\rho\rho$ , tùm quia modus hic permutandi has particulas valdè frequens est, in Scripturâ, sic Matth. 2, 23. dicitur Christum habitasse  $\epsilon\iota\varsigma\ \pi\acute{o}\lambda\iota\upsilon$ , sive  $\epsilon\iota\ \pi\acute{o}\lambda\iota\upsilon$  Nazareth. sic Marc. 1. v. 9. Jesum baptizatũ esse à Johanne  $\epsilon\iota\varsigma\ \tau\acute{o}\nu\ \iota\omicron\rho\rho\delta\acute{\alpha}\nu\eta\iota$ , pro  $\epsilon\iota\ \tau\acute{o}\nu\ \iota\omicron\rho\rho\delta\acute{\alpha}\nu\eta\iota$  Joh. 1, 18. Filius, qui est  $\epsilon\iota\varsigma\ \tau\acute{o}\nu\ \kappa\omicron\lambda\pi\iota$  pro  $\epsilon\iota\ \kappa\omicron\lambda\pi\iota$  sive in sinu: tùm quia Hebræorum  $\beth$  responderet Græcorum  $\epsilon\iota\varsigma$ :  $\beth$  autem nunc, usurpatur pro  $\epsilon\iota$ , nunc pro  $\epsilon\iota\varsigma$ , vid. Matth. 10, 41. Luc. 23, 42. 1. Joh. 4, 2. tùm quia ipse Author agnoscit  $\epsilon\iota\varsigma\ \epsilon\lambda\epsilon\upsilon\theta\epsilon\rho\rho$  positum esse pro  $\epsilon\iota\ \epsilon\lambda\epsilon\upsilon\theta\epsilon\rho\rho$  atque notari tempus, quo liberanda est à vanitate ac corruptione creatura. 2. Simile illud Chrysofomi planè est dissimile, non enim tantùm nutrix nòstri est creatura, sed & objectum abusus, non tantùm est domus nostra hoc universum, sed etiam talis terra, quam terimus, quæ maledicta. 3. Refutat Chrysofomum  $\S$  Turretinum Jacobus Laurentius, qui scribit, *Propositio eis exponitur bñc tripliciter: Chrysofomus interpretatur causaliter, hoc est propter libertatem gloriæ filiorum DEI, nam quemadmodum nutrix, quæ infantem Regis alit, illo ad paternum Thronum eveho,  $\S$  ipsa quoque bonorum fructum percipit, ita  $\S$  creatura. Toletus Jesuita in Commentario interpretatur ad libertatem  $\S$  gloriam filiorum Dei, ut jam non ad corruptionem, sed ad gloriam faciat; Verum optima nobis quæ*

T †

pro-

probata expositio est Theodoret, ut notetur liberationis istius tem-  
 pus, nempe cum ii esse ostenduntur id, quod vocantur, & cum per im-  
 mortalitatem Filii Dei declarati fuerint juxta v. 19. Creatura exspe-  
 dat pater-ntionem filiorum Dei: Ut itaque planum fiat, quid sentiat  
 Apostolus, quomodo non fiet pro mutatione alterativa: Disting-  
 uendum enim est inter liberationem à corruptione & inter li-  
 berationem à servitute corruptionis, illa opponitur interitui  
 substantiali, non autem hæc, quia Apostolus non dicit, creatu-  
 ram esse liberandam à corruptione, eximendam esse annihilatio-  
 ni, sed liberandam à servitute corruptionis, quâ scilicet servire  
 cogebatur contra indolem nativam in hac vitâ hominibus. At  
 hæc liberatio à servitute corruptionis etiam fit per annihilatio-  
 nem, ita enim plenè liberatur creatura à servitute corruptionis.  
 2. Distingendum est inter restaurationem & inter liberatio-  
 nem, non dicitur in textu, restaurandam sed liberandam esse  
 creaturam à servitute corruptionis. At si restauratio non sequa-  
 tur, cujus nullam mentionem facit Paulus, liberabitur creatura  
 per annihilationem. 3. Dicitur liberandam esse creaturam à  
 servitute corruptionis, in libertatem filiorum DEI, aliud autem est, creatu-  
 ram liberandam esse in libertatem filiorum DEI, & aliud est,  
 creaturam ad similitudinem filiorum DEI esse liberandam, prius  
 habetur in textu, de quo quid sentiendum sit, suprâ ex *Jacobo  
 Laurentio* & ipso *Turretino* audivimus, posterius autem non ha-  
 betur, nam non identitas instituitur inter creaturas & filios Dei  
 ratione termini ad quem, sed tantum comparatio & quidem  
 generalis, ut sensus sit, sicut certa est liberatio filiorum DEI à  
 suâ miseriâ & vanitate, cui subjacent in hoc mundo: ita-  
 quoque certam fore creaturarum liberationem, licet in modo  
 liberationis magna sit utrobique dissimilitudo: Si verò quis di-  
 cat, Si per liberationem creaturæ non intelligitur mutatio alte-  
 rativa, verum annihilatio, cum homo quoque sit creatura, cum  
 quoque vanitati sit subiectus, cum cæteris etiam creaturis con-  
 gemiscat, neque ipse mutabitur, ut novas dotes & perfectiones  
 consequatur, sed annihilabitur. Respondemus Paulum non  
 adhuc buisse vocem interitus, utut illum subintellexerit sub vo-  
 cabulo liberationis respectu earum creaturarum corporalium,  
 quæ

quæ annihilari possunt. 2. Liberationis voce usus est, quia voluit usurpare talem phrasin, quæ etiam de homine prædicari posset, & tamen hominis respectu interitui esset opposita, quia secundum Scripturam tunc mortui verè resurgent, & vivi homines, quos dies extremus deprehendet, immutabuntur, nam *μαθαιότης* illa, de qua Paulus loquitur, est *δουλοῦ φροῦν*, cui omnis creatura est subiecta, vel *natura corruptibilitate*, vel *ministerio & officio*, ut loquitur *Aretius in Problematibus Theologicis*. 3. Quia voluit Apostolus persistere in allegoriâ & hyperbole metaphoricâ, quæ creaturis inanimatis, & non rationalibus actus rationales tribuuntur. Siquidem creaturæ nō animatæ vel brutæ si essent sensuum vel rationis capaces præoptarent omnimodam sui annihilationem, quam talem servitutem, quâ nolentes malis hominibus obsequi coguntur. Videatur Disputatio *Philippi Cesaris Calviniani*, quam refutarunt *Theologi Giessenses*.

Ultimum proponitur *Thesi VIII. ex Esa. 65. & 1. dicit: Licet respiciat restitutionem Gentis Judaicae ex Captivitate Babylonis, extendendam tamen esse ad regnum spirituale Messiae: 2. Verba illa Spiritum Sanctum referre ad ἀνακαινώσειν mundi, seculorum sub finem Seculorum: 3. Non annihilationem mundi prioris indigitari, sed mutationem tantum ex 2. Pet. 3. v. 13. Ast 1. non eòusque extendunt oraculum hoc Socii Religionis, Augustus Marloratus, Calvinus & Vatablus: Nam ita commentatur Marloratus: Apertius de regno Christi loquitur, & metaphoricâ ac hyperbolicâ locutione promittit tantam tanque inopinam tribulationem & angustiarum mutationem in improvise restitutionis & liberationis felicitatem, ut propter novam rerum faciem cælum novum, terraque nova, hoc esse novum quid in mundis esse videatur; Calvinus hyperbolicæ dicit esse locutiones, sed non potuisse aliter exprimi tantæ beneficii magnitudinem, quod a adventu Christi exhibendum veniat, & extendendum esse hoc oraculum ad universum Christi regnum, quod ad extremum usque adventum extendi debeat. Denique Vatablus, & non memorabuntur priores, scil. afflictiones. 2. Ponamus hoc oraculum intelligendum esse de immutatione ultimâ, nihil faciet pro Turretino, tùm quia locus allegatus ex 2. Cor. 5. agit non de statu futuro Christianorum, sed de statu maximè præsentis, dicit e-*

nim, si quis est in Christo, est nova creatura, quamprimum est in Christo, quamprimum habet Christum inhabitantem per se. Eph. 3. tum quia novorum cœlorum & novæ terræ fit mentio. At aliud est novum esse, aliud renovatum & immutatum, prius haberetur in textu, non posterius: tum quia dicitur creare novos cœlos novamque terram; At creare nō est restituere vel renovare, sed planè ex nihilo producere vi significationis nativæ primariæ & Rabbīnorum testimoniorum stabilitæ. 3. Si spectemus Locos parallelos, patebit mutationem substantialem indicari, Apoc. 21. dicitur, *vidisse Johannem novum cœlum novamque terram & quidem ita, ut prima terra & mare præterierint.* Si itaque novum cœlum & novam terram vidit Johannes ita, ut præterierint vetus terra & mare, & quidem fugerint à facie ejus, qui sedet in throno, absque inventione loci. Apoc. 20. v. 11. planè annihilata intelligenda sunt, cœlum, terra & mare, quia nihil conspectum Dei fugere potest, nisi per sui non esse, quia, si nullus locus inventus est cœlo & terræ, ipsa quoque hæc corpora cessabunt per sui annihilationem, quod enim nullibi est, non est; Si mare dicitur abiisse, quia scilicet esse desiit, cœlum quoque & terra hæc ratione abierunt, ut scilicet esse desierint: Secundum non concludit, quia falsum est 1. dari renovationem sub finem seculorum, & hæc de causâ Spiritum Sanctum referre hunc locum Esaiæ ad illam renovationem. 2. Non renovationis fit mentio, sed substitutionis, prioribus in nihilum reductis, dicit enim Johannes, se vidisse novum cœlum & novam terram, idque ideò, quia primum cœlum & terra abierint, atque mare ulterius non sit: 3. Locus Esaiæ si intelligatur de mutatione mundi, substantialem potius immutationem insinuat, quàm ut alterativam exprimat, dicitur enim *priora non erunt in memoria, non futuram amplius fore recordationem.* At si priores cœli manerent, si terra, si mare obversarentur hominibus & Angelis, neque omnis recordatio ipsorum atque memoria deleta esse dici posset. Tertium non stringit, tum quia verba Petri jam sunt excussa, exque illis demonstratus interitus substantialis: tum quia cœli novi terræque novæ Paulus quidem mentionem facit, sed non cœli & terræ immutatæ, sed novæ substitutæ: tum quia non necessarium est,

ut



ut verba hæc accipiamus de introductione vel novi cœli vel novæ terræ, quæ creanda, nam an novum cœlum & nova terra sint creanda, non disputamus, relinquimus nos potentiz & sapientiz divinæ, multò minus, de productione ex veteri mundo aut innovatione, sed commodè possunt accipi de status immutatione, quod scil. longè alius status, gloriosus scil. sit successurus veteri, idque patet ex ipso hoc loco Esa. 65. ubi tum ex Nostrorum, tum ex Calvinianorum sententiâ status immutatio designatur, qui scil. successurus umbris V. Testamenti.

### QUESTIO VIII.

Quærit Author, an vita æterna constituenda sit in visione Dei, an in ejus amore & gaudio, & præmittit Thesi I. *levem curam est quæ adorari posse, si modo licet humano penicillo adumbrare tantum bonum, quod nec oculus vidit neq. ascendet in cor hominis, donec nos voti compotes eò ascendamus.* At 1. utique licet adumbrare tantum beatitudinis bonum, nec tantum licet, sed & necessarium est, utile atque jucundum, quòusque revelatio progreditur. At Deus sufficienter nobis in Scriptura revelavit bonum hoc beatitudinis æternæ, ut consequenter sufficiat nobis pro modulo vitæ hujus, quantum revelavit de futurâ. Forſan Author hoc voluit præmittere, ut sterneret viam ad defendendam Thesin X. 2. Respicit in his verbis, quod nec oculus vidit, ad locum Esa. 64. v. 4. & 1. Cor. 2, 9. At 1. verba Esaiz intelliguntur de mysterio incarnationis, quia in hunc sensum Esa. cap. 64. dixit: *Utinam dirumperes cœlos &c.* quibus prosequitur id, quod in præcedentibus tractare cœperat, subjungit enim à *Seculo, non audierunt, neque auribus perceperunt, oculos non vidit, ó Deus absque te, quæ preparasti expectantibus te.* 2. Locus 1. Cor. 2, 9. agit de mysterio incarnationis & crucis, quod appellat sapientiam in mysterio & subdit, sicut scriptum est, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. 3. *Ambrosius, Hieronymus, Theophylactus & Oecumenius* verba Esaiz & Pauli accipiunt de mysterio incarnationis & crucis: verum ut hæc argumenta militare videantur contra *Turretinum*, nec non Interpretes Calvinianos, de quibus videndus *Augustinus Marloratus*, concedimus

tamen, & verba Esaiæ, & verba Pauli non per accommodationem, ut sentit *Balduinus*. sed simpliciter de beatitudine æterna esse intelligenda, neque subscribimus *Vasquezii*, qui ex hoc rejicit sententiam illam de adventu Christi, quia si de incarnatione sermo esset, non diceret, occurristi facienti justitiam cum primâ gratiâ. unde incipit fructus iste, non detur benè laborantibus neque expectantibus, neque querentibus, ut definitum in Concilio Arausicano II. Can. IV, V, VI. nec opus esse existimamus, ut verba 1. Cor. 2. ordinemus, ut *Vasquez* ordinat, ita quam nemo Principum hujus Seculi, r: ferri debere non ad sapientiam in mysterio absconditam, sed ad gloriam nostram, ad quam secundum Latinam & Grecam Lectionem optimè referri potest, ut sensus sit: Loquimur sapientiam scilicet crucis, quam predestinavit Deus ante Secula in gloriam nostram, quam gloriam, æternam scilicet beatitudinem, nemo Principum hujus Seculi cognovit, si enim eam gloriam cognovissent, qualiter scilicet à DEO nobis præparata esset, nunquam Dominum, ipsius hujus gloriæ, scilicet Christum, cujus merito nobis præparata est, crucifixissent, sed sicut scriptum est, de eâ nempe gloriâ, quod oculus non vidit &c. ipsi eam non cognoverunt, subjungit autem statim, nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum: At verò dicendum, conjungi in utroque loco, tum media, tum finem, tum mysteria, tum beatitudinem, quia vita æterna sive beatitudo inchoatur in cognitione mysteriorum, & consumatur in beatitudine. 3. Pauci Patres adducuntur pro sententia incarnationis & crucis, cum magnum catalogum texat *Vasquez* loquentium de beatitudine, & interpretantium hunc locum de illâ, illud autem est *Vasquezii*, quod putat, si sc. intelligamus hunc locum de adventu Christi in carnem, mysterio crucis & beatitudine æternâ, duplicem sensum literalem esse admittendum, cum tamen non duplex sensus literalis sit admittendus, ubi objectum representatur tum sub initio, tum sub consummatione; 7. Dicit, non ascendisse in cor hominis neq; ascensurum, atque eo ipso videtur, velle Paulum non gavisum fuisse beatitudine in raptu, non vidisse Deum in gloriâ, cum tamen dicat, se fuisse raptum in cœlum, in Paradisum, & audivisse *apostolus* 2. Cor. 12. non quod statuamus, permanenter gavisum fuisse beatitudine, sed per modum actus transeuntis.

Th. V.

Th. V. Dicit Author 1. Si queratur alterius, cujusnam facultatis anima sit operatio, an intellectus, an voluntatis? Scholasticos hic in partes abire. 2. Utrosque in eo peccare, quod conjungenda dividant, & seorsim sitam esse velint felicitatem, vel in visione, vel in amore. 3. In visione cum charitate esse collocandam, quod Scriptura doceat, cum eam modò per visionem, modò per charitatem & omni modam sanctitatem describit, allegatque in confirmationem locum 1. Joh. 4. 1. Cor. 13. At 1. Thomistæ, qui beatitudinem formalem tribuunt intellectui, & volunt esse visionem DEI, non contemnendis nituntur argumentis, tum ex parte potentiz, quæ est intellectus, quem nobiliorem esse voluntate aliquot argumentis probat *Johannes à Rhadâ controu. xii. artic. 2.* tum ex parte actus, quia Scriptura ubicunque loquitur de beatitudine, principaliter visionis titulum adhibet, Matth. 5. 1. Cor. 13. & 1. Johan. 3. tum ex parte comparationis cum Angelis, dicimur enim in æterna vita fore *καταλλους*, de Angelis verò dicit ipse Christus, quod *ἀλλήλους* faciem videant Patris celestis Matth. 18. quæ ipso exprimit beatitudinem & confirmationem in illa Angelorum. 2. Thomistæ & Scotistæ arguit, quod scilicet dividant conjungenda, dum Thomistæ dicant, beatitudinem consistere in visione Dei, adeoque actu intellectus; Scotistæ verò in amore, adeoque in actu voluntatis. Ast meliori viâ hæc controversia potest expediri, aut enim beatitudo accipitur in tota sua latitudine, atque sic dicit statum omnium bonorum aggregatione perfectum, aut potest accipi principaliter pro basi, fundamento & primâ radice beatitudinis; Priori modo si accipiatur, includit utique etiam actus voluntatis, amorem secundum Scotistas, & gaudium secundum *Ferretium*; posteriori verò modo si accipiatur, non malè dicunt Thomistæ, consistere illam in visione DEI, nec tam absurdi unquam fuerunt Thomistæ, ut excluderent amorem, lætitiâ, delectationemque corporis, sed in radicem inquisiverunt, unde primò beatitudo prodeat, de consequentibus verò illam & integrantibus post visionem assertam dispurarunt. 2. Sententiam suam non probat, nam si Scriptura modò per visionem modò per charitatem beatitudinem describit, consequens non est, beatitudinem partim in visione Dei, partim in charitate consistere, scilicet

*formaliter, primario, & equaliter*, neque enim Scriptura, si concederemus, eam exponere beatitudinem per visionem & charitatem, de quo in sequentibus, probaret charitatem *equaliter* esse beatitudinem atque visionem: tum quia Scriptura ubiubi mentionem facit beatitudinis directè in V. & Novo Testamento, visionem nobis commendat, Psalm. 17. Job. 19. locisque allegatis ex N. Testamento, tum quia ipsimet concedere coguntur, visionem precedere amorem, cum ignoti nulla sit cupido, adeoque beatitudinem *radicaliter* esse collocandam in visione DEI: tum quia in hac vitâ Christiani primùm concipiunt fidem, quæ in Lumine intellectus consistit & notitiâ, deinde demum charitatem subsequenter habent; cum itaque status patris successurus sit statui viæ, ut in hoc fides fuit radix charitatis, ita quoque in alterâ vitâ radix charitatis erit visio Dei. 2. Dicitur 1. Joh. 4. non evincit, quod intendit Author, dicitur enim, *Deus est charitas, & qui manet in charitate, manet in Deo*. At quomodo dicatur Deus charitas, ab ipsis Calvinianis controversitur, Franciscus Gomarus dicit, *metonymicè vocari charitatem fontem charitatis perfectissimâ charitate præditum, quem imitantur quicumque verâ fide Deum nôrunt vers. 8*. At si Deus *causaliter* est charitas, & illi manent in charitate, quicumque verâ fide Deum nôrunt, non beatitudo futuræ vitæ per permanentiam in charitate designabitur, sed beatitudo hujus vitæ, ubi fidei nexus nos jungit Deo, notabitur. β. Deus dicitur charitas non tantum *causaliter* sed & *essentialiter*, adeoque *definitivè*, ut patet tum ex cap. 1. ubi Deus dicitur Lux, & sicut ignis est flammæ iræ spirans adversus damnatos, ita charitas ardens est, amoris quædam flamma erga beatos: Tum quia B. noster Lutherus Tomo VI. Jen. scribit: *Gott ist selbst die Lieb / und sein Wesen ist eitel Lieb / daß / wann jemand Gott mahlend traffe / so müste er ein solch Bild treffen / das eitel Liebe wäre / als seye die Göttliche Natur nichts / dann ein Feuer-Ofen und Brunst solcher Liebe / die Himmel und Erden füllet*: Tum quia ex Pontificiis Cornelius à Lapide in Commentario ad hæc verba scribit: *Ergò Deus charitas, quasi flamma spiritualis omnes inflammans, & quasi lumen ubique resplendens & omnia illuminans, atque in antecedentibus, nota, inquit, Deus est formalis charitas in se, causalis*

in nobis, quia scilicet eum causat & in nobis producit. Non itaque de charitate creatâ Johannes agit, de habitu infuso, quo nos Deum diligimus, in quâ charitate consistat vita æternâ, sed de divino affectu, de charitate illâ, quâ Deus nos diligit. γ. Johannes dicit, qui permanet in charitate, permanet in DEO. At manere in charitate, non est manere in illâ charitate, quæ incipit in nobis in hâc vitâ, & protenditur in alteram, sed manere in charitate, est manere in amore DEI, quo nos diligit, quo nobis benè vult, quo Filium nobis misit, & donavit Spiritum: ut patet ex collatione Eph. 3, 17. Tum ex ipso Thomâ, qui, observante Flaccio, intelligit charitatem DEI erga nos, non nostrum: Tum ex Interpretibus orthodoxis, qui scilicet per permanentiam in charitate attributum quoddam intelligunt fidelium in hâc vitâ, quemadmodum antecedentia & consequentia capitis hujus satis luculenter ostendunt. 3. Quod locum concernit, 1. Cor. 13, v. 13. non agit ille de charitate nostra, quæ futura sit in alterâ vitâ, sed de charitatis habitu, qui hoc tempore & in hâc mortalitate invenitur in Christianis, quod ipsum patet, tum ex eo, quia dicitur *νυνὶ δὲ*, nunc autem hoc tempore manet charitas: tum ex eo, quia cùm fide & spe connectitur, atque dicitur, nunc autem in præsentî vitâ manet fides, spes & charitas, ut itaque fides & spes huic vitæ transcribuntur, ita quoq; charitas: Tum ex eo, quia opponuntur hæ virtutes, dono linguarum, miraculorum & Prophetiæ, quæ in Ecclesiâ cessabunt, quæ ad alterum ordinantur ædificium, dum in Ecclesiâ militante verò manet fides, spes & charitas, ideoque in tertio perpetuitatis opponuntur *χαρισματι* transitoriis, si autem ad hanc vitam restringuntur hæ virtutes, quomodo qualitas hic intelligi poterit futuræ vitæ? b) Quid si diceremus charitatem planè esse cessaturam etiam in alterâ vitâ, sanè hoc ipsum non tam absurdum esset, ut non posset defendi, faceret pro nobis *Commentarius Erasmi*, qui scribit, *Apostolus hic agit non de charitate totâ, quâ diligimus Deum, super omnia, & proximum propter Deum, sed de unâ tantum functione charitatis, quâ studemus prodesse proximo*: Arguit hoc totius hujus Disputationis tenor, in quâ nulla mentio de dilectione DEI, sed huc tantum spectat, ut, quodcumque donum aliquis acce-

U †

acce-

acceperit à DEO, conferat ad utilitatem proximi, licet proximi vera charitas non separetur à charitate Dei, ex quâ nascitur, fortassis & eadem est, eumque vult, qui linguis loquitur, tacere in Ecclesiâ, nisi sit, qui interpretetur, nec Interpretem probat. nisi adsit Propheta, qui sensum mysticum enarret, nec Prophetam probat, nisi, quod suggestit Spiritus, proferat ad ædificationem Ecclesiæ citra contentionem acquisiti, hæc autem functio charitatis cessabit apud superos; ubi nullus erit, qui alterius officio desideret adjuvari, cum in hâc vitâ nullus sit, qui non egeat auxilio proximi, & quia forsan quidam præsidium suæ sententiæ pro perpetuitate charitatis petunt ex antecedentibus, & robore volunt hanc suam Interpretationem ex eo, quod Paulus dicit, *Charitas nunquam excidit*, ideoque & illud necessarium non est, ut intelligamus de perpetuitate, extendente sese ad beatitudinem æternam; Habetur enim in Græco ἐκπίσθη, h. e. nunquam cessat, ubique prodest, ubique est usui, ut crescat indes, atque operosa sit hoc in tempore: dum scil. spatium habemus benè operandi secundum illud, Gal. 6, 10. c) *Turretinus* noster Locum hunc exponens de charitatis perpetuitate, fortè respexit ad antiquiores, & putavit mansuram esse charitatem: tum ex eo, quia legitur *νυνὶ δὲ*, quod non est vocabulum tempus designans, sed oppositionem, ac exponi potest per atqui, ut ex Rom. 3, 21. c. 5, 11. patet, nec non ex 1. Corinth. 12, 18, 20. adeoque sensus erit, quamvis transeant *χαρισμάτων* extraordinaria, manent tamen hæc usque in æternitatem, & quidem corroboratur, quia non legitur *ἀεὶ*, neque opponitur *τότε*, quemadmodum in versu præcedente, ubi dicitur, *videmus ἀεὶ*, nunc per speculum in enigmate, *τότε*, tunc autem à facie ad faciem, *ἀεὶ* nunc cognosco ex parte, *τότε* tunc verò cognoscam, sicuti sum cognitus: tum quia Syrus Interpres antiquissimus simpliciter vertit; Tria autem sunt, quæ manent, fides, & spes, & charitas: tum quia Patres antiqui hunc locum acceperunt, ac si sensus esset, tria ista mansura esse etiam in altero Seculo. *Irenæus adversus hæreticos lib. 2. cap. 47. rursus lib. 4. cap. 25. Tertullianus de Pat. cap. 12. Photius apud Oecumenium*; quamvis autem hæc militare videantur pro nostro Authore, non tamen sufficienter concludunt,

NON

non tantùm quia particulare est, particulam *vivi* habere se oppositivè, sed etiam quia ipse textus evincit, agi de Seculo presentis: Dixerat enim *χαρισματα* esse transitura, atque hoc vult, interim mansura esse hæc tria, tanquam prorsus necessaria Christiano etiam in hâc vitâ, cùm illa *χαρισματα* faciant ad ædificationem aliorum: Tùm quia Syrus Interpres, antiquissimus equidem, non hîc est attendendus, sed potius significatio nativa *νῦν*, nunc: Tùm quia Patribus possumus opponere in certamine cum Turretino ipsos Calvinianos Interpretes, Beza enim apertè, τὸ *νῦν*, ἔστιν ὁππότε, i. e. presentis vitæ conditionem cùm futurâ, redit enim ad institutum, aut potius disputatione concludit, ac si dicat, ea igitur tùm erit nostra conditio, ut verò nunc sumus, tria vobis adsunt & necessariò manent, si modò Christi sumus, inter quæ rursus excellit *charitas*, utitur autem nî fallor vocabulo manendi, ut hæc dona distinguat ab aliis, quæ videlicet cum religione necessariò non coherent, nec sunt, ut ita dicam substantialia; Consimiliter Musculus, nec non Piscator, qui vocabulum NUNC exponit de hâc vitâ, TUNC de alterâ &c. Statuit Author: Deum sive divinam essentiam oculis corporeis nec visum iri, nec videri posse quoque in alterâ vitâ; urget probationis ergò invisibilitatem DEI & simplicitatem. Tandem 3. concludit, nec essentiam videri posse, nec partem. At 1. Author non tantùm disputat contra visionem, quæ fit per oculos corporeos, sed etiam thesi XIV. dubitat de visione intellectuâli, an anima ipsam Dei essentiam immediatè sit visura, an ejus tantùm aliquod *ἀπαύγασμα*, sive fulgorem & gloriam alteri vitæ convenientem, tùm quia Scriptura hoc nobis non aperiat, tùm quia Deus, de cujus visione agitur, Lucem habitet inaccessibilem, tùm quia inter finitum & infinitum intercedat proportio & distantia summa, adeoque probabiliorem sententiam videri sibi, quæ asserit Dei essentiam immediatè à Beatis attingi non posse. 2. Hæc sententia quæ negat Deum attingi posse etiam in alterâ vitâ visione intellectuâli damnata est ut hæretica in Concilio Florentino & Viennensi. 3. Armachanus tribuit hanc sententiam Armenis lib. xiv. Quæstionum & recentioribus Græcis, qui sc. existimant Deum secundùm essentiam suam non posse clarè videri, nec à beatis videndum, sed tantùm per quandam illius simi-

Veritatem aut lucem à Deo datam, quamvis autem non tantùm  
*Armacbanus*, sed etiam *Alphonsus à Castro*, *Gabriel & Capreolus*  
 hunc errorem tribuat Armenis, *Nicephorus* tamen Errores Ar-  
 menorum recensens hunc non refert inter illos, imò *Nicolas*  
*Sanderus* 1. 7. de *visibili Monarch* à hunc solùm errorem Armeno-  
 rum fuisse dicit, quod statuerint, ante diem *Judicii Deum* à *beatiss*  
*non videri*: Quapropter Scholastici Doctores omissis Armenis  
 Græcisque Recentioribus hunc errorem referunt demum ad  
*Abaliardum*, quem secutus *Arnoldus Brixienfis* & *Almericus* tem-  
 pore *Innocentii III.* Quanquam autem hæreticum sit hoc ipsum  
 secundum Pontificios, erroneum secundum Lutheranos, non  
 tamen præsidio videtur destitui sententia *Calvinianorum & Tur-*  
*retini* in Antiquitate, nam ejusdem sententiæ constat fuisse *Chry-*  
*sostomum*, *Homil. XIV. in Johannem*, *Isidorum* in cap. 4. *Exodi*: *Greg.*  
*Nysseum* libro de *Beatitudine*, *Cyrium Alexandrinum* lib. 1. in  
*Johannem* cap. 22. *Theodoretum* in *Dialogo*, *Epiphanium* & *Ambro-*  
*sium*, nec non *Hieronymum*, ut proinde magnum pondus accede-  
 re videatur huic sententiæ ex antiquitate; Imò *Gabriel Vasquez*  
 in 1. *Thomæ* tribuit hanc sententiam omnibus hisce Patribus al-  
 legatis, atque loca singula excutit atque docet, illos in hâc opi-  
 nione fuisse; Verum 1. an *Abaliardus* fuerit in hâc sententiâ evi-  
 denter nondum constat, cum *Vasquez* testetur, se non in Epi-  
 stolâ illâ, quæ ex *Bernbardo* allegatur, invenire potuisse, nec ali-  
 bi, quod hæc sententia fuerit *Abaliardi*, quin imò cum in Epi-  
 stolâ 189. referat Errores *Abaliardi*, inter illos hunc non recen-  
 set. 2. Quod attinet Patres, illi non facere videntur pro hâc sen-  
 tentiâ; non *Chrysostomus*, quia agit de *visione comprehensivâ*,  
 quam & nos negamus beatis obventuram in alterâ vitâ; non  
*Isidorus*, quia de Angelis loquitur, eisque negat tantum inte-  
 gram & perfectissimam visionem, ubi quis omnia videt, ita  
 ut nihil lateat videntem, quam & nos beatis negamus in alterâ  
 vitâ: *Gregorius Nysseus* dicit, DEI substantiam esse invisibilem,  
 nisi per effectus quosdam & similitudines, atq; subjungit, Deum  
 videre, esse idem ac habere Deum, adeoq; loquitur de *visione cœr-*  
*porali*, de quâ in thesi XIV. At de hoc non est Disputatio, neque  
 facit pro Authore, nisi quantum ad thesin X. *Cyrius Alexan-*  
*drius*



drinus scribit, soli consubstantiali Filio Pater visibilis est, & nulli præter eum patet: adeoque loquitur de illâ visione, quâ scilicet Patrem videt, facientem & ipse facit per essentiz identitatem, Joh. 5, v. 19. Ast nec nos beatis tribuimus hanc visionem, alio autem in loco, ubi dicit, ab operibus præstantior in gloria unigenitum ceteris demonstratur, sed aciem oculorum hominum tanquam Deum effugiens, quia omnem superat creaturam idcirco increatus, i. e. Deum esse & intelligitur & glorificatur. Idem de visione fundata in Essentiz identitate est exponendus, quanquam sint ex Pontificiis, qui intelligant de visione animæ Christi, & etiam in hoc sensu benè dici existiment, quod Pater soli consubstantiali Filio visibilis sit Deo. Convenienter. Theodoretus verba intelligēda sunt partim de visione Dei comprehensivâ, quod ex eo patet, quia utitur vocabulis circumscribi, comprehendi, & mente percipi sive adæquatè capi; Partim de visione corporali & aspectu oculorum, quo quidem in sensu facit pro thesi X. nostri Authoris. Epiphanius & Ambrosius planè non fuerunt in hoc errore, idque ex eo constat, quod loca Scripturæ, quæ testantur, Deum non videri posse, explicent de viribus Naturæ, quod scilicet per naturalem aliquam Qualitatem homini propriam non possit videri Deus: Superest Hieronymus, qui ita scribit: Homo DEI faciem videre non potest, Angeli autem etiam minimorum in Ecclesiâ semper vident faciem, & nunc in speculo videmus atque in enigmate, tunc autem à facie ad faciem, quando de hominibus in Angelos profecerimus, licet faciem Dei juxta Naturæ suæ proprietatem nulla creatura videat & tunc mente cernatur, quando invisibilis cernitur: sed loquitur Hieronymus de homine existente in hac vitâ mortali, cum concedat Angelos & homines, qui profecerint ad *ἰουγυλίας* videre faciem Dei: b) Cùm dicit, juxta Naturæ suæ proprietatem nullam creaturam videre Deum, hoc vult, Deum non videri secundum infinitudinem suam, quæ Dei est proprietas. c) Si prædicta verba referantur ad creaturam, ut videntur referenda, manifesta sunt, quia creatura non habet ex Naturæ proprietate, quod Deum videat, sed hoc habet ex Lumine gloriæ. Gabriel Vasquez male audit apud Socios religionis, quod Patres hos adduxerit: atque ita in hunc sensum exposuerit, qui saveat Armenis, Ab-

*uardo, Arnuldo & Almerico. cum potius debuisset vindicare ad exemplum suorum antecessorum, inprimis Thomæ Aquinatis: Hisce suppositis Primùm est examinanda thesis XIII. quæ agit contra visionem intellectualem, deinde progrediendum ad thesin X. quæ de visione corporali tractat, cum longè minus probabilis sit sententia Calvinianis, quæ statuit, Deum etiam per oculos corporeos videndum esse in altera vita, quàm illa, quæ asserit, mente & visione intellectuali nos Deum attacturos, præprimis cum visionem intellectualem non negent omnes Calviniani, sed defendant quidam, & maximè quidem Antonius Walæus, in Locis communibus, pag. 523. 524. qui tantùm agit contra visionem illam, quæ futura à nobis esse dicitur per oculos corporeos. Argumenta autem Turretini non concludunt, non Primum, quod Scriptura non nobis aperiat, an scil. Dei essentiam simus visuri, an verò tantùm ἀπαύγασμα quoddam, splendorem & gloriam vitæ alteri convenientem, Nam 1. Antonius Walæus Scripturam aperire apertè docet, dum scil. scribit: Visio, in quâ beatitudo futuræ vitæ consistit, opponitur ab Apostolo 1. Cor. 13. 9. conditioni, quæ ex parte est, & disertè per cognitionem perfectam explicatur, in quibus verbis cognitio, quæ ex parte dicta est, expressè visio, quæ est ex parte, nominatur; unde sequitur & sequentia verba quæ de visione perfectâ, sive de facie ad faciem agunt, etiam significare cognitionem perfectam, tunc autem à facie ad faciem cernemus, explicatur in sequentibus: nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam prout cognitus fuero. 2. Si inhæreamus loco huic ex visceribus textus satis luculenter apparet, nos Deum visuros esse secundùm essentiam & non tantùm secundùm speculum fulgorem, partim ex eo, quia dixit, nunc videmus per speculum in ænigmate, non per speculatorium & perspicillum ut vult Casetanus, cum senes utantur istiusmodi perspectoriiis, ut clarius videant rem objectam, scopus autem Apostoli est docere non in hac sed in alterâ vitâ nobis obventuram claram visionem, sed per speculum in ænigmate hoc est per transfennam & cancellos, quasi diceret, procul, summatim; huic autem visioni opponit visionem alterius vitæ, sicut igitur per visionem specularem & ænigmaticam & difficultatem & obscuritatem nostræ cognitionis in hac vitâ designat,*

ita

ita vi oppositionis in alterâ vitâ non tantum facilitatem sed & claritatem visionis designat: Partim quia dicit, *nos in hac vitâ speculariter & enigmatice videre*, tunc autem de facie ad faciem, quamvis autem phrasis hæc non semper inferat claram Dei visionem, sed quandoque symbolicam, hîc tamen claram mysteriorum & consequenter Trinitatis cognitionem designat, dum scil. ita visuri sumus clarè, & Deum & mysteria, sicut est in seipso, ut facies hominis clarâ Luce faciem alterius è regione consistentis videre solet, & ab ipsâ videri: Partim quia dicitur nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum, sive itaque cognitionem ex parte interpretemur de cognitione ratione quantitatis aut qualitatis, oppositio docet, quod scil. tunc omnia mysteria, adedque mysterium quoque Trinitatis & quidem perfectè, si ad qualitatem referatur, cognituros simili cognitione, quâ Deus nos ab æterno cognovit, clarâ scil., sicut nos sumus, non tamen æquali, DEUS enim me & omnes creaturas cognoscendo comprehendit, ipse tamen ab omni creaturâ incomprehensibilis est, unde non dicit, quantus cognitus sum, sed sicut cognitus sum, rectè observante *Cajetano*: Adde quod Apostolus, qui in tertium cœlum raptus est, & audivit *ἀήθητα*, stilum nunc ita temperat, ut cum in plurali locutus fuerit, *βλέπομεν*, videmus, jam in singulari loquatur, *ἀεθηνώσω*, nunc cognosco, & quidem ita ut opponat vialem hanc cognitionem supereminenti in alterâ vitâ, non enim adhibet verbum *γενώσω*, sed *ἐπιγνώσω* per epithesin, per designationem amplioris, intensioris & perfectioris cognitionis in alterâ vitâ. 3. Eiusdem sententiæ nobiscum sunt *Ambrosius*, *Augustinus*, ex Patribus Latinis, & *Theophylactus* ex Græcis. Ostendimus itaq; tum ex Calvinianis, tum ex textu ipso visionem ipsius Dei, quantum autem attinet fulgorem & gloriam alteri vitæ convenientem. Respondemus potius a) Scripturam non aperire istiusmodi fulgorem & gloriam: b) *ἀπαύλασμα* nullibi in universâ Scripturâ N. Testamenti occurrit, nisi de Filio coessentiali, Hebr. 1. Denique c) si visuri sumus Deum in fulgore, in splendore, videbimus Patrem in Filio, adeoque visio nostra terminabitur non in fulgore quodam dimanante à Deo, sed in fulgore essentiali videndo

dendo Filium, & consequenter Patrem cum Spiritu Sancto. Secundum non concludit, *quod visio DEI sit ex illorum genere, quæ nec oculus vidit* &c. tùm quia demonstravimus locum hunc 1. Cor. 2. agere de mysteriis non tantùm incarnationis, passionis & mortis Christi, sed etiam de mysteriis vitæ æternæ. Si itaque ex eo capite impugnatur visio Dei in alterâ vitâ, impugnari quoq; poterit cognitio mysteriorû incarnationis, passionis in hoc Seculo, tùm quia confestim additur, illa, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, Deum revelasse nobis, scil. Apostolis, vel si indefinite accipimus, ut sequentia suadent, nobis Christianis: tùm quia dicitur Deum revelasse nobis hæc mysteria per Spiritum Sanctum, adeoque in verbo, utpote qui Spiritus ducturus in omnem veritatem promissus legitur, Joh. 16, 13. Tertium non concludit: *Quod scil. de illius visione agatur, qui lucem habet inaccessibilem, quam nemo hominum vidit, nec videre potest, ex 1. Tim. 6, v. 16.* nam in quocunq; fundet suam assertionem, non stringet, sive in luce, sive in inaccessibilitate, sive in negatione, visionis, vel actualis, vel possibilis; nam 1. quod lucem attinet, dicitur Deus inhabitare illam, ex quo videtur Authorem supponere, aliud esse Deum inhabitantem, & aliud esse lucem inhabitatam, tanquam domicilium Dei, quam lucem inhabitatam, quem fulgorem dimanantem nos in alterâ vitâ sumus visuri. At ut non tantùm dicam, distinxisse quosdam veteres lucem hanc ab ipso Deo & dixisse, quod constet ex quintâ quâdam essentiâ, quemadmodum refert *Ambrosius lib. 2. de Abrahamo c. 8.* ut non dicam hanc sententiam adoptasse Photinianos, maximè *Moschorovium tract. de Baptismo contra Schmigleciū c. 3.* Validissimè hæc sententia refutatur, tùm ex eo, quia hic fulgor, hæc lux aut est increata, aut creata, Deo vel major, vel minor, vel æqualis? Si increata, erit ipse Deus: Si creata, ergo habitaculum Dei erit creatura: Si Major est Deo, infinito aliquid dabitur majus: Si Minor est, in ordinem creaturarum erit referenda: Si æqualis iterum ipse Deus, qui lux dicitur 1. Joh. 1. tùm quia non potest colligi, lucem esse habitaculum Dei, nisi velimus etiam colligere tenebras & caliginem esse habitaculum Dei, quia dicitur *Pf. 18. Deum tenebras posuisse latibulum suum, & Psalm. 97, 2. Nubes* & sali-

*caliginem esse in circuitu ipsius: tum quia Deus dicitur, amicus esse lumine ut vestimento, Psalm. 104. Ergo & habitaculum habebit lucem, & vestimentum, adeoque idem erunt habitaculum & vestimentum: Quapropter dicendum, Deum habitare lucem inaccessam non per localem propinquitatem, sed per intimam identitatem, idque patet, tum ex eo, quia ipse dicitur Lux, 1. Joh. 1. tum ex eo, quia Apoc. 21. ubi descriptio habetur vitæ æternæ, lucem nullam conspici dicitur in cœlesti Hierosolymâ præter Deum & Agnum: tum quia Ambrosius explicavit hoc, scribens: *16. notus in te permanes, maxime enim tibi quis habitare dicitur, ubi semper est, & unde nunquam recedit.* Quocirca etiam Augustinus lucem, inquit, inhabitat non creatam aliquam sed increatam suam essentiam, in quâ luce Deus erat, antequam lucem, quam cernimus, foret. Nec illud facit pro Turretino de inaccessibilitate hujus lucis: partim, quia si lux hæc est inaccessibleis & distincta à Deo, adeoque domicilium ejus, neque Deus videbitur in fulgore, in splendore ab ipso dimanante, cum hæc lux dicatur inaccessibleis, adeoque videri non posse: Partim, quia per illud attributum inaccessibleitatis aut notabitur ipse Deus, aut aliquid extra Deum, si prius, cadet distinctio inter habitantem & habitaculum, si posterius, ergo creatura quædam erit inaccessibleis, omne enim quod est extra Deum, est productum à Deo: Partim, quia illam inaccessibleitatem jam explicavit Augustinus, scribens: *Deus est inaccessibleis viribus nostris, non muneribus suis, nam mundi corde per gratiam Dei videbunt Deum, & intra spheram visionis accedent: Tandem non illud stringit, quod ex visionis actualis & possibilis negatione deprimitur. Nam hoc non simpliciter & absolute, sed secundum quid & limitate est accipiendum, tantum disputari potest quomodo Paulus illud dicat, sunt quidam Interpretes, qui intelligunt de visione illâ, quæ fit oculis corporeis; alii intelligunt hunc locum de visione comprehensivâ. Denique sunt, qui de visione in hoc Seculo, in hac mortali vitâ locum hunc accipiunt & interpretantur. Præmi ex eo capite rejiciuntur, quia sic Apostolus nihil peculiare, nihil singulare, nihil eximium de Deo enuntiaret, cum tamen scopus sit illius deprædicandi & glorificandi Deum, sic enim Angeli quoque & animæ oculis corporeis videri nequeunt, imò non tantum**

tùm Spiritus, sed etiam corpora, aër, cœlum &c. imò quàm plurima accidentia: Secunda quoque Expositio non consistit, quia loquitur Apostolus peculiariter de hominibus, velut Angelos nolens comprehendere, utpote *qui semper vident faciem Patris cœlestis Matth. 18.* constat autem nec ab Angelis videri Deum *comprehensivè*, quapropter tertia expositio videtur esse genuina, tùm quia convenit cum loco Joh. 1. 18. tùm quia ita exponunt Patres Græci ferè in universum: tùm quia ex Latinis ita quoque accipit Augustinus l. 3. *contra Maximinum c. 9. § 12.* nec non super *Psal. 118. concione vi.* Non itaque probabilior est sententia, quæ asserit Dei essentiam immediatè à beatis non posse attingi, ut videatur, sicut est, propter summam, quæ inter finitum & infinitum intercedit, disproportionem & distantiam, sed probabilior opposita; tùm quia, si obstabit dispropertio & distantia, visioni intellectuali nec in hâc vitâ videbimus mysteria & consequenter Deum in speculo & in ænigmate, quod Paulus tamen diserrè enuntiat, 1. Cor. 13. tùm quia non attendenda est dispropertio & distantia inter videntem & objectum visus, cum alias sequeretur, homines mortales & corporeos non posse visione intellectuali attingere Spiritum sive Angelum atque cognoscere: tùm quia aliud est proportio *Mathematica*, aliud proportio quasi *Physica* inter potentiam & objectum, concedimus non dari proportionem *Mathematicam* inter hominem & DEUM, interim tamen locum habet proportio *Physica*, quæ est inter potentiam & objectum, inter intellectum & intelligibile. Refutat Argumentum nostrum, dicens: *Neque quod dicitur de visione faciei ad faciem obstat, cum notet tantum clariorem cognitionis divine modum præ cognitione fidei.* At verò maximè obstat, partim quia jam excussum est, quid phrasis illa visionis faciei ad faciem intimet: Partim quia dicimur visuri seposito speculo, absterfo ænigmate in alterâ vitâ. At si visio specularis & ænigmatica dicit *visionem abstractivam*, cum opponatur illi *intuitiva*, sepositâ & abstersâ *abstractivâ visione*, gaudebimus *intuitivâ* in alterâ vitâ: Partim quia non tantum clarior cognitio obtinebit in alterâ vitâ, nam etiam in hâc vitâ gradus dantur cognitionis *abstractivæ*; Longè enim clariorem notitiam habet Theologus.

logus de rebus divinis, quàm infimus de plebe, sed etiam *specificè* diversa, eo ipso, quo gradualis in hâc vitâ in diversis individuis datur.

Hiscè suppositis regredimur ad thesin X. atque examinamus assertionem quam proponit, nempe *Deum sive essentiam divinam oculis corporeis nec visum iri, nec videri posse*. Sanè contrariam sententiam ex nostris Theologis *Chytræus in loco de vitâ & morte*, *Schilterus in Disp. de vitâ eternâ*, *Cramerus, in tract. de sublimi corporis glorificati mysterio c. 16. pag. 137.* propugnarunt & cum illis recentiores nostri Theologi, quapropter tantùm dispicimus, quibus Argumentis & Authoritatibus ista sententia roboretur; Proponimus autem 1. Argumentum quoddam generale, petitum ex principio, modo & objecto visionis: Nam  $\alpha$ ) si spectemus principium visionis, animam nostram, si non est impossibile, illam gaudere facultatibus materialibus, sensitivis & vegetativis, illas quoque eminenter continere ex ipsâ creatione & nativâ indole, quomodo impossibile erit, ut id quod eminenter facultates materiales continet, non possit attingere objectum spirituale? Si enim Spiritus ille in nobis potest sensitivas & vegetativas actiones elicere, quomodo non poterit sensitiva potentia versare circa Objectum spirituale, anne major est distantia Spiritus & materialis operationis? an verò potentix materialis ad objectum spirituale collatum? quid, quod visionis hujus principium non tantùm sit anima, sed totum suppositum, homo constans ex anima & corpore, de quo ipso corpore affirmat Author quæstione seq. IX. quod proprietas futura sit spiritualitas, 1. Cor. 15, 45. Si itaque spirituale corpus opponitur animali, & animale in hâc vitâ non vidit Deum per essentiam, vi oppositionis ex dote spiritualitatis in alterâ vitâ videbit Deum per essentiam; sanè ipse Author spirituale dicit corpus nostrum, quod præditum est qualitatibus spiritualibus, spiritualitatem istam, dicit competere corpori ratione Qualitatum: Si spectemus  $\beta$ ) modû visionis, faciet ille pro nostra sententia, nam nullus sensus in hâc vitâ tam egregiè respondet Spiritui ejusque operationi, quàm visio, quæ est operatio subtilissima & intentionalis, est momentanea, est tot objectorum diversissimorum etiam, quæ uno

ictu oculi excipiuntur. Si itaque Deus in hac vitâ oculum in-  
 struxit tam perfecto modo, tantâ facultate, quâ operationes in-  
 tellectuales elicit, quantò magis Deus in alterâ vitâ modum vi-  
 sionis elevare poterit, ut etiam spirituale objectum excipiat: Si  
 denique  $\gamma$ ) objectum ipsum consideremus, sanè in alterâ vitâ  
 spectabimus Angelos, spectabimus Christum, spectabimus bea-  
 tos, Societas enim erit inter concives, Respublica inter beatos,  
 absurdissimum autem est, dari Societatem quandam, in qua nul-  
 lus alterum videat & cum ipso conversetur. Si verò Angelorum  
 Socii erimus, cum ipsis conversabimur, videbimus Angelos, &  
 per consequens objectum spirituale non erit extra sphæram cor-  
 potæ visionis: Si Christum videbimus non tantum ut homi-  
 nem, sed etiam ut Deum, visio nostra attinget non tantum ho-  
 minem, sed & Deum ipsum: Si denique videbimus beatos So-  
 cios & proximum nostrum, cum beati habituri sint corpora  
 spiritualia, intra latitudinem objectivam nostræ visionis per o-  
 culos corporeos erit quoq; supernaturale quid, spirituale quid,  
 quod in hac vitâ oculo corporeo non potuit attingi. 2. Si Do-  
 ctiores Pontificios consulamus, non tantum *Franciscus Suarez*,  
*Martinus Becanus*, ille quidem Tomo II. *Disp. 30. Artic. 11. num.*  
*2.* asserit in genere & disputat: *si consideretur visus, ut est creatura*  
*quædam Deo subjecta, per potentiam obedientialem posse eum à Deo*  
*assumi tanquam instrumentum ad producendum quemcunq; effectum, qui*  
*non indiget principio vitali in sui productione: sed etiam in specie*  
*ipse Rodericus ab Arriaga non tantum disputat in *Physicis Disp. 5.**  
*de potentiis materialibus Sect. 2. sed etiam Tomo I. Theologiæ suæ*  
*Disp. 6. par. 2. Sect. 1. Possibilem esse potentiam materialem cognos-*  
*citivam objecti spiritualis; & quidem in *Disp. de Potentiis mate-**  
*riabilibus 6, argumenta in contrarium adducit & resolvit, atque ad*  
*ultimum, quod si esset possibilis potentia materialis cognoscitiva ob-*  
*jecti spiritualis, posset etiam esse cognoscitiva Dei, quod absurdum,*  
*respondet tripliciter: & in secunda dicit; Forte non repugnare po-*  
*tentiam materialem adeò perfectam, ut elevata possit videre Deum,*  
*neque enim adeò excedit impenetrabilitas (in quâ collocat forma-*  
*lem rationem materialitatis) penetrabilitatem, ut ob id teneamur*  
*dicere, nihil impenetrabile posse videre Deum, secus penetrabile; ad-*  
 dan



dantur illa, quæ habet *Tomo I. Theologiae suæ.* 3. Ex ipsis Calvinianis nostræ sententiæ subscribit *Job. Henr. Alstedius in Theol. Polem. d.*; nam cum plus dixisset, quam nostri. Ad thesin IV. dicit: *In hac porro vitâ sc. æternâ erimus comprehensores, quod nullus nostrum dixit, non quod DEI immensitatem simus comprehensuri, hoc enim implicat contradictionem, sed quia comprehendimus omne id, quod de Deo comprehendi expedit:* Ad thesin V. dicit, *Spiritu videbimus ipsum, videbimus ipsum & oculis, sed spiritualiter: externa enim corpora, atque aded oculi erunt spiritualia non substantiæ, sed qualitatis & actionis ratione:* Hisce præmissis respondemus 1. Loca Scripturæ adducta non facere pro *Turretino*; non *Coloss. 1, 15.* quia Christus dicitur imago Dei invisibilis non simpliciter & absolute, tum quia, si Christus esset imago DEI invisibilis, ne quidem Christus videri posset. At ipse Author in sequenti thesi dicit, *Job. 19. agi de visione filii DEI incarnati respectu Naturæ humanæ;* tum quia, si 70 invisibile refertur ad Patrem, sequitur quandam Personam Trinitatis esse invisibilem, quandam visibilem, Patrem scil. invisibilem, Filium verò visibilem; tum quia locus ille agit secundum Interpretes de visione comprehensivâ, quâ ratione utique negamus Deum videri posse à nobis vel in hac vel in alterâ vitâ. Non 1. *Tim. 1. & 6.* qui locus jam est resolutus. Locus *Hebr. 11. v. 27.* non facit pro Authore, tum quia verba ita habent, *invisibilem enim tanquam videns sustinuit*, ut sensus sit, iram hominis visibilis contempnisset, quia fide Deum invisibilem tanquam videret, sustinuerit, h. e. expectavit ad jutorem & remuneratorem; tum quia agit de Mose in hac mortalitate constituto, & viâ ad patriam cœlestem, qui consequenter, vidit oculo fidei Deum invisibilem, nihil verò de beatitudine æternâ, respicit enim promissiones, quæ fide apprehenduntur, tum quia in Græco non est, *ὡς ὁπρῶν*, quo verbo sæpè aliâ Scriptura utitur, sed est *ἐν ἀρετῇ*, quod significat tolerare patienter ferre incommoda, ita ut sensus sit, omnia dura toleravit Moses fide intuens tanquam oculis videret præsentia. Denique locus *Exod. 33.* frustra urgetur, tum quia per faciem aut intelligitur essentia divina, aut intelligitur facies corporea, figura excellentissima, sub quâ Deus apparere poterat. Si prius, tantum negatur, essen-

tiam Dei videre posse in hac vitâ ab homine mortali nondum instructo Lumine gloriæ: Si posterius, indicatur excellentissimam apparitionem, si obtingat homini, Lumine suo ita ipsum perstringere, ut si homo illam videat, mori oporteat: tum quia hæc verba non ita simpliciter sunt accipienda, dicit enim *Deus, non poteris videre faciem meam, nemo enim hominum, qui vivit, me videbit*: nam non negavit Mosi visionem posteriorum, neque negari potest, Paulum vidisse Deum in raptu, & insimul vixisse: tum quia ex hoc ipso loco colligitur oppositum, si enim nemo hominum Deum videbit & vivet, adeoque mortalis, in alterâ vitâ videbit ipsum, eo ipso quo Deus restringit hoc ad hanc vitam: Rationes denique non concludunt, *quod Deus sit Spiritus incorporeus & simplex*: Partim quia aliud est qualitas objecti, aliud qualitas facultatis, & pari ratione posset colligi, DEUS est Spiritus infinitus, Ergo à finitâ potentiâ non potest attingi: Partim quia sub sensum corporis cadere subtilissimum Deum in alterâ vitâ, asserere non est absurdum: Partim quia potentia non fertur extra suum objectum scil. in se & secundum vires naturales, interim tamen instructa Lumine superiore, reddita spiritualis, id quoque attingere potest, quod est spirituale: Altera ratio non concludit, quia utique visio succedet fidei, sed non sequitur, quod in eodem genere sit mansura & non excessura, sicut enim excedit visio mentalis fidem in hac vitâ, ita quoque excedet combinatione visionis oculi corporei cum oculo mentis: Tandem ultima ratio nulla est, tum quia petit principium, nempe essentiam non posse videri: tum quia nititur principio Calviniano, quod urgent illi in materiâ de Personâ Christi, nempe finitum non esse capax infiniti, tum quia dicit *nullam esse proportionem inter facultatem & objectum*, cum tamen maxima sit proportio, si enim in hac vitâ per Lumen fidei facultas intellectus nostri ita elevatur, ut attingat ipsum Deum, ut arctissimè sese uniat cum Trinitate, Joh. 14. Eph. 3. Tit. 3. quantò magis proportio erit inter facultatem tum intellectivam, tum sensitivam, instructam Lumine gloriæ & objectum, DEI scil. essentiam &c.

Th. XI. Dicit Author, *non ob stare locum Job. 19, 25, ubi Jobus dicit*

dicit se visurum Deum oculis corporeis, quia hic agatur de Deo hypostaticè considerato, qui Goel dicitur, i. e. de visione filii Dei incarnati respectu Nature humana; At 1. rectè recedit Turretinus à sententia Judæorum, qui hunc locum non intellexerunt de visione Dei in alterâ vitâ, ut & à sententiâ Photinianorum maxime Enjedini, qui de restitutione sanitatis & visione DEI symbolicâ hunc locum accepit, de quâ Job. 42. v. 5. qui recedit à sententiâ Merceri scribentis, *Ego cum Hebræis totum hunc locum aliter accipio*, à sententia denique suorum contribulium, inprimis Sixti Amama in *Antibarbaro Biblico* atque accipit de visione Dei hypostaticè considerati in alterâ vitâ. 2. Malè refert *exclusivè* ad filium seu secundam Personam Trinitatis hanc visionem, tum quia positò, quod ad Filium incarnatum & Goelem sint restringenda hæc verba, tamen quia Goel est Mediator secundum utramque Naturam, non tantum secundum humanam, qui videt Goelem suum, videbit Mediatorem suum, & consequenter Deum: tum quia, si Apostoli in hac vitâ ut viatores *viderunt gloriam Christi quasi unigeniti à Patre, manibus palparunt, Job. 1. v. 14. & 1. Joh. 1.* quantò magis dici potest in termino visuros esse beatos Goelem suum etiam oculis corporeis: Denique Johannes in *Apoç. 1, 12. seqq.* vidit Christum & quidem ita, *ut oculi istius instar flammæ, pedes instar metalli igniti, & vox ejus sicut vox magnarum aquarum*; quæ omnia Divinitatis radii communicati humanæ Naturæ; si itaque Johannes vidit in vitâ Christum ita apparentem, quantò magis beati in patriâ? Verùm dissimulat noster Author aliquid, non enim Jobus tantum dicit, *se visurum Goelem suum*, sed etiam addit, *postquam pellem meam contriverint in carne videbo Deum*; adeoque objectum visionis constituit Eloah Deum, vox autem Eloah *notat* citra præcisam personarum distinctionem summum Deum infinitæ Majestatis Angelis, hominibus & omnibus tremendæ & venerandæ; Ex Arabismo enim deducta est vox ab *ala ih*, veneratus est, adoravit, ut scilicet intelligatur per vocem hanc objectum adorabile, venerabile, conspirante circa hanc etymologiam Erpenio, Sixto Amama ex Calvinianis, ex nostris Wellero & Scherzero. 3. Antiquiores si consulamus Judæos, verba hæc carne meâ, retulerunt non ad videre,

videre sed ad Deum, hoc sensu, videbo Deum de carne meâ, vel habentem carnem meam, Deum scilicet incarnatum, idque ideò, quia litera  $\Delta$  sèpè materiam notat, ut Psalm. 80, 14. Cant. 3, 9. atque ita de visione Filii Dei incarnati accipit hunc locum noster *Turretinus*; verum ut non dicamus, ipsum hoc modo *Judaizare*; Videatur enim *Galatinus*, qui hanc interpretationem tribuit *Rabbino Haccadosch in libro*, quem vocat revelatorem Arcanorum, vix poterit subsistere hæc sententia, quia loquitur de carne suâ non Filii Dei, sed pelle suâ, non Filii Dei, quæ postquam contrita, visurus sit Deum.  $\beta$ . Allegat locum 1. *Joh. 3. quem pariter non ob stare dicit, quia agat de Filio incarnato. At 1. non tantum dicit nos visuros esse illum sicuti est, sed etiam in apparitione illius nos similes ipsi futuros, qui corpora nostra, συμμορφω redditurus corpori suo glorificato, Phil. 3, 21. Si autem similes erimus Filio Dei, non tantum ratione animæ, sed etiam ratione corporis, sicut clarificatis oculis Christus videt beatos visione oculari, ita quoque nos gaudebimus visione oculari ipsius Dei, utrobique enim objectum est spirituale. 2. Radicem istius similitudinis deducit ex visione, & dicit, quia videbimus eum, sicuti est, ubi observat *Tirinus, non per speculum & enigma, sed sicuti est in se, i. e. à facie ad faciem*; qui verò Deum videt, speciem DEI expressam in mente sibi efformat, puta verbum mentis, quod Deo simile est, atque ipsum repræsentat ad vivum. 3. An similitudo illa consistat in verbo mentis sive in specie expressâ, maximè disputari potest, nos colligimus, Deum nos visuros esse per essentiam oculis corporeis, tum quia dicimur similes futuri Filio Dei: tum quia dicimur visuri Deum sicuti est: tum quia beatitudo hîc fidelium deprædicatur, & ratio redditur, quod tam beati & gloriosi futuri simus. Si autem de visione tantum corporis Christi & humanitatis locus hic esset exponendus, etiam impii beatitudinis redderentur participes, quia etiam ita impii eum ad tempus videbunt, venientem in nubibus ad judicium Apoc. 1. Nos itaque existimamus falsam esse Pontificiorum sententiam de specie impressâ, quam quidam cum *Vasquezio* ex hoc loco exsculpere volunt, imò falsam esse illam *Tirini, Suarezii, Martini Becani & aliorum*, qui putant*

tant dari in beatitudine aeternâ speciem expressam, idque ideo, quia visio est actio quaedam, quæ consequenter suum habet terminum, terminus autem nullus assignari potest, nisi verbum mentis productum per visionem beatificam, nam Entia multiplicantur hic citra necessitatem; Ad visionem beatificam plus nõ requiritur quàm intellectus per modum principii, & Lumen gloriæ per modum habitus sive disponentis, sive confortantis ex parte hominis, & ex parte Objecti. Ipsa essentia divina immediatè præsens intellectui citra speciem vel impressam vel expressam, neque Argumentum illud stringit pro specie expressa, quam vel jungunt cum impressâ, vel cum Lumine gloriæ, quod scilicet nulla actio desur absque termino producto; falsum enim est ad omnem actionem requiri terminum productum, sufficit dari terminum, neque necessaria est ejus productio, prout patet ex motu locali, cujus quidem terminus datur, sed non productus. 3. Quid de locis sit sentiendum, quos adducit Autot, *Psalm. 16, 17.* & *1. Cor. 13.* patet: Partim quia illa loca non adducta sunt pro visione oculari à nostris Theologis: Partim quia locus *1. Cor. 13.* non excludit visionem corporalem, ut ex vindicatione ejus præmissâ constat: Partim quia etiam si loquantur de visione mentali, tamen non habent constitutum objectum, fulgorem sive splendorem quendam, sed ipsum Deum & mysteria, ubi frustra additur, illa vel de symbolica visione posse intelligi de operibus *Rom. 1.* quia illa visio est naturalis, est non ipsius DEI, sed quorundam attributorum, est viatorum, imò etiam irrogenitorum, neque illa loca sunt comparanda, *Gen. 32. Exod. 33. & Esa. 6.* cum locis agentibus de visione beatificâ.

### QUÆSTIO IX.

Author non tantùm in genere agit de dotibus & qualitatibus corporum gloricorum, sed etiam in specie, atque primam Qualitatem ponit in immortalitate & impassibilitate. Secundam in divitiâ sive claritate. Tertiam in potentia & virtute. Quartam in spiritualitate, & fundamenti loci ponit locum *1. Corinth. 15.* Verum *1.* si Scholasticos sequitur, ut videtur innuere thesi III. fundant illi numerum hunc Quaternarium in loco *1. Corinth. 15.*

R †

Au-

Author verò etiam alia loca adducit, *ex 2. Cor. 5, 4. ex Matth. 13. 43. ex 2. Corinth. 13, 4.* 2. Non tantùm dantur hæc dotes & qualitates in beatis, ad quas Author noster perfectionem corporum restringit, sed longè plures, & forsan hæcenus quoque nondum cognitæ; Ipse enim agnoscit, nostros elicere ex spiritualitate illocalitatem, invisibilitatem, impalpabilitatem & penetrabilitatem corporum glorificatorum. 3. Cur non substituerit in quaternario, fundato in loco 1. Cor. 15. cum *Thomâ* & cæteris, nullam videmus rationem, quia incorruptioni respondet impassibilitas, gloriæ claritas, virtuti agilitas, & spiritualitati subtilitas, de quâ ipse thesi III. β. Thesi XI. dicit *ex istâ spiritualitate non posse ubiquitas elicere illocalitatem, invisibilitatem, impalpabilitatem & penetrabilitatem corporum glorificatorum, ut serviant hypothesei suæ.* At ipse Author in Negativam descendit sententiam, removet has dotes à corporibus glorificatorum, ut serviat hypothesei suæ, atque innitatur principiis Calvinianis, nam negationem hanc superstruit hypothesei Calvinianæ de cœli beatorum qualitate, sunt enim quidam Calviniani & quidem crassiores, *Bullingerus*, qui scilicet cum ipso *Martyre* & *Martini* cœlum beatorum certum locum esse statuunt, supra omnes cœlos constitutum, mansionibus amplissimis distinctum, in quibus sedetur & ambuletur, contra quos scripsit noster *Brentius Tom. VIII.* dicens: *Ex Calvinianorum mente cœlum est locus certus non in hisce terris, sed distinctus à terris ac longissimè ab eis remotus, distinctus etiam ab ipsis cœlis aspeçtabilibus & inferioribus, non ubique, sed constitutus supra nubes, & supra mundum hunc corruptibilem, imò supra omnes cœlos in excelsis, domus Patris, sedes & habitatio Christi ac Electorum ejus beata, æterna, divina, immensa, splendida, spiritualis, corporea, habens spatia ac mansiones distinctas easque latissimas, in quibus localiter itur, sedetur, statur, ambulatur;* & forsan Author noster ex hæc ipsâ definitione Calvinianâ, quàm ex Assertionibus *Bullingeri* extruxit noster *Brentius* nos hic dixit ubiquitas, quia scilicet *Brentius* scripsit, *Bullingerum* tale cœlum definire, quod locus certus, non ubique, ac si asseruisset *Brentius*, cœlum beatorum esse ubique, cum tamen mens & scopus ipsius fuerit tantùm negare, cœlum esse certum locum, &

*Bullin-*

*Bullingerum* arguere, quod scilicet statuat, cœlum non esse ubique, si itaque per cœlum intellexit Deum, qui est beatitudo objectiva, quæ vox pro Deo ponitur Luc. 15. ubi ἀγγέλος dicit: *Peccavi Pater in te & in cœlum*; non absurdè locutus fuit noster *Brentius*, sed ubiquitatem Deo tribuit, omnipræsentiam Spiritui immenso asseruit. Dantur autem præterea Calviniani subtiliores, *Zanchius*, *Polanus* & *Timplerus*, nec non *Tilenus*, qui statuunt, cœlum beatorum esse creatum quid, non autem corpus physicum & crassum, sed quodammodo spirituale, ut *Zanchius* hyperphysicum & immateriale, ut *Timplerus* appellavit, esse rationi nostræ sursum, & supra omnes cœlos aspectabiles elevatum, quoad quantitatem amplissimum, quoad qualitatem lucidissimum, jucundissimum & amœnissimum, vid. *Zanchius*, part. 2. de operibus 6. dierum l. 1. c. 3. *Polanus* lib. 5. *Syntagmatis Theologici* c. 8. *Timplerus* l. 1. *Psychol. probl.* 1. c. 3. *Tilenus* in *Syntagm.* c. 2. *diff.* 67. *th.* 52. Recentiores si consulamus, cum aliàs accuratus esse velit in quæstionibus enodandis *Petrus van Mastrich*, tamen in *Tomo II.* præterit totam hanc controversiam, in *Tomo I.* autem cœlum empyreum describit, quod sit *Sanctum Sanctorum*, *ædis Salomonice figuram non incommode referens*, sicut interiores cœli atrium ac sanctum representent, hoc quia inaccessibleis metaphoricis denominationibus tantò frequentius à Scripturâ representari consuevisse, dici enim ratione inferiorum tertium cœlum, 2. *Cor.* 12. *Cœlum cœlorum*, 1. *Reg.* 8. *Paradisum ab amœnitate*, *Luc.* 23. quantum autem ad materiam, ex quâ constat, esse qui credant, non esse nisi lucem inaccessibleem, 1. *Tim.* 6. aut ἀπὸ φωτός τῆς δόξης, sive lumen emanans ab essentia perenni; quorsum collimavit *Turretinus* in priori quæstione de beatitudine, dicit autem se non admittere hanc sententiam, quia non tantùm *Filius Dei solus ἀπὸ φωτός τῆς δόξης* appellatur; *Hebr.* 1, 3. sed etiam, quia omne id, quod hoc modò à Deo emanet, necessariò sit essentia Dei; quapropter concludit, ad veritatem propius accedere videri, quod non sit spirituale quid, cum & recipiendis olim corporibus sit destinatum, saltem esse excellentissimæ materiæ, quæ ab hominibus cogitari possit, quamobrem cœlestis illa Hierosolyma quæ ex cœlo descendit, aureis plateis & quibusvis præstantissimis representetur, *Apoc.* 21. struxisse autem hoc Deum ad hoc primò, ut gloriæ

*suæ habitaculum præberet, unde thronus ejus dicatur, Esa. 66, 1. ut Filio suo currum quasi triumphalem post victos suos & nostros boves exhiberet, ubi ad dextram Patris sederet; & demum ut piis post peregrinationem æterni domicilii locum præberet, 2. Cor. 5. esse hoc cælum locum amplissimum, splendidissimum, incorruptibilem, omnis peccati expertem. At quamcunque hæc sequamur sententiam, patebit, Calvinianos in hæc materiã crassæ rationis discursibus inniti, à Scripturæ luce abire, sibi que suavia fingere somnia, ut scilicet possint astruere, corpora beatorum esse in loco, quia cælum ipsis sit locus, esse visibilia, palpabilia, nec quicquam penetrare posse: Si enim primam sequimur sententiam, evidenter patet, illos fingere cælum instar domicilii cujusdam corporei, quod concludat beatos: Si secundam sequamur, patet ipsos cælum beatorum statuere creatum quid, sursum locatum & consequenter statuere corpora beatorum esse in loco quodam creato, qui supra omnes cælos aspectabiles sit elevatus: Si tertiam denique sequimur sententiam, patet cælum esse concipiendum, non tanquam spirituale quid, idque ideò, quia corporibus recipiendis sit destinatum, quæ indigeant loco, & consequenter corporeum quid esse, esse habitaculum Dei, cum tamen thronus Dei non sit gloriæ habitaculum, esse currum triumphalem Christi, ubi ad dextram Dei sedeat scilicet. *circumscriptivè*, cum tamen phrasis sedere ad dextram Dei dicat dominium omnipræsens, esse domicilium æternum paratum beatis, amplissimum, splendidissimum, incorruptibile & peccati expertem, adeoque locum, cui amplitudo competit, & cum expertem peccati dicatur, non videmus, quomodo hoc de cælo dici possit tanquam loco, cum locus à peccato abstrahat & à rectitudine, neque capax fuerit unquam peccati, sed Subjectum peccati sint Angeli & homines, quemadmodum lapis non potest dici vel videns, vel cæcus, quia non est Subjectum capax hujus habitus & oppositæ privationis. Secunda hypothesis falsa, cui superstruit suam sententiam, est loci qualitas. quod scilicet cum cæteris Calvinianis existimet, locum ita esse necessarium ad omne corpus, ut nullum dari possit, quod non sit loco circumscriptum, unde motiva Staffortensia non tantum corporibus sed omnibus creaturis necessarium esse locum asserunt*



runt, teste *Rungio Disp. 2. parte 2. th. 48.* Imò *Timplexus Philosophus Calvinianus Metaph. l. 2. cap. 5. quest. 5.* disertè dicit: *Localitas est idioma essentialè omni creaturæ, ideoque à nulla abesse potest, quia omnis creatura, sive sit visibilis, sive invisibilis est in loco; & nulla dari potest, quæ non sit in illo.* At stante hâc hypothesi dicendum erit etiam Angelos & Spiritus esse in loco propriè sic dicto, dicendum erit, cœlum extimū circumscribi loco, dicendū erit, corpus Christi, quaten⁹ in λόγῳ subsistit, in loco existere, quanquam autem variant circa loci naturam & definitionem; quibusdam spatium cum *Scaligero* propugnantibus, quibusdam cum *Keckermanno*, qui instinctus fuit à *Pareo*, locum esse basin substratam, adeoque non extremitatem ambientis, sed extremitatem subjacentis statuentibus, quibusdam cum *Sebastiano Bassone* distantiam à Polo substituentibus: nulla tamen harum sententiarum probatur nostris Theologis, neque facit contra sententiam nostram: Non doctrina de spatio, quia, si statuamus locum esse spatium, nihilominus statui potest corpora beatorum fore in spatio non *circumscriptivè*, sed *definitivè*, prout Angeli: Si cum *Keckermanno*, locum esse basin substratam, ut non dicamus, hanc sententiam esse improbatam passim neque fundamentum habere in Scripturâ, ut existimat *Keckermannus Sap. 11, 22.* quia aliud est mensura, numerus & pondus, quæ rei sunt intrinsecæ, aliud locus qui πλέγς dicitur, terminus & superficies ab Aristotele, adeoque extrinsecè sese habere ad corpus, tamen etiam juxta hanc sententiam corpora beatorum non sustentabuntur basi substratâ, cum nulla talis assignari possit, cœlo sidereo & terra annihilatis: Tertia denique sententia non probatur, quia illa distantia, quam locus connotat, non modò à Polis cœli vel à centro mundi defumi potest, sed etiam à quovis situ corporum, inter se, & à positione vel naturali, vel arbitrariâ corporum prout locus est vel naturalis, vel arbitrarius, vel præternaturalis: Quid quod Poli post conflagrationem universi sint destructi, & consequenter nulla distantia quoque possit dari à polis istis. Denique tertia falsa hypothesi est *Welleri Calviniani*, nempe cœlum extimum esse in loco, ita enim scribit: *Cœlum primum sive primum mobile necessariò esse in loco ponendum, tum quia necesse sit in loco*

per se esse, quicquid fertur aut convertitur, tùm quia Christus ipse dicat, cœlum ultimum esse in loco, quia habitationes assignet Job. 14. tùm quia Paulus dicat, nos habere Pontificem talem qui conscendit ad dextram Majestatis cœlestis sanctuarii minister, ac veri tabernaculi alius, quod fixit Dominus & non homo, Hebr. 8, 1. at si hæc cœlum empyreum stabiliunt, certè ruinam mincabitur. Nam 1. quomodo consistere potest illud, quod quicquid fertur aut convertitur, sit in loco, ponamus esse verum de motu recto, quomodo probabitur de motu circulari? nam per motum circula-rem corpus non mutat locum, sed semper eodem modo se circa centrum habet, nec non partes ubique eandem ad centrum rationem obtinent. 2. Quæ consequentia? In domo Patris cœlestis sunt multe habitationes, Ergò cœlum ultimum est in loco, vel illæ habitationes sunt locus primi mobilis, ut non dicamus, Christum eo loci non agere de locis propriè dictis, sed de vitâ æternâ, morte suâ nobis acquirendâ, & loqui per *συγκατάβαση*, uti Luc. 22. dum dicit: Ego dispono vobis regnum, ut edatis & bibatis super mensam in regno meo: num mensam statuemus in cœlo? num comestionem & bibitionem cum Mahumedanis? absit: Nec denique locus Hebr. aliquid facit ad rem, tùm quia per tabernaculum intelligitur Ecclesia, ut Ps. 15, 1. Esa. 33, 20. Apoc. 21, 2. atque Christus *λατρεύς* dicitur illius, non ut Deus, sed ut homo, in oppositione ad antiquum Mosis tabernaculum, ut sc. intelligamus, Ecclesiam ipsum constituisse & fixisse tanquam Dominum: tùm quia ex Calvinianis repugnat *Theodorus Beza*, qui per tabernaculum hoc intelligit corpus ipsum, Dominum, cujus sui corporis idcirco dicitur minister, quia Deo & nobis ministravit illud offerendo; Ad faniora itaque consilia sese recepere moderni Calviniani, inprimis Carthesiani, qui cum *Wittichio* statuunt, animabus nec in se nec in suâ Naturâ consideratis locum competere aut motum: Præterea Paradisi, si audiamus fieri mentionem, phrasi apud Judæos receptâ per Metonymiam signi pro re signatâ nil aliud significari, quàm statum, animæ separatæ; & denique nec locum quicquam valere neque cœli amœnitatem ipsam per se beatorum spirituum beatitudinem habere, nisi qua DEI habitatio sit, unde *Wittichius* hoc inquit,

quit, *verum ex nostrâ sententiâ non opus esse disputare cum Pontificiis de variis animæ receptaculis;* (Ergò nec nobis opus de varietate receptaculorum disputare cum Calvinianis:) quod tribuit nobis *Martijus Articulo 45.* Si dextrè accipiatur, nempe animæ in se consideratæ nulla competunt receptacula, quæ sunt corporum, quæque ea continent & complectuntur, cum ipsa sit incorporea. Hisce autem falsis hypothefibus præmissis & destructis, facilis est via ad illocalitatem corporum beatorum: Nam 1. Positivè illam probamus, partim ex eo, quod Paulus dicat: *Seminatur corpus animale, & resurget corpus spirituale*, scil. qualitatibus spiritualibus præditum, ut ipse Author habet, thesi IX. Sicut itaque corpus animale in hoc Seculo fuit in loco, ita in altero Seculo corpus spirituale qualitatibus spiritualibus instructum non erit in loco, cum Spiritui & spirituali repugnet locus: Partim ex *ισαγγελια, erimus enim Angelis similes, Matth. 22.* quod latius extendendum, quàm ad abstinentiam à conjugii operibus; Probant enim ex illâ etiam alia attributa; Si autem Angelis erimus similes, cum illi non sint in loco, etiam corpora beatorum non erunt in loco: Partim ex comparatione corporum nostrorum cum corpore Christi, cui dicuntur, futura *σὺμμορφοσ, Phil. 3.* At corpus Christi gloriosum non est circumscriptivè in cælo tanquam in loco, Ergò nec nostra corpora: adde quod ipse Author in thesi VIII. dicit: *Virtutem corporum glorificatorum consistere in agilitate & velocitate, quæ qualitates subtilitatem, præsupponunt, imò tribuat nobis illocalitatem corporum glorificatorum, cum tamen non statuamus corpora beatorum esse illocalia, sed tantùm non circumscribi actu loco quodam, adeoque distinguamus inter actum primum & secundum, localitatem & locationem.* Secunda qualitas, quam negat beatorum corporibus, est invisibilitas; Probatur autem hæc partim ex spiritualitate, quod enim spirituale est, illud videri nequit: Partim ex *ισαγγελια, quia Angelis erimus similes, non tantùm ratione animæ, hæc enim ratione sumus in hæc vitâ Angelis similes, differentia tantùm obtinente inter completum & incompletum, atque ipse Christus digitum intendit eo, quod Angelis similes futuri simus corpore, dicit enim beatos non nupturos:*

Par-

Partim ex conformitate cum corpore Christi glorioso, quia dicitur Luc. 24. 31. de Christo, quod ἀφαντός, inconspicius sive invisibilis factus sit ab oculis eorum; nec obstat 1. quod reponitur ad primum: Si corpora beatorum sint invisibilia, etiam beatis fore invisibilia, et consequenter nullam societatem et rempublicam inter beatos fore: Imò visibilia etiam esse corpora beatorum ex eo patere, quia scilicet qui ex monumentis suis resurrexerunt, et in civitatem Hierosolymam venerunt, apparuerunt multis, Matth. 27. v. 53. 2. Ex similitudine cum Angelis non posse concludi invisibilitatem corporum, quia Angeli visi sunt in assumptis corporibus, si igitur visi fuerint, et corpora nostra reducienda sint animæ, etiam beatos in corporibus visibiles fore. 3. Argumentum ab invisibilitate corporis Christi planè non concludere, nam α) secundum Calvinum Christus non factus est invisibilis, sed tantum disparuit, corpore suo non amplius fuit præsens, adeoque vigorem suum subtraxit, atque ita obtusa fuit oculorum acies. β) Beza dicit, ἡφαντός πρὸς τοὺς ἀποστόλους dixit Lucas, ἀπ' αὐτῶν, quàm si dixisset ἀπὸ πάντων, nempe ne quis existimet, præsentem quidem Christum cum ipsis mansisse, corpore tamen quod cerni non possit, ideoque in meâ versione malui dicere, extra ipsorum conspectum, quàm ipsorum conspectui, aut oculis ablatum, nostri verò ubi-quitarii certe ne apud se quidem sunt, cum ex hoc loco corpus Christi exempta circumscriptione vel omnibus, vel pluribus simul locis essentialiter adesse somniant. γ) Dicunt, Christum non dici factum ἀφαντός sive invisibilem quoad corpus, sed ἀφαντός, desinentem apparere, ut reddidit Piscator, qui Lutherum quoque nostrum vellicat, scribens: D disparuit, digressus ab eis, præpositio δὲ omnino inuit ellipsis verbi ἀπελθῆναι, aut similis. qualis ellipsis non est Hebræis inusitata, et similis occurrit, Act. 1. 9. nubes suscepit eum et abstulit sive subduxit ab oculis eorum; Matth. 4. 5. Syrus neglecto nomine ἀφαντός ellipsis illam supplevit, et ipse substulit sive subduxit se ab eis subito, scilicet non animadvertentibus discipulis, unde non bene redditur, und er verschwand/ i. e. Evanuit, sed reddendum est. er entzuecket sich ihnen/ vel er hoeret auff ihnen zu erscheinen/ und gieng hinweg. Verùm hæc Exceptiones non infringunt nostra Argumenta, non prima. 1.) cum quia dicimus corpora beatorum esse invisibilia non absolute, quasi scilicet a beatis quoque videri non possint, imò actu non

non videantur, sed *limitatè*, respectu illorum oculorum, qui extra rempublicam cœlestem agunt: tùm quia quod de corporibus apparentibus dicitur, id ipsum non universaliter est accipiendum, quia dicitur apparuisse multis, Ergò non cuivis obvio in Hierosolymâ, & si apparuerunt, Ergò non ex naturali quâdam corporis proprietate visi sunt illi resurgentes, sed ex divinâ dispensatione, per quam multorum oculi fuere aperti: tùm quia dicimus corpora gloriosa non esse invisibilia hominibus nondum glorificatis ratione *διωρισμοσ*, possunt enim à nobis quoque videri, si Domino placuerit, dicimus corpora gloriosa à gloriosis actu semper videri, dicimus denique corpora gloriosa ab hominibus nondum glorificatis actu non semper videri nec videri posse, nisi peculiaris œconomia vel dispensatio divina accesserit. Secunda non stringit, nam Angeli in assumptis corporibus etiam non videri posse patet, partim ex eo, quia adhuc maximè controversum est, quæ & qualia sint illa corpora, nam aliqui sunt in istâ sententiâ, quod si corpora ista tangantur, mollia vel dura deprehendantur, hoc non sit ex illorum corporum naturâ vel indole, sed ex qualitate quadam in sentientis actu & factu producta, sicut jam Angelum in corpore assumpto visibilem, non tam hoc erit ex naturâ corporis assumpti, quàm ex qualitate quâdam oculi, ita ut si desit illa qualitas, etiam Angelus in ipso corpore assumpto videri nequeat, adeòque Angelum naturâ suâ in corpore assumpto adhuc esse invisibilem: Partim quia Angelus bonus vel malus potest esse præsens hominì etiam in veste corporis assumpti, ut tamen homo non videat ipsum: Partim quia ex Scripturâ constat etiam Angelos in corporibus assumptis præsentes non fuisse conspicuos, nam 2. Reg. 6, 7. dicitur, *ad preces Elisei aperuisse Dominum oculos famuli, & vidisse, & ecce montem plenum equis & curribus igneis in circuitu Elisei.* At Angeli illi in flammâ, in figurâ externâ, in corporibus assumptis jam ante aderant, custodiebantque Dothanem, nec tamen visi sunt à famulo Elisei, idque idè quia oculos nondum habebat aperros, Ergò præter assumptionem corporum ab Angelis factam ad visionem illorum requiritur apertio oculorum, œconomia & dispensatio divina, unde *ἀόρατος* de Angelis

In dicitur per modum proprietatis intimæ, dum scil. ipsi referuntur inter *allegata*, Col. 1, 16. Tertia maxime est controversa, Examina-  
 bimus 1. versiones, Vulgatus illud ἀφάρτος ver-  
 tit, evanuit ab oculis eorum: *Erasmus* reddidit, subduxit se à  
 conspectu ipsorum, *Beza* ablatum est ab ipsorum conspectu: Ve-  
 rum omnes hæc versiones aliquam *κρίσιν* subeunt, Prima qui-  
 dem, quia verbum evanescendi corpori manenti parum aptè  
 tribuitur, ut etiam ipse *Erasmus* observavit, carpens in eo Inter-  
 pretem Vulgatum, non enim spectrum fuit humanitas ἡ λέξις,  
 ut *Marclon* somniavit, quæ evanescere solent, & in nihilum  
 quasi abeunt: Sicut autem hanc non probamus versionem, ita  
 nec *Erasmio* assurgimus, nam per subductionem à conspectu non  
 subita disparitio exprimitur: Denique *Beze* versio peculiarem  
*κρίσιν* meretur, quia quomodo intelligat, id ablatum esse extra  
 conspectum ipsorum, in Notis exponit supra allegatis, quæ ex-  
 cutiendæ; rectius itaque *Camerarius* reddidit, ereptus est con-  
 spectui ipsorum, vel si pressius volumus agere, reddere possu-  
 mus inconspicuus, non apparens, non amplius visus est ab eis.  
 2. Rem ipsam quod spectat, illa inconspicuitas non potest ne-  
 gari corpori Christi, tum quia, si in statu exinanitionis invisi-  
 bilem sese reddidit Nazarethanis, ut constat ex Luc. 4. v. 30  
 quanto magis inconspicuum factum esse hisce discipulis dicen-  
 dum in statu exaltationis, cum jam resurrexisset, corpus Deifi-  
 catum & gloriosum vivificasset, atque præsentem sese hisce di-  
 scipulis præbuisse? tum quia, si sese abscondere potuit à Judæo-  
 rum furore, invisibilem sese illis reddendo, ut *Theodorus Hera-  
 cliensis*, *Euthymius* & alii observant, cum adhuc verfaretur in viâ,  
 quanto magis invisibile corpus habere potuit, imò habuit, cum  
 esset in patriâ: tum quia ipse *Ambrosius* observat, si *Apollonio*,  
*Thyaneo Mago*, de quo *Philostratus* integrum volumen conscrip-  
 sit licuit coram *Cesare Domitiano* disparere, invisibilem se redde-  
 re, & ex oculis ipsis evanescere, operâ & ministerio Diaboli, quan-  
 to magis Christo id licuisse, imò actu ab ipso præstitum fuisse, asseren-  
 dum erit? 3. Examinaudæ sunt Commentationes Calviniano-  
 rum ad hunc locum: frustrâ dicitur non dici Christum factum fu-  
 isse *allegatum*, sed ἀφάρτος, partim quia *allegatum* non tantum dicit  
 ne-

negationem actualis visus, sed etiam visibilitatis, nunquam aures nostri dixerunt, Christum fuisse ratione corporis etiam glorificati invisibilem quoad actum primum, sed tantum quantum ad actum secundum, atque ita quoque corpora glorificatorum, unde rectissime usus est Lucas vocabulo ἀφαντός, quod non negat potentiam, sed actum, & consequenter rectissime redditur, & inconspicuus factus est: tum quia singulare quid, extraordinarium & miraculosum refertur de Christo, quod scilicet subito disparuerit; nil singulare verò extraordinarium aut miraculosum hic recenseretur, si scilicet Christus diceretur disparuisse ita, prout Calviniani volunt, vel per aliquam immutationem oculorum in discipulis, vel per discessum localem, vel denique per desinentiam vel desitionem conversationis, in quorum prius inclinatur Calvinus, in alterum Beza, in tertium Piscator: tum quia Patres ferè unanimiter in corporis Christi glorificati inconspicuitatem conspirant, quòcirca non probanda est exegesis Beza, quæ inhaeret vocabulo ἄφαντος, quod insinuet localem remotionem: Nam 1. illa præpositio ἄφαντος etiam usurpatur in illis objectis, quæ sunt præsentissima. sic v. gr. *Matth. 11, 25. Luc. 10, 21. dicitur, hec esse abscondita ἄφαντος σοφῶν, à sapientibus, quæ tamen erant præsentissima, Luc. 18, 34. dicitur, τὸ ἄφαντος τῶν κερσημῶν ἀπ' αὐτῶν, quod tamen præsentissime prædicabatur à Christo: Apoc. 6, 16. dicitur de damnatis: Abscondite vos montes à facie insipientis throno, præsentissima: 2. Aliud est, si vox hæc usurpatur ἀφαντικός, aliud ἀφαντικός, ἄφαντος hic non usurpatur ad designandam peristasin & circumstantiam disparitionis per abitum & motum localem, sed ob proprietatem phraeos. 3. Si Major Propositio ita formetur, ubicunque præpositio ἄφαντος, ibi remotio localis, non tantum falsa est vi locorum adductorum, & particularis, sed etiam, si ad hunc locum applicetur, nulla, cum adhibeatur ad notationem phraeos, non autem peristaseos: *Piscatoris* denique sententiam quod attinet, fingit ille ellipsin, tum quia non opus illa, cum commodè vertatur, sed ipsemet apparere desit illis, nec opus est, ut interferatur, digressus est ab eis: tum quia licitum non est inferere textui sacro, quæ non leguntur in illo, quæ tantum sunt ex persuasione quòdam humana sive Calviniana:*

vinianâ: tùm quia ipse Syrus, quem allegat *Piscator*, habet, ipse se sustulit, sive subduxit se ab eis, & ut alii reddunt, sublatus est, at non sustulit vel subduxit sese, neque sublatus est per motum localem, quod affingunt Syro Interpreti, qui illud superaddunt; Tandem ultimo loco vindicanda est versio Lutheri, qui reddidit, und er verschwand vor ihnen: At 1. non reddidit, und er verschwand simpliciter, sed cum addito vor ihnen / vor ihren Augen: Præterea *Lutherus* vocabulum verschwinden / non usurpat in significatione evanescendi, in nihilum, vel aërem abeundi, sed disparandi, ut scil. inconspicuus factus fuerit Discipulis. Denique ipse *Piscator* tolerari posse dicit istam versionem, si scil. commodè intelligatur, nempe per metaphoram καταχρησικῶν, nam sicut quæ propriè loquendo evanescunt, ea oculis apparere desinunt, ita etiam apparere nobis desinunt, quæ ab oculis nostris remouentur, & sic Virgilius verbo *Evanescendi* usus est, *Aen.* 4. ubi de Cyllenio, i. e. Mercurio ab Aeneâ discedente sic ait:

- - - tali Cyllenius ore locutus

*Mortales visus medio Sermone reliquit,*

*Et procal in tenuem ex oculis evanuit auram:*

atque eodem sensu Græci utuntur verbo ἀφανίζομαι, omnino ἀφανίζομαι ἐγένετο hic idem valet, quod ἠφανίσθη apud *Plutarchum*; ubi dicit, ἐξ ἀνθρώπων ἠφανίσθη, h. e. à conspectu hominum evanuit, sive disparuit.

Tertiam dotem quam impugnat Author, dicit *Impalpabilitatem*, quam nostri hætenus asseruerunt, 1. Ex eo, quia corpora beatorum reddenda sunt spiritualia, tangere autem & tangi nisi corpus non potest; Si itaque corpus erit spirituale, quantitate illâ per totum dotatum non poterit tangi; ita ut actu palpetur: 2. Ex ἰσχυρία, Angeli enim etiam in assumtis corporibus non palpantur. Sic 2. Reg. 6. Angeli in figura igneorum equorum & curruum non tangebantur, utut viderentur, v. 17. 3. Ex corpore Christi glorioso, illud enim non erat palpabile, sed ut vi divinâ & gloriosâ instructum manibus hominum non poterat comprehendi; nec obstat, quod 1. distinguatur inter *Spiritum* & *spirituale Corpus*, Spiritum non palpari posse, conced. At non *corpus spirituale*; nam corpus etiam gloriosum & spi-



spirituale ita est comparatum, ut veritas carnis & ossum in ipso deprehendatur; Caro autem est mollis, ossa verò sunt dura; Durum autem & molle sunt objectum tactus. *β)* Quod Angeli non tantum in assumtis corporibus sint palpabiles, sed etiam, actu palpati, sicut Gen. 18. aqua fuit ministrata Angelis, pedes loti, quod non potuit fieri nisi per contactum, & iussi sunt recumbere sub arbore, v. 4. *γ)* Corpus Christi gloriosum fuisse utique palpabile, cum provocarit Christus ad veritatem sui corporis, ut scilicet explorarent per tactum, *Spiritum enim non habere carnem & ossa*, Luc. 24, 39; tangibile fuisse corpus, patere ex Joh. 20, 17. ubi prohibuit Mariæ Christus tactum & consequenter se tangibilem præsupposuit: nec non de Thomâ constat, quod scilicet Christus iusserit ipsum digitos porrigere, & videre manus perforatas, manus explicare, easque ponere in latus suum, Joh. 20, 26, 27. Ast 1. utique aliud est Spiritus, aliud spirituale corpus, nam de Spiritu non tantum negatur actus palpationis, sed etiam potentia sive ipsa palpabilitas, de corpore autem qualicumque etiam glorioso non negari potest palpabilitas. *β)* Ad veritatem corporis pertinet distinctio illa, quæ est inter carnem mollem, & ossa dura, verum nostri nunquam dixerunt, in resurrectione mortuorum transmutandum esse corpus in Spiritum; sed corpus mansurum quoad substantiam, at de substantia corporis est caro & ossa, & sicut instrumenta virtutum fuere indistincta mollitie & duritie, ita quoque præmiabuntur in illa. *c)* Disputari potest an mollities & durities consecuturæ sint carnem & ossa beatorum in alterâ vitâ, & consequenter objectum tactus futuræ, nam si corpus gloriosum est illocale, est invisibile, ita ut non circumscribatur, ut non videatur, quid ni etiam, mollities & durities abesse poterit à carne & ossibus? Substitutâ in illarum vicem spiritualitate, secundum effectum Apostoli. Ad *β)* respondetur 1. urgeri quidê formam externam in Exercitiis Angelicis, verum an non viderit Angelus Elizæ in suâ naturâ Angelos igneos, maximè disputari potest, tum quia Angeli describuntur ut ignes Psalm. 104. 4 & quidem non prout assumunt corpora, sed in se & suâ naturâ, tum quia Angeli sunt luces & lumina, & consequenter ratione activitatis naturalis ignes dici possunt:

possunt: tùm quia Elisa petiit à Deo, ut oculos aperiret famulo, quibus videret, Deus itaque oculos aperuit, sensum visus in famulo elevavit, ut eò attingeret Exercitum Angelicum: Quid verò opus fuisset apertione oculorum, & elevatione sensus, nisi objectum fuisset ostensum in suâ naturali quidditate? cùm aliàs tùm Angeli boni, tùm Diaboli in assumptis corporibus etiã naturaliter videri possint. b) Angeli illi qui apparuerunt Abrahamo secundùm Patres, secundùm quosdam ex nostris, & secundùm *Wizzium* ex Calvinianis non fuere creati, sed Trinitas in tribus Personis, quâ hypothese stante, sequeretur ipsum Spiritum increatum, ipsam Trinitatem fuisse palpabilem, quod an asseri possit, merito dubitamus. c) Ex textu probari nequit, quod Angeli illi fuerint aquâ perfusi, lotique in pedibus, dixerat hoc quidem Abrahamus, sed an executioni datum sit, non habetur in textu: Concesso autem, Angelos illos fuisse lotos in pedibus, nihil ad huc obtinetur pro palpabilitate, tùm quia etiam appositi sunt cibi, quos comederunt, non quod naturaliter sint famelici, refectione indigentes ex qualitate quâdam intrinsecâ, sed per dispensationem divinam: tùm quod adhuc disputari possit, anne lotio illa facta sit per contactum, in quo ministri deprehenderint mollitiem carnis & duritiem ossium; Cùm enim corpora illa secundùm plerorumque sententiam formata fuerint ex aere, vix intelligibile videtur, quomodo mollities & durities in istis locum habuerint: tùm quia hîc omnia per singularem œconomiam fuere peracta, ita quoque non nisi per dispensationem hæc lotio est intelligenda. γ) Si corpus Christi gloriosum post resurrectionem fuit palpabile, quomodo Johannes dicere potuit *ἤρπῳ κεντησάμενον* intrasse in medium Apostolorum: Sanè palpari posse, & corpus istiusmodi habere, & unâ cum isto corpore januas penetrare posse, videtur esse *αὐτόματον*, at prius habetur Joh. 20, 19. b) Christus provocavit ad tactum corporis sui, quo veritatem reassumpti indicaret, non ex necessitate hoc indicium proponendi Apostolis, sed ex libertate, potuerunt enim etiam ex aliis indiciis colligere, corpore suo ipsum presentem esse, inprimis ex loquelâ, quando dixit illis: *Videte manus meas, pedesque meos, Ego ipse sum.* c) Quod Mariam concernit,

cernit, colligunt quidam cum *Jansenio ex Chrystostomo*, prohibuisse Christum amplexus familiaritatem, idque ex excellentiori corporis conditione, quàm olim habuerit, nondum enim, inquit, ascendi ad Patrem meum, in cœlos, sed jam jam immortalis & gloriosus ero ascensurus tacitè itaque & sine jactantiz specie docere, quod non amplius tactu corporis vel more humano suspiciendus ac colendus sit, sed more spirituali ac celesti animo scil. in cœlestem ejus dignitatem translato: Quod verò Thomam attinet, jussit quidem Christus ipsi inferre digitum & manus, sed non legitur, actu ipso ipsum terigisse, digitos manusque intulisse, atque corpus suum palpassse: Et ut res evadat planior, si Christus palpandum se exhibuit Discipulis & Thomæ, colligi posse, corpus illius palpabile fuisse, de quo tamen non est controversia, sed an hoc factum sit ex causa prioris conditionis, negatur à nostris. Siquidem illud factum non ex Naturæ necessitate, sed libera voluntate, non ex corporis dispositione, sed ex Christi Domini dispensatione, *ὅτι νόμος φύσεως, ἀλλ' ὁ νόμος τοῦ θεοῦ*, ut loquitur *Damascenus l. de orth. fide 4. cap. 5.* Patet id ipsum, tum ex eo, quia etiam cicatrices suas Thomæ ostendit & Discipulis, at illas ostendit ex merâ dispensatione: tum ex eo, quod Apostolis sese videndum exhibuit, non quod haberet corpus visibile sive actu videndum post resurrectionem, sed quod hoc factum sit propter dispensationem: tum ex eo, quod cibum petierit, atque convivium cum ipsis celebrarit, Joh. 21, 30. & 12. At non cibum petiit ex qualitate naturali corporis animalis, sed ex dispensatione quâdam singulari; non enim ulterius indigebat cibo, ideòque etiam juxta *Bedam* hæc comestio facta est non ex famis indigentia, sed ex corporis glorificati potentia, quemadmodum terra dicitur haurire aquam, imbibere & absumere, nec non corpus solis per radios, terra ex indigentia, Sol verò cum radiis suis potentia.

Quarta & ultima proprietas est penetrabilitas corporum glorificatorum, quam Author negat: Probamus autem illam vim penetrandi corporibus beatorum convenire, 1. Ex Spiritualitate, quia corpora beatorum erunt spiritualia, Spiritus autem penetrat corpora, Ergò & illa corpora beatorum corpora pene-

penetrabunt, præprimis si attendatur oppositio, ubi in hac vitâ fuerunt corpora animalia, & consequenter non penetrare poterunt aliud corpus. In futurâ autem vitâ dicuntur spiritualia, & consequenter oppositâ qualitate instructa, cujus vi corpora penetrare possunt. 2. Ex *ιωγγαλιε*, non enim tantum boni sed & mali Angeli penetrare possunt corpora, possunt simul magno numero esse in unico aliquo corpore, ita ut Diaboli illi, qui fuerunt in obsessio illo, responderint Christo & dixerint, se esse Legionem. 3. Ex conformitate cum corpore Christi, quod penetravit uterum Mariz, lapidem sepulchralem, & tandem januas clausas, ut habetur Job. 20, 19. Si itaque corpus Christi vi penetrativâ dotatum fuit, etiam corpora glorificata beatorum eadem vi penetrativâ gaudebunt: Nec obstat 1. Quod cum subtile & rarum obvies duro, non penetret, sed penetretur, ut patet, quia si lapis projiciatur, penetrat aërem, per illum transit, & subtile hoc corpus dividit, non autem aer penetrat: Si ergo corpus gloriosum est subtile & instar Spiritus, non ipsam corpus penetrabit, sed à duro penetrabitur. 2. Non tantum Angelis comparantur beatorum corpora, sed etiam luci & lumini, fulgebunt enim beati in alterâ vitâ sicut Sol; Matth. 13. At radius subtilitate suâ non penetrat corpora opaca, sed reflectitur, reprimitur, ut resiliat, aer non penetrat nisi porosa, Ergo corpus gloriosum etiam non penetrabit, præprimis si habeat oppositum opacum, aut corpus non porosum. 3) Christus neque penetravit uterum, neque lapidem sepulchralem, neque januas clausas, idque probavit Doctor Olevianus Medicus in Colloquio, quod habuit cum Doctore Hæro, nam Olevianus dixit, in Græco non haberi voculam *Alç*, que significet per, ita ut Christus dicatur, transisse per fores, per januas clausas: Præterea Lutherum non ita reddidisse, daß Christus durch die verschlossene Thür seye eingegangen sed tantum, da die Thüren verschlossen waren: Denique præcipue hanc, da die Thüren verschlossen waren, non idem significare, ac per januas clausas, se enim in rei veritate dicere posse, Hæc, cum Electoralis Arcis porta erat occlusa, veniebam ad portam, & ad portam Electoralem, non quod per occlusam januam venerit in arcem, sed quod occlusâ januâ advenerit. Sed respondetur ad primam Exceptionem, illam nobis non obstare, primum quia aër quidem cedit lapidi projecto, verum non penetra-

tratur à lapide projecto: tum quia subtilitas corporum beatorum longè est alterius conditionis, quàm subtilitas aeris, subtilitas enim corporum gloriosorum fundatur in dote spiritualitatis, subtilitas autem aeris est naturalis proprietatis: tum quia est distinguendum inter subtilitatem raritatis & inter subtilitatem corporeitatis; In aere quidem est subtilitas raritatis, hinc fit ut penetraretur, non penetret, si corpus solidum & durum transmittatur, sed non est subtilitas corporeitatis, ita ut corpus ratione substantiæ sic subtile reddatur, ut etiam penetraret aut penetrare possit alia corpora per naturam se junctæ; & si ut quidam Medici statuunt, naturaliter datur penetratio corporum, quidni spiritualiter & supernaturaliter hæc dos locum habere poterit in corpore glorioso? Nec obstat β) 1. Quamvis corpora gloriosa non tantum comparentur Angelis, sed etiam luci & lumini, tamen comparantur Angelis, & consequenter cum comparatione illâ induci possunt Qualitates Angelicæ. 2. Si comparantur luci & lumini, corroboratur nostra sententia per illam comparationem, nam si lux & lumen materiale proximè accedunt ad Spiritum, ita ut in ictu oculi atque momento lumen Solis totum hemisphærium collustrat, corpora etiam beatorum in momento erunt, ubi esse volunt: Si autem in momento esse possunt, ubi esse volunt, non impediuntur, nec retardabuntur à corpore opposito, & consequenter illud penetrabunt. 3. Quod lux & lumen non penetrant opacum, id non tantum est ex oppositione corpulentæ, quæ cum luce & lumine non pugnat, sed ex oppositione opacitatis sive qualitatis in hoc vel illo corpore, cum enim opacum & lucidum sint opposita, ideoque lux & lumen non penetrant opacum sed tollunt, prout est natura oppositorum, possunt tamen lux & lumen penetrare, id quod substratum est qualitati opacitatis ad minimum supernaturaliter. Nec γ) nobis obstat: 1. Christum in natiuitate sua non penetrasse corpus Mariæ improbabiliter dicitur nam quamvis etiam ex nostris Theologis quidam materialem modum nascendi cum *Chemitio* agnoscant, utut quidam malint *ἐπιχρῶν*, probabilissimè tamen dicitur, Christum uterum Mariæ penetrasse, idque colligitur, tum ex Scripturâ, quæ scilicet asserit naturalem

generationem fieri per uteri adaptionem: *Omne masculinum adaperiens uterum Domino Sanctum vocabitur, Exod. 13. 2. Num. 7, 17.* Si autem Scriptura generationem naturalem per adaptionem uteri describit, ex opposito innuit generationem supernaturalem fieri clauso utero: Præterea *Tertullianus lib. de Carne Christi, cap. 23. distinxit virginitatem in virginitatem à Viro, & in virginitatem à partu.* Si itaque duplex datur virginitas, atque nulla semoveri potest à Mariâ, non tantum virginitatem illibatam servavit per congressum maritalis defectum, sed etiam per defectum adaptionis uteri in ipso partu: Denique non tantum conceptio Christi, sed & partus fuit miraculosus absque doloribus, qui parturientes comitantur, absque adaptione uteri, quod fit regulariter; Imò hoc in terminis videtur asserere *Esaïas c. 7. dicens: Ecce, virgo concipiet & pariet Filium.* ubi loquitur de signo miraculoso, dando domui Judæ, & consequenter miraculum proponit, dicit enim non tantum virgo concipiet, sed etiam pariet, adeoque in conceptione & partu miraculum hoc ponit: Dicit conjunctim virgo concipiet & pariet, eodem tenore verborum, ut intelligamus Mariam fuisse Virginem non tantum in conceptione, sed etiam in ipso partu; nec abnuit Scriptura N. Testamenti, quæ *Luc. 11, 23. Legem de primogenitis in templo sistendis DEOque offerendis adducit, ex Exod. 13, 2. ex Lev. 12, 2.* At neutra lex obligavit Christum aut Virginem Mariam, quia illa *Levit. 12. loquitur de mulieribus, quæ ex semine virili concipiunt & primum pariunt; Maria autem concepit ex Spiritu Sancto absque semine virili: Lex verò Exod. 13. obligat illos, qui ex semine impuro nascuntur, peccatis sunt obnoxii, qualis Christus non fuit, imò hæc Leges non potuerunt obligare, eo ipso, quo erat Dominus Legis, Matth. 12, 8. Denique quia Antiquitas stat pro nostra sententia, Ambrosius in hymno, cujus initium, conditor alme siderum &c. & nostra Ecclesia Evangelica adhuc retinet & uno ore celebrat miraculosam conceptionem & genituram Christi comparatione ex solis radiis penetrantibus fenestras usurpatâ: Secundum exemplum de penetratione per lapidem sepulchrali male negatur à Calvinianis; nam 1. Christus resurrexit, cum ad-*

adhuc lapis incumberet sepulchro, non itaque resurrexit nisi penetrando illum lapidem, resurrexit autem in terræ motu, quem secuta est Angeli præsentia. 2. Christus declaratus est Filius Dei per resurrectionem Rom. 1, 4. adeoque infinitæ potentiz. Si itaque declaratus est Filius DEI ex resurrectione, non opus habuit ministerio Angeli lapidem revolventis, ut scilicet possit resurgere, quemadmodum si dicerem, Christus est declaratus Filius DEI ex creatione, eo ipso excludo omnem creaturam ad creationem concurrentem. Denique 3. aliud est ipsa resurrectio, & aliud resurrectionis manifestatio, illa est opus infinitæ virtutis secundum substantiam & circumstantias, ideoque ipsi soli competit non tantum vivificatio, sed & lapidis sepulchralis revolutio; Hæc autem, scil. manifestatio, sicut fieri potuit à mulieribus, sicut facta est ab Apostolis & cæteris multis Discipulis, ita etiam facta est ab Angelo. dicitur enim Angelum venisse à cælo, accessisse & devolvisse lapidem, nec non dixisse, Christus non est hîc, resurrexit, ut dixit: *Venite & videte locum, ubi recubuit Dominus Matth. 28, 6.* Cùm enim mulieres essent prætimidæ, cùm certificandæ de resurrectione Salvatoris, cum manifestanda illa resurrectio, quæ jam contigerat, ante lapidis sepulchralis revolutionem, ideoque Angelus hæc annuntiavit mulieribus, usus verbis in tempore præterito, surrexit, verbis in præsentem, non est hîc: Verbis ad oculum demonstrantibus, locum ubi Dominus recubuit. Tertium Exemplum de introitu Christi maximè pro nobis facit; nam fuisse illum, introitum supernaturalem, miraculosum & penetrativum, omnia demonstrant, partim præcedens notatio temporis, quod scil. *ἀφίαις πρωϊνῆς* facta sit illa apparitio, quæ phrasis non notat noctem fuisse. cùm Christus intraret, sed tempus vespertinum, quo alias regulariter non solent claudi fores, nec clausæ fuerunt apud cæteras Judæorum domus: Idque patet, tum ex eo, quia *ἀφίαι* non notat nocturnum tempus, sed vesperam, cùm adhuc lumen est in Orbe, adeoque crepusculum, tum ex eo, quia Apostoli tum congregati erant in illa domo, & causa confestim, adjicitur propter metum Judæorum, metuebant enim, nè, quæ injuria cœpisset in Magistro, consummaretur in Discipulis, fo-

res itaque erant clausæ ex metu, quæ causa cessit in Judæorum  
 domibus: tum ex eo, quia dicuntur fuisse congregati in illâ do-  
 mo, compacti quasi in illam ex metu, quem conceperant: nec  
 obstat, quod dicitur, *Christum adventasse foribus clausis in plurali*  
*numero*, ut intelligeretur, tempus fuisse, quo fores clauderentur,  
 quod cæterorum Judæorum januæ etiam clauderentur: nam  
 sicut fores apud Latinos notat in singulari januam, ita phrasîs  
 græca *θύρῶν κεκλισημένων* illius domus januam notat fuisse occlu-  
 sam, quemadmodum hæc vox in plurali numero in significatu  
 singulari habetur apud Homerum & forsitan alios Scriptores, &  
 quidem forte respiciendo ad fores illas, quæ medium Sectæ  
 duabus partibus constant, ut consequenter aperiri vel claudî  
 dicantur in plurali, ita ut singularis subintelligatur. 2. *Olevianus*  
 malè opposuit particulam *Al*: non haberi, tum quia non  
 opus erat, ut eam adhiberet Johannes, tum quia est *πλῆθος*,  
 & nunc notat PER, nunc IN, nunc CUM, tum quia etiamsi ad-  
 dita fuisset, tamen eludere potuissent illius vim Doctores Cal-  
 vimiani: Non urget, quod ex versione Lutheri produxit, rectè  
 enim vertit, da die Thüren verschlossen waren / partim singularem  
 circumstantiam notando, quod scilicet cum Judæorum domus  
 nondum essent clausæ, clausæ tamen fuerint fores illius domus,  
 in quâ Apostoli congregati: Partim quia Lutherus ita reddend-  
 o voluit *ἀνεληκτῶς* exprimere introitum miraculosum, adeoque  
 tantundem dicere, quamvis fores fuissent occlusæ in domo illâ  
 Apostolorum, tamen Christus ingressus est ad illos, non illum  
 poterat impedire aut retardare illa januarum occlusio: Partim  
 quia ita convenienter textui græco reddidit. In Græco enim  
 notante ipso *Oleviano*, non habetur vox *Al*, ut Luthero ver-  
 tendum, fuisset durch die verschlossene Thüre / sed *θύρῶν κεκλισημένων*  
 emphaticè, da die Thüren verschlossen waren / cum essent clausæ  
 & obstructæ. Tertium nimis crudum est, tam quia, si venit  
 ad arcem Dresdensam occlusis portis, & hoc ex veritate dicere  
 potuit *Olevianus*, non potuit ex veritate dicere, nisi notando  
 tempus, quando scil. venerit ad portas clausas arcis: tum quia  
 dicere non potest se venisse ad portas *θύρῶν κεκλισημένων*, januis  
 singulariter obstratis: tum quia non potuit dicere se venisse &

in-



intrasse januis clausis, sed portitorem debuisse aperire, si scilicet voluerit intrare; adeoque non hâc phrasi uti, nisi Christus vellet esse præstigiator. Argumenta sunt in textu, quæ convincunt Christum intrasse per penetrationem dimensionum in portâ factâ: Nam a) non pedetentim ingressus est è loco in locum se movens, sed subito stetit in medio Discipulorum ad modum alicujus Spiritus sese inferentis in coronam hominum. b) Ipse Apostolorum conceptus de illo ostendit penetrasse fores, putabant enim spectrum esse, adeoque Spiritum latere sub illo, spectra verò apparere solent ita, ut non ad modum corporum apertis januis intrent. γ) Inter miracula refertur hæc apparitio, cum dicitur circa finem hujus capituli multa alia signa fecisse Jesum coram Discipulis, quæ non sint scripta in libro hoc; & notandum, non dici μετὰ θυρῶν κεκλεισμένων, vel in claudendo fores, ut scilicet tempus notaretur adventantis Christi, daß es sey umb den Abend gewesen bey dem Thürschließen / sed μετὰ κεκλεισμένων, unde Beza malè notavit, sponte Christo fores patuisse, vel etiam parietes factos esse pervios, quomodo enim stante hâc Interpretatione fores dici possunt clausæ; & quidem ex metu Judæorum in hâc domo, & non in aliis; frustra Petrus Martyr & ceteri Calviniani per fenestram ipsum irrepsisse volunt, ut fures de noctu veniunt, perque fenestras in domos irrumpunt; Longè sanius illis Johannes Calvinus, qui agnoscit hîc miraculosum quid: Imò Augustus Martyratus, qui apertè scribit in cap. 20: Johannis, quod Christus januis clausis venit ad Discipulos, divinæ in illo potentiz illustre specimen continet, nam quod putant referatas illi fuisse fores per aliquem, aut humano more ingressum, prorsus à mente Evangelistæ discrepat, sic igitur habendum, Christum non sine miraculo ingressum esse. Ut autem rei veritas ex dictis patet, ita de modo natiuitatis, resurrectionis & ingressus illius miraculosi maxima superest disceptatio: Nam 1. quod Natiuitatem concernit, sunt ex Patribus, qui dicunt Christum nascendo uterum Matris aperuisse, & hoc putant singulare fuisse in Virgine Mariâ, quia aliis mulieribus aperitur uterus in conceptione, Mariæ autem in partu, atque ita interpretantur Legem Exod. 13. supra adductam,

ductam; *Omne masculinum adaperiens uterum, sanctum Deo vocabitur*, intelligendo singulariter de Christo: Unde *Epiphanius Hæresi LXXVIII.* circa finem de Christo loquens: *Hic est, dicit, qui verè aperuit uterum Matris.* 2. Illi qui negant Christum per adaperitum uterum in mundum progressum, modum quandam confinxere, cum *Alphonso Tostato Episcopo Abulensi*, qui admirabilis, nam ille paradiso primo cap. 68 per ilia & umbilicum, vel per aliam corporis partem, quâ ordinariè fœtus non solet emitti, Christum exiisse putat; 3. *Godofredus Cornubiensis* cum capere non posset, quomodo duo corpora se invicem penetrare, & simul eodem loco existere valerent, hanc sententiam excogitavit, nempe non fuisse natum Christum transeundo per medium, sed ab extremo in extremum immediatè transfiliendo, quemadmodum corpus Christi possit esse simul in coelo & in Sacramento Cœnz absque hoc, quod sit in medio, atque ita potuisse Deum efficere, quod corpus Christi primò fuerit vel fuisset in utero Matris, & postea extra illum, non transeundo medium, sed absque hoc quod fuisset in medio simul cum corpore Matris. Tandem *Durandus* de modo fovit hanc opinionem, quod scil. Maria quidem permanserit Virgo in partu & post partum, sed tamen Christus exierit ex Matre per dilatationem membrorum & meatuum naturalium sine interruptione vel aliquâ fractione, quemadmodum secundum *Augustinum* hoc factum fuisset in omnibus mulieribus, si status innocentiz perdurasset, peperissent enim tum temporis sine dolore, qui nunc est pœna peccati, unde proles nata fuisset per dilatationem membrorum naturalium, & non per fractionem sive divisionem, quæ in sentientibus non potest esse sine dolore: At 1. quod Patres illos concernit, qui putant Christum adaperuisse uterum matris, phrasin quidem adhibuerunt, sed aliud hâc phrasi subintellegerunt, nempe Christum adaperiendo uterum dedisse fœcunditatem Mariz, idque patet tum ex opposito, quia claudere uterum propriè significat infœcundum & sterilem reddere, juxta Gen. 20, 29. 30. nec non 1. Sam. 1. de Hana: Vi itaque oppositionis aperire uterum significabit conferre alicui fœcunditatem, atque ita Christus aperuit uterum, non per

per illum transeundo, rupturam & fractionem causando, sed fecunditatem Mariz Virgini, alias absque congressu maritali ad concipiendum & pariendum ineptæ, fecunditarem largiendo: tum quia Patres hâc phrasi tantum voluerunt indicare veritatem Nativitatis, quod scilicet illa non phantastica nec appa-rens tantum fuerit, quia alias in verâ Nativitate naturali adaperitur uterus, hocque patet ex *Hieronymo in Dialogo II. contra Pelagianos*, scribens: *Solus Christus clausas portas uteri virginalis aperuit, quæ tamen clausæ jugiter permanserunt.* Non itaque voluit indicare, Christum prius rupisse claustrum Virginitatis, ut egrederetur; Postea verò iterum consuisse & restituisse in pristinum statum; hic enim sensus integritati Virginitatis & Christi Potentia & Majestati est contrarius, aperuit igitur Christus portas relinquendo clausas, quia fecunditatem vimque pariendi servatâ integritate contulit: tum quia in simili, si quis diceret, Christum aperuisse sepulchrum suum clausum relinquendo, non aliter intelligeret, quam quia clauso usus fuerit, ac si esset apertum, ut eleganter non tantum *Amphilochius*, sed & *Euthymius* exposuit in *cap. Luc. secundum* scribens: *Solus Christus nondum apertam supernaturaliter aperuit & clausam naturaliter conservavit.* Sententia *Tostati* nobis pariter probari nequit, tum quia Nativitas connotat locum Nativitatis, per quem transit, at si Christus per umbilicum aut latus exivisset non naturalem viam partus, quæ ceteri homines exire solent, non connotaret locum Nativitatis, imò hâc ratione per os exire potuisset: tum quia conceptio quidem potest fieri per aures, sed non Nativitas, quæ scilicet per egressum ex utero: tum quia *Damasceus l. 4. de orthodoxa fide* hunc modum exeundi jam rejecit ante *Tostatum cap. 15.* Sententia itidem *Gottofredi Cornubiensis* nullâ demonstratione nititur, & rejicitur, partim ex eo, quia impossibile videtur, delabi ab uno extremo ad alterum, ita ut non sit in medio: Partim quia veram Nativitatem tollit, ita enim Christus non potuisset dici egressus è Matre, quia scilicet medium non pertransiit, sed tantum fuisse in Matre per conceptionem & extra Matrem per Nativitatem: tum quia illa comparatio cum corpore Christi in cœna plane hûc non quadrat, nec enim illa fit per extremi cum

EX-

extremo conjunctionem, sed per omnipræsentiz suppositionem, atque divinam de præsentia illâ in cœnâ dispositionem: Denique sententia Durandi non satis convenit huic mysterio: Nam 1. supponit salvâ Virginitate factam esse generationem vel futuram in statu integritatis, quod tamen disputant Thomas, Bonaventura Altitudorensis, imò negat Epiphanius Her. 78, 2. Posito sententiam Augustini prævalere, quod sine ulla corruptione integritatis & concepissent & peperissent feminæ in statu innocentiz, ad pariendum non doloris gemitus, sed maturitatis impulsus viscera relaxasse, quæ relaxatio neque corruptio dici debebat, neque dolorem allatura fuisset, nihilo magis quam naturalis apertio oris, aut cujuscunque alterius membri, quod naturaliter & conteri, & laxari potest, tamen nondum concluditur, pari ratione se habuisse Mariam in pariendo Christum, quia dictum est illi: *Spiritus Sanctus superveniet in Te, & Virtus Altissimi obumbrabit Tibi, Luc. 1.* quod de Evâ & mulieribus in statu innocentiz nunquam dictum, nec dicti capax est. 3. Quod Durandus scribit, *per meatus naturales laxatos Christum exivisse.* id maxime impugnatur à sociis reliquis, tum quia eâ ratione partus Virginis non excoessisset modum Nativitatis, qui in statu integritatis futurus erat: tum quod hæc ratione partus Christi non posset dici eminenter miraculosus, nullum est miraculum, quod homini etiam integro competeat ex vi suæ condituræ: tum quia non parum derogaret hîc modus Virginitatis integritati, quam non tantum illibatam conservatam fuisse Patres asserunt, sed etiam auctam, ut Augustinus scribat: *Crevit in ejus partu integritas corporis potius quam decrevit, & virginitas ampliata est potius quam fugata, Serm. XV. de Tempore;* Quapropter dicendum, Christum natum esse ex Mariâ Virgine per corporum penetrationem singulariter modoque divino, nam sine dolore peperit integra atque sana nihil sentiens, quæ in communibus puerperiis accidere solent infantem ipsa reposuit in præsepe nullâ obstetrice usâ, quâ nec opus habuit, fasciisque Christum involvit. Luc. 2, 7. Quantum ad egressus modum à sepulchro, disputatur, an vi unionis personalis, an verò vi dotis glorificationis Christus à sepulchro exierit, & sanè egredi potuisse

tuisse virtute Deitatis communicatz, imò egressum esse, patet tùm ex eo, quia declaratus est Filius DEI per resurrectionem, Rom. 1. tùm ex eo, quia etiam in Statu Exinanitionis virtute communicatz Majestatis ambulavit super mare & advocavit Petrum, Matth. 14, 25. seqq. tùm ex eo, quia in monte Thabor faciem & vestimenta immutavit contra naturalem dispositionem lineamentorum, Matth. 17. vicissim virtute glorificationis penetrasse sepulchrum, patet tùm ex eo, quia vivificatus quidem fuit virtute divinâ, & ex illâ vivificatione declaratus Filius Dei, verum quod resurrexerit penetrando lapidem, hoc factum esse videtur virtute glorificationis; Tùm ex eo, quia nostri Theologi colligunt ex glorificatione Christi beatorum corpora quoque esse penetrantia, adeoque refundunt illam penetrationem in dotes corporis glorificati: Tùm ex eo, quod Christus potuerit virtute glorificationis penetrare saxum, quæ tamen controversia facile componi potest, si dicatur. resurrectionem Christi cum penetratione lapidis, adeoque in suâ latitudine refundi posse partim in Majestatem divinam communicatam, partim in dotem gloriz superadditam: 3. Quantum ad introitum miraculosum ad Apostolos, quidam volunt factum esse per modum cessionis, ita ut fores CHRISTO cesserint, sicut aër cedit sagittæ, quæ per illum transmittitur: alii volunt, factum id esse ex porositate corporum, corpus enim gloriosum habet naturam lucis, quæ totam essentiam suam salvat in puncto, penetrat & poros transit: Denique sunt, qui ad obedientiam corporum referunt respectu intellectus, ut sicut intellectus abstrahere potest à quantitate naturam, ita secundum veritatem posse abstrahi quantitatem à corporis substantia: Verùm omnes hi modi nobis non probantur: Non Primus, partim quia nil inest miraculosi, si scilicet corpus cedat corpori, partim quia cedit corpori duriori corpus quoddam rarius. At fores istæ non fuere conditionis rarioris aut essentiz, sed solidi corporis naturam habebant: Partim quia, si cesserint corpori Christi adventanti, loco motæ fuissent fores, de quo tamen nullum vestigium inest textui: Secundus modus non probatur, tùm quia lux poros penetrat naturaliter, at nos in-

B b †

gressum

gressum hunc miraculosum fuisse evicimus: Tùm quia licet naturam lucis referant corpora beatorum, tamen habent etiam naturam spiritualitatis; tùm quia hoc modo sequeretur, quod corpus non porosum est, id non potuisse penetrari, quod est absurdum. Tertius displicet, tùm ex eo, quia non illa, quæ per intellectus præcisionem possunt abstrahi, confestim realiter possunt separari: tùm ex eo, quia corpus organizatum aliquod, membris instructum, non potest esse sine extensione: tùm ex eo, quia quantitatem simpliciter separari à corpore glorioso videtur absurdum, cum figura corporis humani, quæ fundatur in quantitate, non separetur: Quapropter dicendum videtur ingressum illum fuisse per penetrationem dimensionum, ita quidem ut non dividerit, neque, loquamur ita, subtiliaverit corpus objectum, sed coextiterit in eodem spatio.

## I N D E X

### LOCORUM ET QUÆSTIONUM. EXAM.rum.

#### Locus I. De Theologia.

##### Quæst.

- I. *An Theologia vox usurpanda sit in Scholis Christianis? & quos modis sumatur? pag. 1.*
- II. *An sit Theologia, & Quotuplex? pag. 8.*
- III. *An dectur Theologia naturalis? pag. 9.*
- IV. *An Theologia naturalis sit sufficiens ad salutem? pag. 10.*
- V. *An Deus & Res divina sint Objectum Theologiae? p. 16.*
- VI. *Quodnam sit Genus Theologiae? pag. 17.*
- VII. *An Theologia sit Theoretica, an Practica? p. 21.*
- VIII. *An ratio humana sit principium & norma, ad quam exigi debent Religionis Christiana & Theologia dogmata? p. 23.*
- IX. *An rationi iudicium aliquod competat in rebus fidei, an verò nullum omnino ejus sit usus? pag. 26.*
- X. *An rationi humana iudicium contradictionis in rebus fidei permittendum sit? p. 30.*
- XI. *An*

- XI. *An aliquis sit usus Testimonii scripturæ in mysteriis fidei? an pe-  
nitentia sit repudiandum? p. 31.*
- XII. *An dogmata fidei & morum tantum expresso DEI verbo demon-  
stranda sint. Annon etiam per consequentias ex Scripturâ in-  
ferentur legitime probari possint? p. 33.*
- XIII. *An aliquis sit Philosophia in Theologia usus? p. 35.*
- XIV. *An dentur loci quidam Theologici fundamentales, alii non? Et  
quomodo inter se dignosci possint? pag. 38.*

## Locus II. De Scripturâ Sacrà.

Quæst.

- II. *An necesse fuerit DEI verbum scripto consignari? p. 46.*
- XIX. *An quadruplex sit Scriptura sensus, literalis, Allegoricus, Ana-  
gogicus, Tropologicus? pag. 49.*

## Locus III. De DEO Uno & Triuno.

Quæst.

- I. *An DEI Existentia invictè contra Atheos demonstrari possit? p. 52.*
- II. *An dentur Athei propriè dicti? p. 59.*
- III. *An Deus sit unus? pag. 64.*
- IV. *An soli Deo sit ita proprium, ut sit incommunicabile creaturis? p. 68.*
- V. *An proprietates divine distinguantur realiter ab essentiâ divinâ?  
pag. 70.*
- VI. *An attributa benè distinguantur in communicabilia & in-  
communicabilia? p. 73.*
- VII. *An Deus sit simplicissimus & omnis compositionis expertus? p. 78.*
- X. *An aternitas DEI excludat successionem secundum prius & poste-  
rius? p. 81.*
- XI. *An Deus sit immutabilis & quoad essentiam & quoad volunta-  
tem? p. 85.*
- XII. *An sub scientiam DEI etiam cadant singularia & futura contin-  
gentia? 85.*
- XIII. *An desur in DEO scientia media? pag. 94.*

- XIV. An Deus quadam velis necessario, quadam liberè? p. 105.*  
*XV. An benè distinguatur voluntas in voluntatem decreti & precepti, iudicialis & iudicialis, beneplaciti & signi, arcanum & revelatum? p. 108.*  
*XVI. An benè distinguatur voluntas in antecedentem & consequentem, efficacem & inefficacem, conditionatam & absolutam? pag. 120.*  
*XVII. An voluntatis DEI aliqua possit dari causa? pag. 140.*  
*XXII. Qualis sit DEI omnipotentia, an se extendas ad ea, qua implicanti contradictionem? pag. 143.*  
*XXIII. Quid & quotuplex sit DEI dominium, & an detur jus DEI absolutum & ordinatum? pag. 150.*  
*XXVII. An Persona divina distinguantur ab Essentiâ & inter se, & quomodo? pag. 171.*  
*XXIX. An Filius DEI ab aeterno sit genitus à Patre? p. 183.*

## Locus IV. De Decretis DEI in Genere.

**Quæst.**

- I. An dentur decreta & quomodo sint in DEO? p. 193.*  
*III. An dentur decreta conditionata? p. 197.*  
*IV. An decretum afferat necessitatem rebus futuris? p. 206.*  
*V. An DEI decreto cuiusque hominum vita terminus fixus & immobilis cum omnibus suis circumstantiis sit constitutus, ut alio temporis articulo & alio moris genere decedere non possit? 215.*

## De Prædestinatione.

- VI. An Prædestinatio publicè doceri & predicari debeat? p. 235.*  
*VII. Quò sensu vox Prædestinationis &c. p. 238.*  
*VIII. An detur talis Prædestinatio, nec non? An sit ejusdem generis & ordinis cum Prædestinatione hominum? p. 248.*  
*IX. An objectum Prædestinationis sit homo creabilis aut labilis, an verò conditus & lapsus? p. 251.*  
*X. An Christus sit causa & fundamentum Electionis? p. 256.*

*21.*



- XI.** *An Electio facta sit ex praevisione fidei aut operum, an verò ex solâ DEI gratiâ? p. 263.*
- XII.** *An constans sit & immutabilis certorum hominum ad salutem Electio? p. 272.*
- XIII.** *An fidelis possit esse certus de Electione suâ certitudine non tantùm conjecturali & morali, sed infallibili & fidei. p. 277.*
- XIV.** *An decretum reprobationis sit absolutum, quod à solâ iudicij DEI pendeat, an verò peccatum propria ejus sit causa? 281.*
- XV.** *An infidelitas adversus Evangelium ut causa prae-supponatur in reprobatione? p. 286.*
- XVI.** *An voluntas DEI servandi perseveranter credentes & dammandi incredulos sit totum decretum Prædestinationis? 289.*
- XVII.** *An tribus debeat DEO voluntas quaedam conditionata? pag. 290.*

## Locus V. De Creatione.

### Quæst.

- X.** *In quo sita sit imago DEI, ad quam homo conditus est? p. 297.*
- XI.** *An primus homo ante lapsum immortalitatem habuerit, an verò naturâ & conditione fuerit mortalis? p. 297.*
- XIII.** *An anima à DEO creentur, an verò per irradationem propagentur? p. 298.*

## Locus VI. De Providentiâ.

### Quæst.

- II.** *An Providentiâ DEI rectè dicatur fatum? p. 313.*
- IV.** *Num Providentiâ sua sit tantùm in conservatione, an verò etiam in gubernatione & concursu non tantùm indifferenti sed particulari, specifico & immediato? p. 317.*
- V.** *An Deus concurrat cum causis secundis non modò concursu particulari & simultaneo, sed etiam prævio? p. 326.*

## Locus VIII. De Statu Hominis ante lapsum, & fœdere Naturæ.

**Quæst.**

- L.** *An detur fœdus naturæ, ut contradistinctum fœderi legali? & Evangelico? p. 329.*
- III.** *An DEUS fœdus aliquod cum Adamo pepigerit? & quale? pag. 335.*
- VI.** *An Adamus promissionem habuerit vitæ æternæ & cœlestis; & peracto obedientiæ curriculo in cœlum evadendus fuerit? p. 340.*

## Locus IX. De Peccato.

**Quæst.**

- VII.** *Quomodo labi potuerit homo integer, & quenam ejus lapsus erat causa? p. 347.*
- XV.** *An peccatum possit esse pœna peccati? p. 351.*

## Locus X. De Libero Arbitrio.

**Quæst.**

- III.** *An ratio formalis liberi Arbitrii posita sit in indifferentiâ, an verò in lubecentiâ rationali? p. 360.*

## Locus de Lege.

- X.** *An cultus tantùm, an non etiam formatio & usus Imaginum religiosarum in locis sacris precepto secundo sit prohibitus? p. 368.*

## Locus XII. De Fœdere Gratiæ.

- Q. VI.** *An fœdus gratiæ unquam universale fuerit, vel quoad oblationem, vel quoad acceptationem? p. 374.*

## Locus XIII. De Christo.

- Qu. II.** *An necesse fuerit, Filium DEI incarnari? p. 387.*
- IV.** *An Filius DEI naturam humanam in unitatem Personæ assumpsit? p. 390.*
- VIII.** *An humane naturæ Christi per unionem personalem communicata sint formaliter quedam proprietates divine naturæ? p. 407.*
- XI.** *Quomodo Christus conceptus fuerit ex Spiritu S. & natus ex B. Virgine? p. 421.*

XV.

XV. *An anima Christi statim post separationem sui à corpore translata fuerit in Paradisum, an verò localiter descenderit ad inferos* p. 425.

XVI. *An descensus ad inferos rellè ad cruciatum infernales, & ad statum abjectissimum sub dominio mortis in sepulchro referatur?* pag. 330.

XVII. *An ascensio Christi facta sit propriè per motum localem ex locis inferioribus ad supremum cœlum Beatorum, vel an facta sit metaphoricè per disparitionem?* p. 432.

XIX. *Quid sit Sessio? secundùm quam naturam? An ad situm rationem pertineat?* p. 441.

XXIV. *An Christus pro omnibus & singulis hominibus universaliter sit mortuus, an verò tantùm pro Electis?* p. 448.

XXVIII. *An Christus quàm Mediator sit adbrandus?* p. 461.

### Locus XV. De Vocatione & Fide.

Q II. *An reprobi, qui vocationis externæ sunt particeps, à DEI consilio & intentione vocentur, ut salutis fiant particeps, & an hoc negato, Deum non agere cum illis seriò sequatur, sed hypocriticè & simulatè. vel posse iniustitiæ alicujus accusari?* p. 468.

III. *An gratia sufficiens subje-tiva & interna detur omnibus?* p. 470.

IV. *An vocatio dicatur efficax ab eventu vel congruitate, an verò ab ipsâ gratiæ operatione supernaturali?* p. 486.

VI. *An gratia efficax oparetur tantùm suasionem quâdam morali, quâ homo vel admittere vel rejicere possit, an verò virtute invictâ ac omnipotente, cui nullum resistere possit hominis arbitrii?* 494.

XIV. *An infantes habeant fidem?* p. 499.

XV. *An fides temporaria non gradu tantùm differat, & duratione, sed etiam specie à fide justificante?* 503.

XVI. *An fidelis, vel totaliter, vel finaliter à fide possit deficere?* p. 507.

### Locus XVI. De Justificatione.

Qu. IV. *An Justificatio consistat tantùm in remissione peccatorum, an verò etiam completatur adoptionem & jus ad vitam?* pag. 1.

### Locus XVII. De Sanctificatione.

Q. I. *An bona opera sint necessaria ad salutem?* pag. 8.

Locus

## Locus XIX. De Sacramentis.

- Q. I.** *Quid sit Sacramentum, quoad nomen & quoad rem?* p. 11.  
**II.** *An necesse fuerit Sacramenta in Ecclesiâ institui, & an usus eorum sit necessarius?* p. 20.  
**III.** *Quenam sit natura signi, quod requiritur in Sacramento?* p. 21.  
**IV.** *An forma Sacramentorum essentialis & interna sita sit in relatione signi ad signatum, & in eorum unione merè æternâ?* p. 24.  
**VI.** *An verbum sacramentale sit verbum prædicatum & concionale, an verò consecratorium, quod sit operativum?* p. 26.  
**IX.** *An differentia Sacramentorum V. & N. T. in eo consistat, quod illa adumbrarint gratiam, hæc contingant, illa figuram, hæc sorptus habeant?* pag. 30.

## De Baptismo.

- XI.** *Quid sit Baptismus & quotuplex?* pag. 40.  
**XII, & XIII.** *An Baptismus fuerit tantum ritus temporalis, discriminans fideles ab infidelibus, qui ad tempus durare tantum debuerit, an verò sit absolutè ad salutem necessarius?* p. 50.  
**XIV.** *An Baptismus Laicorum aut mulierum ullo in casu licitus sit?* 54.

## De S. Cœnâ.

- XXII.** *Cur S. Cœna à Domino sit instituta & quibus partibus constet?* 59.  
**XXIII.** *An in Eucharistiâ Consecratio fiat pronuntiatione verborum, HOCEST CORPUS MEUM, & an secretè pronuntianda sint?* 68.  
**XXIV.** *An ritus fractionis panis sit necessarius in administratione?* 73.  
**XXVI.** *An verba Cœna propriè & literaliter hæc sūt: τὸ πρῶτον, an verò tropicè & sacramentaliter sint intelligenda?* p. 80.  
**XXVIII.** *An Christus præsens sit corporaliter in Eucharistiâ, & an oraliter manducetur à fidelibus?* p. 91.  
**XXX.** *Ancultus latræ, qui summus est, siue adoratio debeatur Eucharistiæ?* pag. 115.

## Locus XX. De Novissimis.

- Q. V.** *Qualis futurus sit mundi interitus, an per ultimam conflagrationem sit annihilandus, an verò instaurandus & renovandus?* p. 126.  
**VIII.** *An vita æterna constituenda sit in visione DEI, an in ejus amore & gaudio?* pag. 149.  
**IX.** *De dectibus corporum glorificatorum?* p. 169.

Errata.

*Errata Typotheta sic corrigenda.*

PAG. 1. lin. 19. lege  $\epsilon\gamma\gamma\epsilon\sigma\phi\theta$ . p. 3. l. 4. l. nomen male, p. 4. l. 20. l. quasi Deus. ibid. l. 24. del. i. ratione. p. 6. l. 12. l. singulariter. l. 15. l. orationibus. l. 19. l. proprie. p. 7. l. 29. l. Theologum. p. 8. l. 3. l. maxime proprie. lin. 18. & 19. l. Theologia. l. 27. pro sed l. nec, ibid. post, de seipso, adde, Theologia enim increata non dicit Dei cognitionem de seipso, sed dicit. p. 9. l. 29. l. esse. p. 11. l. 25. l. Hülse-mannus. l. 27. del. & p. 12. l. 5. l.  $\alpha\sigma\alpha\mu\lambda\delta\gamma\mu\sigma\iota$ . l. 9. l. gentes essent. l. 12. pro Sub-jecti l. Spiritus Sancti. l. 28. pro per l. extra. p. 13. l. 19. l. pronunciatum. l. 30. l. cap. p. 14. l. 20. l. interdictione. p. 15. l. 8. pro commendatur l. & commendata. l. 15. l. instillasse. p. 16. l. 17. l. revelata. l. 19. pro hac l. tertia. l. 34. pro quod l. ut. p. 17. l. 1. l. prædicentur. l. 11. l. non. l. 14. l. enim. l. 19. l. in. l. 20. l. esse objectū. l. 21. l. Theo-logiæ. l. penult. l. antonomasticè. l. ult. pro doctrinam l. Theologiam. p. 18. l. 8. l. autem. l. 14. l. omni. l. 16. pro divina l. doctrina. l. 18. l. dicitur. l. 26. l. dicit. l. 27. l. quia. l. 29. pro sunt ita animati, l. invitat. lin. ead. pro veritati l. voluntati. l. 30. l. cognoscant. p. 19. l. 4. l. Paulus. l. 15. l. fungatur. l. 20. l. debeat. l. 30. l. tradentes. p. 20. l. 18. l. si non. l. 20. l. omnes. p. 21. l. 5. l. attributum. l. 6. l. non. l. 20. l. Theo-logiæ. l. 32. l. cognitione. p. 22. l. 6. l. urgent. lex. l. 18. l. dicat. l. 25. l. secundum. l. 34. l. habitus, ead. lin. l. five. p. 23. lin. 14. pro illuminationi l. illationi. l. 30. l. mo-dum principii & normæ. p. 24. l. 12. l. quidem. l. 17. l. habere. l. 27. l. fides. l. 30. pro quod l. qui. l. 34. l. cultus. p. 25. l. 22. post. c. 6. adde, rationalis sui Theologici. l. 25. l. ducere omnem rationem. l. 32. l. rationis. p. 26. l. 3. l. quod. l. 6. pro nostra l. ista, l. 14. l. arithmetica. l. 17. l. competere. l. 30. l. propositæ. p. 27. l. 1. l. aliquid ad-dit. l. 2. l. tum. l. 24. l. facit. p. 28. l. 1. l. oppositione. p. 29. l. 19. & 20. l. mysterium. l. 32. pro illa l. ita. p. 31. l. 2. & 3. l. dispicere. p. 33. del. tot. lin. prim. l. 28. l. arbitra-mur. p. 34. l. 14. l. Sadducæos. p. 35. l. 33. pro l. l. IV. p. 36. l. 5. l. non. l. 9. l. Philo-sophiæ. l. 16. l. præparant. l. 18. l. gentiles aut. p. 37. l. 2. l. disciplinæ. l. 18. l. quidsi, l. 34. post Pseudo Apostoli, adde, aliquoties reprehenduntur ob  $\mu\eta\sigma\tau\alpha\nu\alpha\lambda\omicron\gamma\iota\sigma\tau\alpha$ , qui Pseudo Apostoli. p. 39. l. 33. l. Castellanis. p. 40. l. 1. l. dunt. l. 2. l. errores. l. 16. del. magis. l. 28. l. operatione. l. 33. l. conversi. p. 42. l. 22. l. quæ. p. 43. l. 16. post dici, ad-de, conditio. p. 44. l. 15. pro XVII. l. XXVII. l. 18. l. movet. p. 45. l. 5. l. Malenium. p. 46. l. 8. l. necessariam. p. 47. l. 9. l. apud. l. 16. l. præterea. l. 27. l. tamen. p. 51. l. 15. l. applicatur. l. 21. l. figuratus. p. 52. l. 17. l. ipse. l. 20. l. si dicamus. l. 23. l. observa-mus. l. 29. del. Rati Cart. p. 53. l. 10. pro coelestes l. cæteræ. l. 16. l. causa erit. p. 54. l. 18. l. argumentum primum. p. 55. l. 12. pro Calviniani l. Cartesiani. p. 56. l. 1. l. su-per. p. 57. l. 16. post supponamus, adde, potentiam esse priorem existentia Dei, nisi supponamus. l. 24. pro sistit l. præstet. l. 26. pro rationem l. actionem. l. 27. & 28. l. causæ efficientis. p. 59. l. 18. post Dei, adde, præsupponit Deum, qui enim odit ali-quem, affectu inimico consequitur ille. p. 61. l. 22. l. pertinere. p. 62. l. 26. l. dicit. p. 63. l. 33. l. LXXXII. p. 65. l. 8. l.  $\eta\eta\eta\eta\eta\eta\eta\eta$ . l. 15. pro sed plures l. five. l. 20. pro subjecti l. Spiritus Sancti. ead. l. 1. l. Trinitatem. l. 22. pro subjecti l. Spiritus Sancti. l. 30. l. cum quarto. p. 66. l. 2. l. autem describatur. l. 27. pro consensus l. consequens. p. 67. l. 10. pro tempore l. homini. p. 69. l. 16. l. Psal. xxiv. p. 70. l. 12. pro Psalm. 10. l. vers. 10. l. 20. pro autem l. aut. p. 71. l. 20. pro realiter l. virtualiter. l. 34. & 35. pro priori ratione l. parte rei. l. 35. pro distinctè virtutem l. distinctionem virtualem & eminentem dari, p. 76. l. 4. adde tenue quoddam. l. 9. adde, nisi in l. 17. l.  $\alpha\lambda\omicron\iota\sigma\tau\alpha$ . l. ult. l. quæ  $\alpha\lambda\omicron\iota\sigma\tau\alpha$  dicit intrinsicum quid p. 78. l. 26. l. Vorstium. p. 79. l. 13. post, sedet, adde, logicam ex genere, & differentia, quam tamen propugnat Massonius, & argumento. l. 16. del. non. l. 17. pro majorem l. minorem. l. 22. pro differen-tiam l. compositionem. l. 29. pro quasi l. consequens. l. 30. pro at Minor. l. aut Ma-

) (

jo

for. p. 80 l. 10. pro Spiritus l. Species. l. 16. post individuum, adde, aliud enim est  
 numero singulare esse entitativo, aliud individuum l. 19. post supposito, adde, in-  
 dividuum enim componitur ex natura & supposito. l. 23. & 24. pro individuum.  
 l. Intellectualis. l. 32. pro quasi l. consequens. pag. 81. l. 2. post illi, adde, sint. pag.  
 82. lin. 27. l. moram. p. 83. l. 24. pro internum l. interminabile. l. 31. l. definitio-  
 ne. p. 85. lin. 1. l. interminabilis. l. 6. pro t. tempus l. intrans. l. 17. l. habet, in ead.  
 lin. post nempe, adde, secundum esse tantum, non autem. p. 86. l. 2. l. ratione.  
 p. 87. l. 20. pro internum l. inferiora. l. 21. pro doni l. divini. l. 25. l. vel causam. p.  
 88. l. 3 & 4 l. condendi vel non condendi. l. 10. del. con. l. 13. l. contingens. lin. 29.  
 del. ira ut tribuant. l. 25. pro scil. l. sed. l. 31. l. decretum. l. ult. l. praesentia. p. 89.  
 l. 7. pro ad. l. ut. l. 14. pro quasi l. sequitur. l. 16. pro nam. l. tamen. pag. 90. l. 23.  
 post Christi, adde, fuit. p. 92. l. 17. l. hoc. l. 27. l. comparationis. p. 93. l. 4. pro an  
 l. Arqui p. 95. l. 27. pro comparata l. temperata. p. 96. lin. 1. l. quo. l. 13. l. op-  
 posuit. l. 23. l. possent. l. ult. l. quam tribuant. p. 97. lin. 1. l. scientiam contingen-  
 tium. lin. 20. l. praestanda. p. 98. l. 8. post actualitatis, adde, quam mere possibile  
 & minus actualitatis. pag. 99. l. 11. l. dicit. l. 20. del. quae pro objecto habet. lin. 31.  
 l. Arqui Author. p. 100. l. 7. l. tamen determinate. l. 11. l. praesentes dicuntur. l. 2.  
 pro tam l. tantum. l. 17. l. perspicit. p. 101. l. 23. pro rationem l. actionem. l. 25. l. in-  
 clusum. l. 31. l. abesse. p. 102. l. 5. l. quia si. l. 21. pro quasi l. consequens. p. 103. lin.  
 26. pro ad Kegilam l. animo Kehiluarum. l. 22. l. futurorum. l. 27. post hic adde  
 non p. 104. l. 26. l. respiciunt. l. 28. & 29. pro barbarum l. bardum. l. 34. pro dicit  
 l. subducit. l. 35. pro minori l. mediae. p. 105. l. 6. l. affectum. l. 7. l. posito. l. 16. pro  
 non l. & lin. 31. pro quia si primum l. non primum, quia. p. 106. l. 26. pro primo  
 l. prius. p. 107. l. 1. pro sciendis l. ciendis. l. 5. l. liberandum. l. 17. pro sciat l. cicit.  
 p. 109. l. 4. pro seu l. sequitur. l. 16. pro etiam l. est. l. 34. l. toleret. p. 110. lin. 8. pro  
 vers. l. 1. Pf. 143. l. 13. l. beneplaciti. l. 23. l. *ἰσχυρίας* & *ἰσχυρίας*. l. 29. pro probabile  
 l. probate. l. 32. pro Tannero l. Lamberto Danæo. p. 111. l. 3. pro sunt l. est. l. 25.  
 l. *ἰσχυρίας*. p. 112. l. 7. pro omnibus l. credentibus. l. 20. l. *ἰσχυρίας*. lin. 25. l. quam.  
 p. 113. l. 1. post salvandi, add. causa. l. 26. l. hinc etiam. p. 114. l. 2. l. respiciunt. l. 3.  
 post beneplaciti, adde, quod enim Deus promittit, id servat juxta beneplaciti vo-  
 luntatem. p. 115. l. 24. l. dici. p. 116. l. 3. l. quid. l. 5. l. loquiturque. l. 23. pro Legem  
 l. plebem. l. 24. pro dum l. cum. l. 32. post Principis, adde, Voluntas Principis. p.  
 117. l. 4. l. quam quia. p. 118. l. 4. pro &c. l. rediit in ipsum, adeoque vere. l. 13. &  
 14. l. externos. l. 17. del. ei. l. 20. pro ut l. vult. l. 27. post humani? adde, alia aliqua  
 voluntas revelatur benigna, quae in liberationem generis humani tendit? l. ult. l.  
 dicitur. p. 119. l. 33. l. voluntati. p. 120. l. 32. post. c. 29. adde, At ille *ἰσχυρίας* hic  
 fovet in reiectione hujus distinctionis. p. 122. l. 15. l. eam, verum, l. 17. pro de l. in.  
 l. 20. l. explicare. l. 24. & 25. l. antecedente. p. 124. l. 16. pro addit l. adhibet. l. 33. pro  
 quibus l. quo. p. 125. l. 18. l. transeat voluntas antecedens. p. 126. l. 17. l. quae, vel-  
 let, id non actu vellet, quemadmodum. l. 21. l. veniat. l. 25. l. quam. l. 33. l. absolute  
 & comparate. p. 127. l. 5. pro reponimus l. repugnat. l. 15. l. non esse. l. 25. l. quod  
 fiat. p. 128. l. 29. & 30. pro vasta l. vacua. p. 129. l. 5. l. non de. l. 6. l. omnipotentia.  
 ead. l. pro vell. sed. l. 11. l. impleta est. l. 20. pro illius l. intelligendam. p. 130. l. 14.  
 pro XXII. l. XIII. p. 131. l. 16. l. notari. p. 132. l. 14. l. In §. XV. Author. p. 133. l. 26.  
 del. unique. l. 29. post exaudiendi, adde, ius significatur. l. 33. l. sunt. p. 134. l. 25. &  
 26. l. ille subsistit in voce chapez, atque vult. l. 32. l. sunt &. p. 135. lin. 9. l. ubi ut,  
 ead. l. l. designet. l. 20. l. contradistinguitur. p. 136. l. 5. & 6. l. nunquam voluit. l. 12.  
 & 13. del. quidem. l. 13. l. conditionatam. l. 17. l. quae. l. 18. del. à. l. 31. l. absolutam.  
 p. 137. l. 6. pro sequitur l. ferit. l. 16. pro à piis, l. ab ms. lin. ult. l. maculas exuere. p.

139. l. 15. l. distinguendus. p. 140. l. 9. pro conditionis l. questionis. lin. 10. l. ratio p.  
 141. l. 1. pro dicat l. quid dicit. ead. l. 1. annon illas non dicit. l. 7. l. dicta. p. 142. l. 17.  
 l. operatur. p. 143. l. 6. l. definiuisse. l. 14. l. Calvinismum. l. 26. l. potentia. p. 144.  
 l. 23. pro CXXXV. l. CXV. p. 146. l. 27. l. extensionem quantitativam. p. 148. l.  
 14. pro hypotheticè l. hyperbolicè. l. 15. l. dicantur. l. 21. l. enunciat. l. 26. pro 33.  
 l. 36. p. 151. l. 2. l. quâ. l. 7. l. propositionem. l. 20. l. regenerationem. l. 29. l. actu.  
 l. 37. pro quædam l. aliquid. l. 30. pro si l. sic. l. 35. l. Wittichium. p. 152. l. 1. pro ve-  
 rum l. vel. p. 153. l. 19. l. quò. l. 20. l. cum velle. l. 25. pro cum l. enim. lin. 27. pro  
 potius l. potus, ead. l. l. nocivus. l. 30. & 31. pro mendacium Spiritui l. mendacii  
 Spiritum. p. 154. l. 23. pro XXIII. l. LXIII. l. 25. pro esse causam l. de Deo causa.  
 p. 155. l. 11. pro concurreo l. cucurri. p. 158. l. 8. pro secundum l. vel solum. p. 159. l.  
 10. l. attendendam. l. 17. pro 7. 8. l. 27. 28. l. 20. pro fœdus l. Vetus. ead. l. pro IV.  
 l. XXXIV. l. 22. pro conservatio l. redemptio. p. 161. l. 3. l. variant. ead. lin. pro  
 Ecclesia l. essentia. p. 163. l. 4. pro cultum l. culpam. l. 14. pro mugire l. mutire. p.  
 164. l. 17. pro peccatum l. effatum. ead. l. l. ~~est~~. l. 22. pro quid. l. hic. p. 165.  
 l. 12. pro rejicerentur l. dicerentur. l. 18. post absolutum, adde, esse. l. ult. l. benefi-  
 cium. p. 166. l. 5. l. initum. l. 20. post divino, adde, absoluto. l. 24. post operum;  
 adde, tum ex natura. ead. l. pro & l. ut. p. 167. l. 17. pro saltim, l. statim. l. 27. post  
 ira, adde, mundum. p. 168. l. 27. & 28. pro summam l. solam. p. 169. lin. 1. pro mi-  
 nor l. etiam l. 6. pro Photiniana l. Paulina. l. 29. l. justitiæ l. 30. pro summam l.  
 solam. p. 170. pro Cocceo l. Crocio. p. penult. pro qui, l. quid non. p. 172. lin. 23.  
 l. distinguitur. lin. 37. post componuntur, adde, quod simplicitati divinæ adver-  
 sum. Num posteriores sunt ipsi essentia? pag. 173. lin. 7. pro absolute. l. absurde.  
 l. 11. l. ente non. p. 174. l. 19. pro Commenta l. argumenta. p. 176. l. 24. pro semi  
 l. summam. p. 177. lin. 14. pro qui l. hi. l. 29. pro summam l. solam. pag. 179. l. 2. pro  
 majorem, l. etiam. p. 182. l. 9. pro non l. est. p. 185. lin. 13. pro non l. nunc. l. 27.  
 post parte, adde, termini producti, sed etiam ex parte. lin. ult. l. & add. potestas  
 est, acti tum totum, quod est, vivit, & tunc totum, quod ex eo nascitur, virtus  
 est, habet nativitatem Filius, non de mutatione. lib. VII. p. 187. l. 30. l. divinæ in  
 viâ. ead. lin. l. imperfectione. p. 188. l. 1. l. alia. p. 189. lin. 16. l. præsens in hodie.  
 l. 19. pro Lante l. Blanc. ead. lin. post generationem, adde, quæ semper præsens  
 est. l. 23. pro gignitur l. genitus. pag. 190. l. 7. l. tertium. lin. 18. l. præsentem. lin. 24.  
 & 25. pro modum l. etiam. p. 192. l. 3. l. in æternum. l. 11. l. habeant. p. 193. l. 17.  
 l. à glorificatione. l. 19. l. consequente. p. 194. l. 9. l. Deo aut. ead. l. l. & ad. l. 12. l.  
 sed & ead. l. l. permissum. l. 17. l. itaque Lucas. p. 195. l. 15. l. statum. p. 197. l. 34.  
 l. novit. p. 199. lin. 6. l. verè. l. 8. pro 5. 6. 7. l. 15. 16. 17. p. 200. l. 4. del. ut. l. 26. pro  
 respectu l. repugnet. l. 31. pro modo l. etiam. pag. 202. l. 2. l. inædificetur. lin. 23.  
 pro libro l. qui eapropter. lin. 24. l. revocati sunt. lin. 26. del. tatis. pag. 203. l. 29.  
 l. stabiliti. p. 204. l. 30. l. permissionem. p. 205. l. 21. pro vel, l. sed. p. 206. l. 12. l.  
 hypotheticam. p. 207. l. 30. l. scientiam. p. 208. l. 10. pro & l. ut. l. 26. del. 3. non.  
 p. 209. l. 5. l. Epistola ad Beverovicium. lin. 9. l. decretum. p. 212. l. 20. del. dum,  
 p. 213. l. 18. l. tradidit. p. 214. l. 2. l. Ryssen. pag. 216. l. 8. l. hypothesi. p. 217. l. 2. l.  
 minus dicamus. ead. lin. pro prius l. prorlus. l. 12. l. quæ. l. 19. l. consequi. l. 31. pro  
 Adamus l. Abrahamus. l. 33. l. videri. p. 218. l. 16. pro Girygæo l. Giuhari. p. 219.  
 l. 6. pro quod l. hoc. l. 10. pro scilicet l. si in decretum est referenda. lin. 21. l. at. l.  
 34. l. eo, quia. p. 220. l. 3. l. provenire. l. 7. pro operentur l. comparentur. lin. 11. l.  
 comparantur. p. 221. l. 8. l. observat. p. 222. l. 10. pro agunt l. arguunt. l. 17. pro ex-  
 pungent l. extudent. p. 224. l. 14. pro modo prænitium l. etiam sit prævolutum.  
 l. ult. pro præscientia. l. voluntas divina. p. 225. l. 9. l. præfixit. l. 2. pro litandum l.

non laudam, sed illi ponendam esse metam. l. 27. l. quid. p. 266. l. 13. l. quem. l. 23.  
 l. conceptionem. l. 30. l. exodum. p. 227. l. 27. l. illufirant. l. ult. pro exempli. l. epi-  
 stolis. p. 229. l. 13. pro cum morte hujus l. ipsa mortis. p. 230. l. 23. pro sincerè l. si-  
 nere. l. 28. pro non abbreviantur. l. abbreviare impios, non. p. 231. l. 12. l. accelerata.  
 l. 19. pro vel prolongationis l. stulticia scil. stulti. p. 232. l. 3. post alios, adde, nec  
 abbreviantur comparatè ad alios. p. 233. l. 1. l. fundati. l. 9. l. confubulat. l. 23. l. ejus  
 preces. l. 26. l. defungitur precando. l. 34. l. jufferit orare. p. 234. l. 6. l. ἀντιπαρ. l.  
 31. l. loqui Mosen θ. 26. p. 235. l. 19. l. supereminebant. l. 27. pro premenda l. reci-  
 pienda. l. 28. pro confiteantur l. coniceantur. p. 237. l. 12. l. & iterum. p. 238. l. 9. l.  
 verè. l. 5. l. adornatum. l. 6. l. delerionis. l. 19. l. hypothesi. p. 239. l. 25. l. defcribitur.  
 p. 240. l. 26. pro voluntatem l. vitam. l. 31. pro fidem l. finem. p. 241. l. 1. l. pugnan-  
 tia. l. 14. l. antecedentibus. l. 17. & 18. post bonum, adde, finem ex peccatis, nec finit  
 malum fieri, nisi ex eo eliciat bonum. lin. 30. l. phrasi. p. 242. l. 2. l. alios. l. 12. pro  
 Paulus l. Petrus. l. 19. l. autem dicit. l. 30. pro judicii l. Judæos. p. 243. l. 4. l. expri-  
 mi poterit. p. 245. l. 14. l. tali. p. 246. l. 10. pro Paulus l. Petrus. l. 20. pro neq; l. non.  
 p. 247. l. 2. l. quadam. p. 249. l. 13. pro XXXIII. l. XXIII. l. 14. l. XXII. p. 250. l.  
 2. l. angelorum. p. 251. l. 16. del. cenieri. p. 252. l. 12. l. utriusque. p. 253. l. 26. l. soli-  
 da. p. 254. l. 6. l. Calvinum. l. 7. l. receptam. l. 12. l. ipsorum. l. 32. l. non autem. p.  
 255. l. 3. post homine, adde, eligendo, & diversa in homine. l. 23. l. aliquot elegisse,  
 quos. p. 256. l. 29. post ad, adde, caput, ira ædificium ad. p. 257. l. 19. l. fuit. p. 258. l.  
 6. l. decretæ à p. 259. l. 18. l. secessionem. p. 260. l. 10. del. Lutheranos. l. 21. l. quia. p.  
 262. l. 24. post ejus, adde, falsissimum est, nec ll. cc. Matth. 1. l. ult. pro scil. l. sunt.  
 p. 263. l. 1. l. argumentum. l. 6. l. quomodo. l. 7. l. nisi prius, ead. l. l. salute. l. 13. l.  
 mente Dei. p. 268. l. 25. pro inefficente. l. inefficacem. p. 270. l. 5. pro consumma-  
 tione l. consummata Sanctitate. p. 271. l. 3. l. scil. qui l. 28. post reprobis, adde, id  
 non præbet argumentum & notam pro solis electis. p. 273. l. 1. l. completæ vel in-  
 completæ. ead. l. del. etiam. l. 25. l. scrutanda. l. 34. post Theologi, adde, Würtem-  
 bergenses unanimiter: Quamdiu homo fidem retinet, & sic inter filios & hæretes  
 per fidem est, tamdiu etiam inter electos est habendus. In Th. VI. Author conat  
 tur probare. ead. l. del. refutant. l. ult. pro certitudinis l. immutabilis. p. 274. l. 1.  
 pro quod probatur l. & confirmare. l. 11. del. IX. l. 12. l. in Thesi IX. proponit. p.  
 275. l. 10. pro interponere l. devovere. l. 16. pro nonne l. num. l. 17. l. non obno-  
 xius. p. 277. l. 4. l. verum esset. l. 12. l. in diversam à Calvinianorum. l. 28. l. Pelle-  
 te p. 279. l. 18. l. in th. IV. prodit. l. 6. l. dogmaticam. p. 280. l. 29. l. certitudine. p.  
 284. l. 4. l. imprimis. l. 6. l. orthodoxa. l. 17. pro rebellionem l. præteritionem. p.  
 285. l. 3. post illuminet, adde, & ita causa tenebrarum sit per accidens, non. lin. 8. l.  
 communi. l. 18. pro quæstione l. Thes. IX. p. 286. l. 4. post sit, adde, Respondebis,  
 propter finalem *missæ*; Si quæras, cur Saul præ Davide sit damnatus. l. 7. l. (3.)  
 quia. p. 287. l. 17. pro 1. Cor. 1. 12. l. 2. Thess. 3. 11. l. 26. l. administrata. p. 288. l. 1. l.  
 non fuit. p. 289. l. 8. l. stringentem. l. 33. l. respectum. p. 290. l. 22. l. XXXIII. l. 28.  
 post explicatis, adde, rectè recenset sententiam Lutheranorum. p. 291. l. 18. & 19.  
 pro voluntatis l. vocationis. l. 26. l. tactu. l. 28. l. præconceperunt. pag. 293. l. 14. l.  
 Chamiero affert. l. 21. pro sed etiam. l. non verò p. 294. l. 6. l. generis cum eo. l. 18.  
 l. Prot. . p. 295. l. 4. pro XVII. l. XXII. l. 5. pro 24. l. 14. ead. l. l. refertur. l. 12. pro  
 tales l. fideles. p. 296. l. 4. post in, adde, promissionis. l. 6. l. Ismaël. l. 31. del. 1. in.  
 p. 299. l. 23. l. qualitatem l. conformationem. p. 298. l. 21. pro 1. posteriorem l. post.  
 p. 299. l. 5. pro sequentes l. sequi Tertullianum, sequi. l. 6. pro Luciferiani l. Lu-  
 therani. l. 24. & 25. l. uni imputare alienum. l. 25. pro Octavium l. Opratum. l. 38.  
 l. Sectatore Juliano. p. 300. l. 5. pro Octavium l. Opratum. lin. 24. l. habere volue-  
 runt. l. 25. l. modumque generationis. p. 301. l. 18. l. quæ. l. 32. del. sex dierum. p.



302. l. 10. l. augmentum hominum. l. 11. l. constantium. ead. lin. pro dicit l. dixit  
 multiplicamini, vel multiplicare vos, omnis autem forma est multiplicativa sui,  
 dixit. p. 303. l. 9. l. homini. l. 17. pro Protoplastorum l. Adami. l. 25. l. productio-  
 nis. l. 34. l. universalitate. ead. l. l. dicitur. p. 304. l. 15. l. ΠΩ. l. 23. l. immisisse. pag.  
 306. l. 1. del. in. l. ult. proprium. l. cause primæ. p. 307. l. 9. l. duplex. lin. 16. l.  
 Ψ Spiritus. l. 19. verba hæc Ipse Marcellus observat &c. sunt referenda ad pag.  
 305. l. 33. p. 308. l. 8. l. vivamus. l. 24. l. unam. p. 309. l. 4. l. rei absque. l. 15. l. proinde.  
 l. 22. & 23. l. possint. l. 34. pro fieri l. fiat cum. p. 310. l. 32. l. eludere. p. 311. l. 7.  
 del. sed. ead. l. l. exere. l. 30. del. non. p. 312. l. 10. pro unio. l. unionis. p. 313. l. 21.  
 l. utur. p. 314. l. 24. pro exemplis. l. epistolis. p. 317. l. 10. del. tantum. l. 27. pro pe-  
 ctus l. pus. p. 318. l. 30. del. 1. in. ead. l. l. particulari. p. 319. l. 24. & 25. del. dederit  
 atque. p. 321. l. 8. l. Luc. 4. p. 323. l. 25. pro determinata l. comparata. p. 324. l. 5.  
 l. specialis. p. 325. l. ult. del. est. p. 327. l. 14. post veritatem, adde, neque exceptio-  
 nem retundit. l. 31. pro si sint. l. sunt. p. 328. l. 23. pro sed l. qui. p. 329. l. 18. pro &  
 quærit. l. Verum (1.) l. 19. del. quod. l. 23. pro divinæ l. humanæ. p. 330. lin. 34. l.  
 prædeterminatione p. 331. l. 22. l. necessitate. l. 27. pro & l. est. p. 333. l. 5. del. 2. non.  
 l. 34. l. conciliare. p. 334. l. 6. & 7. pro itaque dicendum est sine prædeterminatio ne  
 l. inter quæ est prædeterminatio. l. 29. l. non possunt. p. 335. l. 4. l. foedus. l. 8. l. viden-  
 dentur. p. 336. l. 11. pro differe. l. discrimine p. 337. l. 7. l. iustitiam tamen orig ina-  
 lem. p. 338. l. 8. l. adisset. l. 26. l. Arminius dicit. p. 341. l. 2. del. primum. l. 24. pro  
 comminationis. l. poenæ. l. 30. pro præmii. l. vitæ. l. 30. & 31. l. accessisset. p. 342.  
 l. 31. & 32. l. catechismo. p. 343. l. 8. pro agnitionem l. agendam. l. 29. l. quid. p. 344.  
 l. 3. del. iu. l. 4. l. imò plusquam. l. 11. l. non fundata. p. 345. l. 2. l. rectitudine. l. 20.  
 pro Sacramentum l. significationem. l. 25. l. queant. l. 31. pro 2 Sacramentum l. Sci-  
 entia. p. 346. l. 8. l. significationem. l. 11. l. signum fuit. l. 13. l. (1.) posito. p. 347. l.  
 6. pro propinquam l. propriam. l. 5. pro erat l. fuerit. l. 24. l. penultima quæ stio-  
 ne. p. 348. l. ult. post consensum, add. ventilationis admissionem. p. 350. l. 9. pro  
 2. cum l. quem. l. 25. l. desertio. p. 351. l. 17. l. voluntatem. p. 353. l. 1. l. quæque. p.  
 354. l. 1. l. venenata. l. 15. l. peccatoris. p. 356. l. 4. l. permissionem. l. 33. pro vitæ b.  
 omni. p. 357. l. 26. l. LXXXI. p. 358. l. 17. l. Israelis. l. 34. l. Joh. XIII. p. 359. l. 7.  
 l. peccatum poena, ead. l. l. magnis enim. l. 21. l. est actio. p. 360. l. 18. del. compo-  
 sitionem. l. 20. l. voluntatem. p. 361. l. 8. l. pareat. pag. 363. l. 15. l. eoque. l. ult. l.  
 XXVI. p. 365. l. 3. del. primum. l. 28. pro sunt l. gaudent. p. 366. l. 32. pro poten-  
 tia l. providentia. p. 368. l. 22. post X. add. Loci XI. l. 29. pro tabulamentum l. taber-  
 nactili. l. 30. l. sculptoriam artem. p. 370. l. 19. pro Colloquium l. Concilium. p. 371.  
 l. 18. del. tum. p. 373. l. 33. pro si l. hi. l. ult. pro & l. Thei. p. 375. l. 10. pro IV. l. III.  
 l. 31. l. gratia salutaris. p. 377. l. 24. l. conditionatum. l. 32. del. pro nobis. p. 378. l.  
 5. l. notitia. ead. l. l. destitutas. l. 17. l. quā nunquam. p. 379. l. 30. l. vocantur. l. 35.  
 pro versiculi l. Psalmi. p. 381. l. 7. pro à Deo l. ad eos. l. 7. & 8. l. cognitio Christi. p.  
 384. l. 13. pro tanquam l. non. l. 14. l. refutationem. l. 18. l. intelligendam. l. 26.  
 pro Pontificios l. Photinianos. l. 30. pro κυρηοῖς l. καυροῖς. p. 385. l. 1. (2) Bergius l.  
 33. del. quæ. p. 386. l. 8. l. Voluntas. l. 24. l. Adami decrevisse. p. 388. l. 26. l. huma-  
 ni. l. 34. l. peccatum. pag. 389. l. 15. l. Oecumenica. l. 22. l. secundum. p. 390. l. 5. l.  
 quod si non. l. 14. l. incarnandum. l. 23. del. aggredi. l. 30. l. VI. l. 15. l. distin-  
 ctas. l. 16. del. in. l. 31. pro ἁνασκηῖ l. δεγασκηῖ. p. 392. l. 1. pro παρρησιῖ l. δεγασκηῖ.  
 l. 23. l. hypostasin. p. 393. l. 4. pro causatio l. communicatio. l. 5. pro fuerit l. foret.  
 p. 395. l. 9. pro IV. l. V. p. 396. l. 14. l. acceptam. l. 27. post? add. Prima quæstio. l.  
 31. simplicem. l. 33. & 34. l. præexistentem. p. 397. l. 18. l. distinctum. p. 398. l. 11.  
 pro non ex persona l. : Una persona composita. l. 21. l. generatus. l. 32. l. mysticū.  
 l. 33. l. deviantem. p. 399. l. 2. & 3. l. oppositum. l. 6. & 7. l. accipienda. p. 400. l. 30.

& formæ. l. 32. l. & formæ. pag. 401. l. 9. l. fontentia. l. 25. l. transmutarentur.  
 p. 404. l. 10. l. Chemnitzii. l. 15. l. ille. p. 405. l. 5. l. agit autem. pag. 406. l. 2. l. defi-  
 gnari. l. 11. l. respectu. lin. 20. l. nempe non. l. 33. l. uci vers. 5. p. 407. lin. 29. pro  
 ponit l. possit. l. 31. l. hypostaticæ. p. 408. lin. 29. pro Angelis & Apostolis aliis-  
 que. l. 33. l. Christus. p. 409. l. 8. l. habent. l. 10. l. hunc. pag. 410. l. 1. del. primus.  
 lin. 10. l. Filii. p. 411. lin. 19. del. non. pag. 414. l. 1. del. confusè pag. 415. lin. 9. l.  
 quæstionum. l. 13. pro constitutionem l. communicationem. lin. 19. l. XIV. pag.  
 416. l. 12. pro ad. l. ut. l. 31. pro hominis. l. ignis. lin. 27. pro communicationem  
 l. unionem. l. 28. l. earum. p. 418. lin. 8. l. sustentat. p. 419. lin. 7. pro tamen l. tan-  
 tum. lin. 28. l. XXXVI. dicit. p. 420. l. 1. post *ἡμεῖς*, add. unitorum uno præ-  
 sente, alterum quoque præsens fuisse, sicut in unione perichoristica. lin. ult. l. non  
 inclusio. pag. 424. lin. 1. l. exemplo Solis. lin. 10. del. non. lin. 21. l. habent. p. 422.  
 lin. 3. l. iam fuisse & lin. 8. l. interpretationem. lin. 12. l. quo enim. l. 4. 31. 32.  
 l. *γενόμενος* (or) pag. 423. lin. 5. pro Johan. III. l. 3. Ep. Johan. vers. ead. pag. l.  
*ἐπιλάσσει*. l. 27. pro XII. l. XXXII. ibid. pro 13. l. 33. pag. 424. lin. 12. pro opere leg-  
 ope. lin. 20. pro desumptæ l. desponsatæ pag. 425. lin. 5. pro secundum, l. solum.  
 lin. 6. pro; l. te. pag. 426. lin. 27. pro ascensionem l. resurrectionem. lin. 33. l. er-  
 rinet. p. 427. lin. 24. l. dicere. pag. 428. lin. 1. l. exinanitionis. lin. 12. pro Thess. V.  
 1. 10. l. Thes. verò X. pag. 429. lin. 22. pro exinanitionis l. exaltationis. pag. 430.  
 lin. 4. pro qua iter & caetera l. aliter. lin. 14. l. frustra. p. 431. l. 28. pro quæ, l. quasi.  
 lin. 31. l. Ministrum Calvinianum. pag. 432. lin. 11. pro quæ l. ubi. lin. 18. pro  
 dispositionem l. disparitionem. lin. 25. post, add. sed. pag. 433. lin. 3. post illa, add  
*πέντακω, φέρεσθαι, ἀναφίρεσθαι, ἀταλαμβαίεσθαι*, lin. 8. pro sc/ l. ja. lin. 12. pro  
 Morum l. Mortorum. lin. 24. pro etiam Paulus, l. enim Petrus. l. 30. pro loco l.  
 Cælo. pag. 434. lin. 2. l. non est πῶς quoddam. p. 436. lin. 16. l. aliqui hanc inter-  
 pretationem. lin. 26. l. sit. lin. 31. l. in. p. 437. l. 10. pro cum l. etiam nobiscum. lin.  
 13. del. ? l. 34. pro & l. per. pag. 438. lin. 17. l. XII. De. p. 440. l. 32. l. mittentem.  
 p. 441. lin. 28. l. Metaphorâ. l. 29. pro splendore l. consuetudine. lin. 33. l. dignita-  
 tem infinitam. pag. 442. lin. 1. l. probant dissentientes. lin. 6. l. provocant. lin. 8. l.  
 faciunt pro. lin. 25. pro exceptionem l. assertionem. lin. ult. pro contigit l. com-  
 petit. p. 443. lin. 29. pro inter l. præter. p. 444. lin. 1. l. potestate DEI. p. 445. l. 21.  
 pro resurrectionis l. exinanitionis. l. ult. l. b) loquitur. p. 446. lin. 2. del. umb. lin.  
 3. l. und *Kraft*. lin. 24. l. Christus. lin. 27. pro iterum l. etiam. lin. 33. l. dicamur.  
 pag. 447. lin. 8. l. remittit. p. 448. lin. 15. l. gallorum capitula. lin. 16. pro Hic Mar-  
 cum l. Hincmarum. lin. 18. l. Concilii. lin. 25. l. Pelagianum. lin. ult. l. redemptionis.  
 pag. 449. lin. 7. pro in sine. l. invenite. pag. 450. lin. 1. pro quibus l. quâ. lin. 13.  
 l. Godeschalum. lin. 31. pro defendit. l. negavit. lin. 32. pro inferiores l. infantes.  
 lin. 33. pro saltem l. sine. p. 451. l. 1. pro in, l. hanc. lin. 1. & 2. l. ad Protestantes.  
 lin. 11. pro 2. cum. l. si à. lin. ult. l. opposuerunt. pag. 452. l. 2. l. II. lin. 19. pro vi-  
 tam l. fidem. lin. 21. & 22. pro vitam l. fidem. lin. 35. l. enim sunt. pag. 453. lin. 26.  
 l. opum. p. 454. l. 18. l. VIII. del. & sic consequenter. p. 456. l. 2. pro dicunt l. di-  
 ctum. lin. 23. l. Eph. II. lin. 25. pro dicitur, l. non negando etiam pro non-ovibus,  
 pro non-amicis. lin. 25. pro Apostolus, leg. Angelus. l. 32. l. fingunt. p. 457. lin. 1.  
 pro omnes l. oves. l. 19. l. vicem. l. 20. del. & lin. 21. l. autem non. p. 458. l. 10. pro  
 Pau'o l. Petro. lin. 20. pro Petr. l. Tim. lin. 27. pro electionis l. voluntatis. p. 459.  
 l. 2. pro sau, l. sua. l. 15. l. Christum. l. 34. l. supponi. p. 460. lin. 29. pro ovibus l.  
 omnibus. p. 461. l. 33. l. negant. p. 462. l. 10. & 11. l. cogitatione. lin. 24. l. divinæ.  
 lin. 32. l. delectas. l. 33. pro & l. sed. p. 463. lin. 1. & 2. l. adoratione. lin. 31. l. præ-  
 stituit. lin. 12. l. dum. p. 464. lin. 5. pro quod l. que. l. 33. pro non, l. am. pag. 465.  
 lin. 8.

lin. 8. l. mediatorum. pag. 456. l. 11. pro quam, l. propter. lin. 12. del. de. lin. 14. l. rationem relationis. p. 467. lin. 28. l. ipsam p. 473. lin. 5. l. quam judiciaria. l. 27. leg. post eorum. p. 474. lin. 2. pro βελικῶν, l. ἀπικῶν, pro εἰδούς, l. πλικῶν. lin. 3. l. notar. lin. 3. & 4. l. causa. lin. 11. & 12. l. contingere. lin. 22. & 13. l. ratione. p. 475. l. 26. l. intentione p. 476. l. 11. pro in Pelagiani, l. sit Pelagiana. lin. 11. & 12. l. conferat. lin. 14. l. dispensatione. lin. 20. l. illa. lin. ult. l. deducitur. p. 477. lin. 6. l. hominis libera. lin. 14. l. quam. l. 15. l. extendunt. lin. 19. l. & l. 24. l. sit efficax. l. 32. l. sufficientem. p. 478. l. 30. l. sibi p. 480. lin. 29. pro non. l. 6. p. 482. l. 7. pro novo l. primo. lin. 28. pro XXV. l. XLV. p. 483. lin. 22. l. est. lin. penult. pro quomodo l. quamvis. pag. 484. l. 1. pro tico, l. leuitico. lin. 3. l. quam. lin. 33. l. ne. p. 485. l. 1. pro l. l. p. 486. l. 2. l. efficaci. l. 13. l. tribui. lin. 27. del. sed. lin. penult. l. directas. p. 487. l. 4. pro à l. ap. p. 488. lin. 12. l. oculos aperuit. lin. 29. l. animæ. p. 489. lin. 9. l. efficacis. lin. 17. del. 2. non. lin. 21. l. explicatam. ead. lin. l. ratione. p. 492. l. 2. & 3. pro frustra illa, l. nostra. p. 494. l. 23. l. agere. p. 499. lin. 23. pro à Deo, l. ab eo. p. 496. l. 22. l. 2. Cor. l. ult. l. absolunt. pag. 497. lin. 31. l. Philosophiam impingat in-quiens. p. 498. l. 8. l. requisitis. lin. 11. l. negandi non præbendi assensum. pag. 499. l. 12. del. l. Disput. p. 500. l. 31. l. dicit. p. 501. l. 7. l. Zelantem. l. 14. l. Timotheum. l. 15. l. tale & aliud. p. 503. l. 20. l. Calvinus. l. 22. l. Ammannus. l. 29. l. ψῶδ.

### Errata in II. P.

**P**Ag. 1. l. 28. l. ὑπεριστάτη. l. 34. l. dicamur. p. 2. l. 2. l. Joh. 1. p. 3. l. 26. l. iustitiam l. ult. pro quando l. quemadmodum p. 4. l. 17. pro etiam l. enim. l. 34. pro etiam l. enim. p. 5. l. 16. l. Gal. 1. 16. lin. 2. l. eiceremur. l. 33. l. reciperemus l. ult. post peccatorum, add. sed & unionem cum Christo mysticam, ipsam salutem. p. 6. l. 28. pro Messianæ l. seculorum Messæ. p. 7. l. 13. pro ergo l. enim p. 8. lin. 1. l. filii. l. 16. pro cum l. tum ex eo, quia. p. 9. l. 3. l. moralibus. l. 19. l. Bernhardus loquitur. l. 29. pro est l. ut. l. ult. l. medium. p. 10. l. 9. l. Respondent. l. 28. pro etiam l. enim. p. 11. l. 29. pro loco l. libro. p. 12. l. 10. pro vel l. verò. p. 13. l. 1. & 2. l. Eustatius. l. 15. pro lo- eo l. libro l. 27. l. postes. p. 15. l. 5. pro quid quod l. quanquam. lin. 12. pro enim l. eriam. p. 16. l. 23. pro sed l. sive. l. 32. del. non. p. 17. lin. 9. l. iudat. l. 17. pro gestit. l. Christi. l. 24. pro inæqualitate l. antiquitate. p. 19. l. 18. l. per symbola. p. 20. l. 6. pro a) l. primo. l. 10. pro per l. præter. p. 23. l. 14. l. Christum. p. 24. l. 8. pro virtus l. ritus. p. 28. l. 17. pro tamen l. tantum. p. 30. l. 32. pro dispartat l. dissimulat. p. 31. l. 9. pro h. l. l. hoc vel pag. 42. l. 8. l. sed. p. 43. lin. 8. l. sigillatim autem omnia. l. 10. pro anteypon l. typum. l. 37. l. aquæ. p. 44. l. 20. l. Anabaptistis. p. 45. l. 1. l. propè. l. 10. l. Spiritus. l. 31. l. Eunuchus collatus. pag. 46. l. 8. & 9. l. æternarum. lin. 12. l. quò. pag. 47. lin. 14. pro Kavzio l. Crocio. lin. 26. l. beneficia per & propter Ch. istum. lin. 30. del. per Sanctificationem. p. 49. lin. 4. pro vel. l. verò. pag. 50. lin. 28. l. Sess. VII. Can. 5. l. ult. pro ignominie l. ignorantie. pag. 51. lin. 13. l. ingressus. lin. 29. & 30. l. aqua. l. 34. pro id, l. ut p. 52. lin. 23. l. sit. p. 53. l. 13. & 14. l. autem, quæ adducit Turretinus. pag. 54. l. ult. l. primam. p. 56. l. 22. l. ipsum. l. 26. l. igitur opponimus Tertullianum. pag. 57. l. 4. l. & lin. 13. l. ipsum pertinere. l. 22. pro utendum l. vivendum. p. 58. l. 17. pro sumitur l. supponitur. lin. 21. & 22. l. sacrorum. l. 26. pro baptismum, qui l. circumcisionem, quæ. lin. 27. l. ba- ptismus. pag. 60. l. 16. l. aliter sentiunt. l. 24. l. vicibus. ead. lin. l. practica. pag. 61. l. 3. & 4. l. externis factam. l. ult. l. futuræ. p. 62. l. 1. l. sunt semper. lin. 11. l. spe- ctati. l. 13. l. sacramentalis. p. 64. lin. 19. del. r. usus. p. 65. l. 10. del. autem. lin. 16. l. cum p. ne. lin. 16. l. æmulatione. pag. 67. l. 9. l. doctrinæ tenacissima. pag. 68. lin. 9. leg. secrete pronuntianda. lin. 18. pro Sacramento l. fermento. lin. 31.

post Ecclesiam: addo, Piscator Herborenensis. p. 69. l. ult. l. explicant. p. 71. l. 31. l. benedicit. p. 72. l. 25. & 26. l. actionem & consecrationem. l. 27. pro panem l. partem. l. 28. pro tantum l. tamen. l. 30. pro Sacramentorum l. solorum. l. 33. l. folas Ecclesie. l. 34. l. ad præstandum effectum. p. 74. l. 3. l. confessionem. p. 75. l. 17. l. Judaicæ. p. 77. l. 7. pro tantum l. tamen. p. 78. l. 10. l. adigimur. lin. 25. l. illam sublatam. l. 26. post mysterium, add. consolationis de conjunctione nostri cum Christo. p. 80. l. 23. pro Scripturæ l. sacramentalium. l. 27. l. intelligenda. p. 82. l. 15. pro ex prior. exprefum. l. 20. pro hujus l. superioris. l. 24. del. se. p. 83. l. 32. l. habent. p. 85. l. 12. pro corpore. l. est. p. 87. l. 28. del. non. p. 88. l. 2. l. sed extra sacramentales. p. 91. l. 30. l. os. p. 92. l. 14. del. in. p. 93. l. 1. l. Synuliffas. l. 6. & 23. l. Guimundum. pag. 94. l. 1. l. quo. l. 33. l. latino. p. 95. l. 18. del. corpus, & l. accipiunt. p. 96. l. 28. pro Sacramentali l. Scriptura. l. 29. l. sifit, ut dicat. l. ult. l. longinquo. p. 100. l. 5. l. Hephidian. l. 13. & 14. l. demonstrandam. l. 32. l. sed inuic. p. 102. l. 17. pro necessarium l. nostrum. p. 103. l. 23. pro *ἵνα* l. *ἵνα*. p. 104. l. 27. l. reddideris. p. 105. l. 4. l. locum & Christum. p. 107. l. 4. pro spiritualem l. oralem. l. 15. l. non eandem. l. 16. del. non. p. 108. l. 5. l. præsentia. p. 109. l. 13. l. nil prodesse. l. 30. del. cum Deo. p. 110. l. 18. l. Sponsa. l. 34. l. meam. p. 112. l. 15. l. debere. l. 28. l. quomodo. p. 114. l. 30. l. canalis. p. 115. l. 1. l. etiam nil. l. 17. l. negarent. p. 117. l. 31. l. alligare. l. 32. del. 2. quæ Deus. p. 118. l. 7. pro significationem l. sanctionem. p. 119. l. 30. l. Thinenfis. p. 123. lin. 15. post sententiandum, add. quid quoque de argumentis Zepperi. l. 25. pro Bucerus l. Bucanus. p. 124. l. 1. del. Cogulum & l. Puchtium. l. 22. pro cum fidel. convivæ. p. 125. l. 16. l. diversam. l. 27. post reverentia, add. E. Sacramenta quoque, quorum pars præcipua est verbum Dei, cum reverentia adimur. l. 29. l. 7. l. 34. pro Calvinus l. Calixtus. p. 127. l. 17. l. resoluturam. l. 21. del. scribers. pag. 128. l. 2. l. si. ead. lin. l. *καταλυτός*. l. 3. l. deberet. ead. l. l. diluvium. l. 4. l. ostendit. l. 7. l. multas. ead. l. l. extincti. p. 129. l. 5. pro ex l. est. p. 133. l. 35. l. dicuntur. p. 134. l. 15. del. dicit. l. 33. l. ad morem respici. p. 135. l. 2. l. igni. l. 25. l. passim. l. 34. pro si, l. qui. p. 140. l. 32. l. suæ. l. 33. del. ir. p. 141. l. 28. & 29. l. *συνεργός*. l. 30. l. quo. l. 35. l. Drufius. p. 142. l. 9. l. 3. 14. p. 143. l. 16. l. infarciant. p. 147. l. 25. l. tribulationum. p. 148. l. 8. l. testimonio. l. 35. pro Paulus l. Petrus. p. 149. l. 27. l. oculus. p. 150. l. 23. l. consumatur. p. 151. l. 33. l. assertam non. p. 152. l. 19. l. quam. p. 153. l. 1. l. eam. l. 11. l. nostram. l. 25. l. ædificandum. del. dum. l. 28. pro qualitas l. charitas. p. 155. l. 11. l. disputationem. l. 13. l. Christiani. l. 18. l. in Thef. X. statuit. p. 156. l. 3. l. tribuant. p. 157. l. 3. pro & l. quod. l. 22. del. in Ecclesia. l. 34. l. hinc Gabriel. p. 158. lin. 3. l. XIV. l. 18. l. cognitioni. p. 159. l. 18. l. quantum. p. 163. l. 7. pro loco l. libro. l. 21. l. versari. p. 165. l. 8. pro externa l. nostra. p. 166. l. 1. l. videri. l. 7. pro posteriorum. l. post hanc vitam. p. 167. l. 29. l. *ἵνα*. l. ult. l. hæc: de. p. 168. l. 3. pro B l. D. l. 33. l. Apoc. 6. p. 170. l. 29. del. corporea. p. 174. l. 6. l. minitabuntur. l. 20. post quia add. per tabernaculum non illud cælum Empyreum intelligitur; tum quia. l. 26. l. Domini. l. 34. post separatæ, add. quando extra se non operatur. p. 175. l. 24. l. qualitate sublimitatis. p. 176. l. 30. l. eis vertit. p. 179. l. 32. l. ellipsin, sed malè, tum. l. ult. pro humana l. vana. p. 180. l. 20. l. omnino itaque. p. 184. l. 33. pro 2. ad portam, l. in arcem. p. 185. l. 33. l. naturalem. p. 186. l. 9. l. Congressus. p. 190. l. 7. l. paradoro. p. 192. l. 10. l. relaxassent. l. 13. l. contrahi. l. 22. l. nullum enim.















